





BIBLIOTH.
LATINA.

JO. ALBERTI FABRICII
SS. Theol. D & Prof. Publ.

BIBLIOTHECA LATINA

Sive
Notitia Auctorum Veterum
Latinorum, qvorumcunqve ſcripta
ad nos pervenerunt, diſtributa
in libros IV.

Qvintæ huic Editioni ab Auctore emendatæ accedit

VOLUMEN ALTERUM
Supplementi loco ſeparatim excuſum.

Obiter pag. 595. ſeq. ſuppleta ingens lacuna
aliqvot paginarum in ſcholiis Euſtathii ad
Dionyſium Periegetem.



HAMBURGI,
Sumtu Viduæ BENJAMINI SCHILLERI,
& Jo. CHRISTOPH. KISNERI 1721.



Summe Venerando in Christo Patri
ac Domino

D. JOH. FRID. MAYERO

Augustissimi Svecorum Gothorumqve Monarchæ â Consiliis sanctioribus, Theologo ac Professori Honorario Illustris Kiloniensis Academiæ, & Pastori Ecclesiæ Jacobeæ Hamburgensis,

Patrono meo Honoratissimo,

HANC BIBLIOTHECAM LATINAM
L. M. Q. Consecro
JO. ALBERTUS FABRICIUS.



Vi Bibliothecas apud veteres adornarunt, sive in publicos usus hoc facerent, sive privatæ id darent vo-

luptati & utilitati, conſtat eos non tantum de libris comparandis & ſeligendis cogitaſſe, ſed hoc qvoqve egiſſe ſedulò, ut collecti & diſpoſiti libri, appoſitis maximorum Virorum ſtatuis, ſimulacris & imaginibus præfulgerent. Neqve hodie iſte mos ita exolevit, ut non inſtructiſſimæ qvæqve Bibliothecæ in Italia, Galliis, Germania & aliis Chriſtiani orbis regionibus ab eo genere pretium & ornamentum ſibi qværant. Qvid igitur à re alieni facio, ſi Bibliothecæ huic meæ qvam in ſtudioſorum gratiam digeſſi, & omni

omni genere latinorum aucto-
rum veterum inſtruxi, præfixa
icone Viri illuſtris, gratiam, de-
cus, auctoritatem volo compa-
rare & conciliare? Qvod vero
Tui, VENERANDE MAYE-
RE, imaginem præ reliqvis mi-
hi ad hoc exoptandam eſſe du-
co, non ſolum Tua in me libera-
li manu collata beneficia fa-
ciunt, qvamvis ea tot ac tanta
eſſe & novi & memini, ut eis
prædicandis nedum referendis
longe ſim impar: Sed inprimis
hoc mihi è re fore viſum eſt,
qvod libri ipſi & qvi hic à me
congeſti ſunt auctores, vix

qvenqvam magis qvam Te unum expetere, & Tua unius imagine exornari velle videantur. Cum enim maximus ſis non modo fautor litterarum, ſed & ipſe earum callentiſſimus: Nec tantum Bibliothecam à multis jam annis condas locupletiſſimam cura ingenti magnisqve ſumtibus, ſed & ipſe Viva qvædam Bibliotheca & Muſeum ambulans ſcribas qvotidie digna qvæ in Bibliothecas referantur, brevi poſt tot alia præſtantiſſima ingenii Tui monumenta daturus *Bibliothecam Biblicam*, in qvam admiſſi ſacrarum litte-

rarum aſſidui ſcrutatores, nihil habebunt qvod de accurata notitia verſionum & interpretum, nihil qvod de Philologiæ Sacræ & Antiqvitatum Biblicarum Scriptoribus jure poterunt deſiderare. Cumqve hæc etſi egregia & præclara vix exigua qvædam pars ſint eorum qvæ Te laudatum & principibus Viris familiarem, Regibusq; Maximis amabilem reddiderunt, qvæ Bibliotheca non gaudeat MAYERIANI adumbratione oris pretium ſibi accedere & gratiam? Qvæ non libenter velit MAYERI imagine illuſtrari? At enim

)(4 ſen-

ſentio qvid in hac re qva Bibliothecæ meæ à tua effigie ornamentum expeto, futurum mihi ſit longe difficillimum. Ecqvis enim ſatis idoneus artifex aut qvænam digna materia imagine tua effingenda à me poterit reperiri, qvæ non debet niſi à Praxitele & Myrone aliqvo, qvo pulcherrima prodeat, formari? Ego ſane nunqvam Apellem me memini, neq; auro magis qvam argento abundo, facile autem intelligo, qvam ſit indignum ſi pulcherrimam imaginem dedecoret pictor fœdus, vel ſi ego in gypſo Te fingere, vel ligneum

aut fictile tuum ponere ſimulacrum; hoc eſt dignitatem imaginis tuæ ſermonis mei inelegantia deterere velim. Sed nonne materiæ præſtantiſſimæ pariter & peritiſſimi artificis vicem ſolum nomen Tuum implere poteſt? Hoc itaqve vel nudum Bibliothecæ huic præfixum, inſtar elegantiſſimæ & elaboratiſſimæ ſtatuæ non mediocre decus pretiumq; illi facile comparabit. De ſubſcriptione deniq; cogitanti qva monumentum iſtud antiqvo ritu Tibi conſecretur, opportune mihi ex Scriptoribus in hanc Biblio-

thecam relatis occurrit Flavius Vopiſcus, qvi ſtatuæ Numeriani Cæſaris in Bibliotheca Ulpia qvondam dedicatæ refert ſubſcriptum fuiſſe in hæc verba: *Numeriano Cæſari*

ORATORI SUIS TEMPORIBUS POTENTISSIMO.

Scripſi Hamburgi prid. Cal. Octobris Anni Chriſtiani MDCLXXXXVI.

AD

AD LECTOREM.

TRia mihi in hoc libro propoſui mi Lector, qvorum primum fuit, ut latinos auctores veteres non Eccleſiaſticos, qvorum ſcripta ætatem tulerunt, recenſerem univerſos ordine Chronologico: alterum, ut ſingula eorum qvæ exſtant ſcripta commemorarem, tertium deniqve, ut qvantum fieri poſſet qvasqve ſingulorum certe præcipuas annotarem ac præ ceteris commendarem editiones. Neqve nomina auctorum nuda appoſui, ſed paucis ſimul perſtrinxi, qvæ certiora & præcipue obſervatu digna de unoqvoqve memoriæ meæ occurrerent. Qvod de celebrioribus inprimis dictum velim, nam in tanto auctorum numero, uti inter ſtellas qvoqve, non pauci ſunt obſcuri, atqve ut ita

ita dicam nebulosi, quorum præter exiguam nominis tanqvam lucis stricturam oculos nostros nihil non præterit. Scripta vero illorum qvæ exstant singula, non tantum recensita cujusvis inscriptione commemoravi, sed & genuina distinxi à dubiis ac suppositititiis, dediqve operam, ut de argumento librorum ac scribendi genere, & qvibus illi ab auctoribus suis inscripti essent, pariter constaret. Editiones porro præstantissimas vocare soleo, qvæ vel è MSS. Codicibus primum editæ, vel ab Aldis, Stephanis, Juntis, Plantinis & similibus typographorum principibus emendatius excusæ sunt, vel alio nomine eximii qvid habent, vel deniqve ad usus studiosorum juvenum, qvibus potissime hac opera mea prodesse volui, accommodatissimæ redditæ sunt castigationibus, notis & indicibus virorum doctorum. Horum studio effectum est etiam, ut qvi Jo. Frid. Gronovii, Jo. Georgii Grævii, Jacobi Gronovii & paucorum hujusmodi nostra ætate qvi cum judicio & industria in his litteris versati sunt editiones habet, antiqvas illas non adsperne-

tur

tur qvidem, si possit illas conseqvi, minus tamen desideret. Itaqve utriusqve generis singulas qvam potui studiose indicavi, ut qvilibet facile opera intelligere posset, qvantum operæ & industriæ scriptoribus singulis & per qvos esset navatum. Neqve aliarum editionum leviorum licet prorsus omisi notitiam, si qvæ meæ sese offerrent inqvisitioni, ut faciliorem redderem laborem iis qvi post tenues hosce conatus meos aliqvando plenam latinorum scriptorum Historiam nobis dare voluerint. Universum autem opusculum divisi in libros & capita, ut tanto facilius possit evolvi, respondeatqve Bibliothecæ meæ Græcæ, similiter in libros & capita distributæ. Ad calcem libri postremi subjeci notitiam celebriorum typographorum, eorumqve nomina qvi præ ceteris laudem & gloriam in libris emendate ad MStos codices ac luculenter imprimendis consecuti sunt, asterisco distinxi. In eodem libro præterea annotavi si qui viri docti Veterum scriptorum, qvorum integra scripta perierunt, fragmenta collegissent

gissent, imitati nautas naufragium passos, quos Poëta ait

Navibus amissis fluctantia qværere aplustra.

Sed & collectiones Veterum scriptorum latinorum, Grammaticorum, Rhetorumqve & aliorum, diligenter recensui, non præteritis JCtis, Medicis, & Poëtis Christianis. Omitto alia qvæ in hac libri mei quasi repastinatione recens accesserunt, qvæqve malim te ex ipsius opusculi inspectione cognoscere, lætaturus, si studiosis hominibus in qvorum gratiam totus hic à me susceptus est labor, usum aliqvem afferre queat. Vale.

Hamburgi, Nonis April.
Anni MDCCVIII.

BIBLIO-



BIBLIOTHECÆ LATINÆ,

Sive

NOTITIÆ AUCTORUM VETERUM LATINORUM,

LIBER I.

De Scriptoribus Aureæ Ætatis, qui libros suos edidere intra duo secula ante Tiberii imperium.

CAPUT I.

DE M. ACCIO PLAUTO.

Plauti ætas. 1. *Comœdiæ quæ exstant.* 2. *Vidularia unica desideratur ex illis XXI. quas omnium consensu Plauto tributas Varro esse scripsit.* 3. *Poëtæ quorum dramata ad Plautum à nonnullis relata.* 4. *Comœdiæ deperditæ quæ à Veteribus sub Plauti nomine laudantur.* 5. *Grammaticorum Veterum Scripta in Plautum deperdita.* 6. *Acrosticha Plauti Comœdiis quæ exstant præmissa.* 7. *Plauti editiones.* 8. *Varia scripta eruditorum Virorum Plauto lucem afferentia.* 9. *Querolus supposita Plauto.* 10. *Philodoxios.* 11.

I. M. ACCIUS à pedum planitie sive πλατύποδες initio *Plotus*, postea PLAUTUS (a) est di-

 ctus

(a) Festus in *Ploti.*

ctus, patria Sarsinas ex Umbria, lepidissimus Poëta Comicus. A temporibus belli Punici secundi floruit, ingenio magis dives qvam opibus, ita ut ad molas manuarias (b) se locare coactus sit pistori. Fatis concessit Romæ, cum Terentius vix novennis esset Anno U. C. DLXX. (c) ante CHRISTUM natum CLXXXIV. P. Claudio & L. Porcio COSS.

II Exstant ex ipsius Comœdiis, quarum CXXX. ætate A. Gellii sub Plauti nomine circumferebantur, ut ipse auctor est libro & capite tertio Noctium Atticarum, hæ *viginti*, ordine fere litterarum à Grammaticis digestæ, ad evolvendi, ut credibile est, facilitatem.

1. *Amphitruo*, in qva post actus IV. scenam 2. inserti sunt à recentiore manu versus CLXXXII.
2. *Asinaria* ex ὀνάγρῳ Demophili Comici Græci expressa.
3. *Aulularia* sic dicta ab aulula sive olla Euclionis. Extremam hujus dramatis partem supplevit

(b) Hieron. Chronico, & Gellius III. 3. qvi è Varrone refert binas illum fabulas Satyrionem & Addictum & tertiam cujus nomen non adscripsit, in pistrino composuisse. Apud Minucium qveqve Felicem c. 14. *Plautinæ prosapiæ hominem* pro pistore poni observant Viri docti. Utrum vero quod in trusatili mola asinorum veluti vicem gesserit Plautus in pistrinis versatilibus molentium, ideo *Asinii* cognomento veniat in quibusdam libris, in medio relinqvo.

(c) Cicero Bruto c. 15. Apud Vossium de Poëtis latinis, etiam in nova Operum editione in fol. perperam excusus Urbis annus CIↃ.Lxxv.

plevit & adtexuit *Antonius Codrus Urceus*, Professor Bononiensis, qvi clarebat sub Sigismundo & Friderico III. Impp. Aliud brevius supplementum legitur in editione Plauti Lugdunensi qvam dedit Gryphius, in Coloniensi Gyberti Longolii, tum in Pareana & aliis recentioribus. Alia deniqve ex ingenio adornarunt Joach. Camerarius & Georgius Reimannus Leibschütz. Jamqve olim Plauti Aululariæ alienos versus insertos fuisse colligas è Plinii XVIII. 1. Aululariam seorsim illustravere Steph. Riccius, Mauritius Sydelius &c.

4. *Captivi*, de qva Comœdia sua Auctor ipse, Prologo:

Non pertractate facta est neq; item ut cæteræ,
Neq; spurcidici insunt versus immemorabiles.

Et in calce dramatis:

Spectatores, ad pudicos mores facta hæc fabula est.
Hujusmodi paucas Poëtæ reperiunt Comœdias.
Ubi boni meliores fiant. — — — —

5. *Curculio*, qvod est nomen parasiti, impositum à verme qvi frumentum exedit, unde jocus Ausonii Epist. XXII. *Tota illa familia hominis litterati non ad Ciceronis frumentariam* (3. in Verrem,) *sed ad Curculionem Plauti pertinebit.*

6. *Casina*, pro qvo nomine *Canissam* malebat Sam. Petitus II. 19. Misc. sed infelici conjectura, ut docuit Sam. Bochartus parte I. Hie-

rozoici II. 55. Vide etiam si placet Gvil. Canterum VII. 22. Nov. lect. Johannes Meursius in mantissa ad librum de luxu Romanorum cap. 17. Casinam dictam conjicit à *casu* sive sorte, translata enim est de Græco Diphili dramate qvod inscribebatur κληρέμενοι sive sortientes. Festo in *remiligines* hæc Plauti fabula laudari videtur sub titulo *Patinæ* sive *Patinariæ*, Confer Casinam IV. 3. 7.

7. *Cistellaria.*

8. *Epidicus*, auctori suo præ cæteris probata. Vide Bacchides II. 2. 36. Hanc separatim illustravit Andreas Wilckius. Erfurt. 1604. 8.

9. *Chrysalus* sive *Bacchides*. Prologus ac scenæ primæ initium à Lascari repertum est Messinæ in Sicilia, ab aliqvibus tribuitur Francisco Petrarchæ. Exstat in editione Plauti Longoliana Coloniensi, atqve inde in aliis.

10. *Phasma* sive *Mostellaria*, sic dicta à *Mostella* sive monstro ædes infestante.

11. *Menæchmus*, cujus Dramatis uti Pœnoli qvoqve Italicam tanslationem vidi editam Venetiis 1526. 8.

12. *Pyrgopolinices* sive *Miles gloriosus*.

13. *Mercator*, translata ex ἐμπόρῳ Philemonis Comici Græci. In hâc qvoqve post Actus IV. scenam qvintam bene multi versus adsuti sunt à recentiore manu, nec non & versus undecim præmissi scenæ III. Actus V.

14. *Pseu-*

14 *Pseudolus.* Cicero Catone Majore c. 14. *Quam gaudebat bello suo Punico Nævius, quam Truculento Plautus, quam Pseudolo!*

15. *Pœnolus*, qvi & *Patruus*, & *Phagon.* Punica in hoc dramate ocurrentia, qvæ parum à puritate Hebraismi abesse affirmat Josephus Scaliger Epist. CCCLXII. & Hebraicis litteris in sua Plauti editione descripsit Pareus, illustrarunt Josephus Scaliger ad fragmenta Græcorum p. 32. Salmasius Epist. XVIII. Thom. Reinesius de lingva Punica c. XII. Sed maxime Sam. Petitus lib. II. Misc. c. 1. 2. 3. eoqve felicius Bochartus II. 6. Chanaan, & Jo. Clericus Vir Cl. Tomo IX. Bibl. Universalis p. 256. qvi rhythmos esse docet, qvos subodoratus qvoqve fuerat Jo Seldenus prolegom. de Diis Syris cap. 2. Vide prætera si lubet Hugonem Grotium Epistola CVI. ad Gallos (collectionis majoris CCLVIII) Brianum Waltonum apparatu ad Biblia Polyglotta prolegom. II. num. 6. seq. Stephanum le Moyne ad varia Sacra p. 112. Jo. Christoph. Wagenseilium τὸν μακαρίτην in telis igneis Satanæ retusis p. 411. Jo. Braunium Virum Cl. in selectis sacris p. 484. & Rev. Valentinum Ernestum Lœscherum de caussis linguæ Hebrææ p. 31.

Post actus postremi scenam sextam Jo. Sambucus è MSto Codice aliam subjunxit, qvam in manu exaratis libris reperit etiam Justus Lipsius V. 19. Antiqv. Lect.

16. *Persa.*

17. *Rudens*, qvo titulo perinde ut Trinummo & Truculento non expleri indicationem argumenti disputat Julius Cæsar Scaliger p. 766. Poëtices.

18. *Stichus.* In hâc fabula leguntur loca bina qvæ è *Nervolaria* Plauti producit Festus in *Nasiterna* & *Osculana*: fortasse qvod Plautus similes versus in diversis qvandoqve adhibuit Comœdiis. Sane quæ è Nervolaria tum apud Festum tum apud alios plura leguntur, in Sticho frustra qværas.

19. *Trinumus*, qvam separatim illustravit in Plauto Philologo Critico *Henningus Succovius.* Julio Cæsare Scaligaro judice rectius fecisset Plautus, si *Thesaurum* inscripsisset.

20. *Truculentus*, cæteris depravatior hodie exstat, etsi ut supra in Pseudolo dixi Plauto ipsi hoc drama suum mirè placuit.

III. Ætatem igitur tulerunt (præter unam *Vidulariam*) Comœdiæ Plauti Varronianæ omnes, sive XXI. illæ qvas *Varro in libris de Comœdiis Plautinis* consensu omnium pro genuinis habuit teste Gellio III. 3. Vidularia qvoqve exstitit olim in antiqvissimis membranis Palatinis, in qvibus ejus titulum post Truculentum observarunt Viri docti, sed fabula ipsa desiderabatur, quam plus simplici vice in testimonium citant Nonius, Priscianus & alii.

IV. Post

IV. Post mortem Plauti, ejus Comœdiæ quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse de jocorum copia cognitæ sunt, ut narrat Macrobius lib. 2. Saturnal. c. 1. Aliarum Plauto passim tributarum auctores fuere *M. Aquilius* qvidam, vel *M. Accius* sive *Acutius*, vel *Plautius* (d) sive *Plotius*, vel denique *Turpilius*.

V. Nomina deperditarum Comœdiarum sub Plauti nomine hæc apud veteres Grammaticos observata sunt Viris doctis, Georgio Fabricio præcipue, Taubmanno ac Pareo, qui fragmenta Plauti collegerunt: 1. *Acaristio*, pro quo alii apud Nonium legunt *ἄχαρι studium*: 2. *Abroicus*, al. Ambroicus vel Agroicus, ἄγροικος 3. *Addictus*. 4. *Anus*. 5. *Artemon*. 6. *Astraba* sive *Clitellaria*. 7. *Baccharia*. 8. *Bis compressa*. 9. *Bœotia*. 10. *Cacistus*. 11. *Calceolus*. 12. *Carbonaria*. *Clitellaria* (supra *Astraba*) 13. *Cæcus* sive *Prædones*. 14. *Colax*. 15. *Commorientes* è Diphili fabula, cui titulus συναποθνήσκοντες, expressa teste in Adelphis Terentio. 16. *Condalium* è Menandri δακτυλίῳ. 17. *Cornicularia*. 18. *Dyscolus*. 19. *Fœneratrix*. 20. *Fretum*. 21. *Frivolaria*. 21. *Fugitivi*. 22. *Gastron*, aliis *Restio* vel *Gestio*, vel *Quæstio* deniqve. 23. *Hortulus*. 24. *Leones* (al. *lenones*) *gemini*. 25. *Lipargus*, sive Parasitus piger. 26. *Medicus parasitus*. 27 *Mœchus*

 28. *Ner-*

(d) Gellius III. 3. e Varrone refert *Plautium fuisse quempiam Poetam Comœdiarum, cujus quoniam fabulæ Plauti inscriptæ forent, acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non à Plauto Plautinæ, sed à Plautio Plautianæ.*

28. *Nervolaria. Prædones*, (ſupra *Cæcus.*) 29, *Plocinus*, al. Plociona, πλοκιώνης, ſtuparum inſtitor. 30. *Satyrio.* 31. *Scytha lithurgus*, ex Antiphontis Σκύθῃ. 32. *Syrus.* 33. *Trigemini.* 34. *Vidularia.*

VI. Plautum olim illuſtraverunt Grammatici veteres *Aruntius Celſus, Flavius Caper* & *L. Siſenna.* Indices ſuper fabulis Plautinis ſcriptos à *Vulcatio Sedigito, L. Ælio, Claudio* qvodam, itemqve *Accio* & *Aurelio, Manilioqve* memorat Gellius: *Varronis* librum ſecundum Plautinarum qvæſtionum Diomedes. Sed horum omnium labores pridem intercidere.

VII. *Acroſticha* ſive verſus nomina ſingulorum dramatum primis litteris indicantes, eorumqve argumentum complexi, qvi in codicibus & editionibus Plauti ante ſingulas fabulas leguntur, *Priſciano* nonnulli tribuunt, alii è Stylo colligunt illa vel ipſius eſſe Plauti, vel alterius prope æqualis, ut viſum Bocharto T. 1. Hierozoici p. 664.

VIII. Plauti Comœdiæ XX. primum prodiere Venetiis Anno 1472. fol cura *Georgii Merulæ* Alexandrini, quem ſingularis ſtudii ergo laude dignum, negligentiæ ac ſexcentorum errorum arguit *Cornelius Vitellius* Corinthius. Hinc ut omittam editiones Traviſinam & Daventrienſem Anni 1482. & Brixienſem cum Commentario *Bernh Saraceni*, qvam procuravit Simon Papienſis: Venatasqve cum commentario ejus-

ejusdem Saraceni & *Jo. Petri Vallæ* 1499. 1511. fol. & Ulmensem A. 1499 Plautus cum commentariis *Jo. Baptistæ Pii* prodiit Mediolan 1500. fol. & cum *Burchardi Pyladis* Brixiani, &c. *Thaddæi Ugoleti* commentario Parmæ 1511. fol. Præterea cum notis Saraceni, Vallæ, Pii, Pyladis, Ugoleti & *Francisci Marii Grapaldi*, additis iconibus qvibusdam ligno incisis Venet. 1518. fol.

Commemorandæ porro veniunt editiones Argentinensis, curante *Mulingo*, qvam laudat Taubmannus.

Lipsiensis singularum Plauti Comœdiarum Anno 1506. 1511. 1512. &c. fol.

Parisiensis, *Simonis Carpentarii* A. 1513. 8.

Florentinæ, Philippi Juntæ, A. 1514. & 1522. 8. cura *Nicolai Angeli* Buccinensis recensita. Extat & editio Florentina, A. 554. 8.

Aldina, Venet. 1522. 4.

Lugdunenses apud *Gryphium*, 1535. 1540. 8. 1554. 16.

Parisiensis apud *Rob. Stephanum*, exemplaribus viginti invicem collatis, A. 1535. fol.

Coloniensis *Gyberti Longolii* Ultrajectini, 1538. 8. apud Joannem Gymnicum. Prodierant etiam Comœdiæ Plauti selectiores cum notis Longolii Paris. 1530. 4.

Joachimi Camerarii, qvi membranis antiqvissimis Palatinæ postea illatis atqve inde iterum ereptis Bibliothecæ usus, plurima restituit, & qvinqve primum Comœdias recensuit, An-

no 1545.8. deinde totum Plautum A. 1551. & 1558. 8. Basileæ apud Hervag. cum fragmentis à *Georgio Fabricio* collectis, & præfixa ejusdem Camerarii de Carminibus Comicis dissertatione.

Plantiniana cum castigationibus ejusdem Camerarii, *Cœlii Secundi Curionis*, *Jo. Sambuci*, *Adr. Turnebi*, *Adriani Junii*, *Caroli Langii* & aliorum, Antvverp. 1566. 12. Genev. 1581. 1587.

Basileensis Hervagiana Anno 1568. 8. in qva præter castigationes jam memoratas Virorum doctorum & Caroli Langii lectiones in Plautum occurrit *Andreæ Alciati* Mediolanensis de Plautinorum Carminum ratione libellus, & Lexicon Plautinum.

Basileensis, *Andreæ Cratandri*, Anno 1573. 8.

Lambinianæ cum commentariis insignibus *Dionysii Lambini*, Paris. 1577. 1587. fol. Col. 1758. Genev. 1595. 1605. 1622. 4.

Plautus ex recensione Lambini Heidelberg. A. 1581. 8.

Plautus ex recensione *Jani Dousæ* filii, cum brevibus ejus animadversionibus, Antvverp. 1589. Lugd. Bat. 1595. Francof. 1610. 12.

Ex recensione & cum præfatione *Augusti Buchneri*, Witteb. 1640. 12. 1652. 1659. &c. Præfationem in posterioribus Plauti editionibus omissam qveritur Tho. Crenius Vir Clar. parte 2. animadvers. p. 2. De editione ipsa

ipſa non præclare ſentit Jo. Frid. Gronovius præf. ad Plautum.

Jo Paſſeratii Commentaria in Plautum laudata Adriano Bailleto nuſqvam terrarum neqve typis exſcripta neqve manu exarata comparuiſſe affirmat Ægidius Menagius T. 2. Anti-Bailleti p. 158. At in Philippi Labbei Bibliotheca nova MSS. p. 371. memorari video Paſſeratii Commentaria in Plauti militem, Caſinam & Moſtellariam.

E recenſione *Jo. Iſaaci Pontani* Plautus prodiit Amſt. 1650. formâ minore.

Præſtantiſſimæ ad intelligendum hunc Comicum ſunt editiones Taubmannianæ, qvarum prima Francof. 1605. altera 1612. cum ſecundis *Frid. Taubmanni* curis, tertia poſt illius obitum (vitâ enim exceſſit Wittebergæ A. 1613. IX. Cal. April.) accedente eximii Viri *Jani Gruteri*, ſed variis invectivis (e) in Jo Philippum Pareum moleſti, induſtria A. 1621. 4. Hæ editiones licet non usque qvaqve ſunt emendatiſſimæ, primæ enim ſe ideo pudere ſcribit Taubmannus in literis ad Godof. Jungermannum datis prid. Cal. Septembr. A. 1606. & tertiam hoc

(e) Hæ totis plauſtris etiam in Pareum effunduntur â Grutero in Epiſtola monitoria ſub Chriſtophori Pflugii typographiæ Schurerianæ præfecti nomine edita, tum in ἀντιλήψει Erfordiana & in Euſtachii SU. P. Aſini Cumani fraterculo è Plauti electis electo. Reſpondit Pareus non minus acerbe in provocatione ad ſenatum Criticum pro Plauto, & in Analectis Plautinis, qvæ theſauro ſive Faci Artium Gruterianæ tomi ſeptimi inſtar maligne ſubjuncta ſunt.

hoc nomine reprehendit Jo. Clericus Vir Cl. T. 3. Bibl. selectæ p. 364. seq. tamen contextum pluribus locis exhibent meliorem, ac præter luculentos commentarios, omnium qvi qvi ante Plauto manus admoverant industriam delibantes ac vincentes, fragmenta ex amissis Plauti Comœdiis post G. Fabricium diligentius collecta, tum hypobolimæa seorsim ad calcem conjecta notisqve illustrata exhibent. Eadem fragmenta deinceps subjuncta sunt Plauto cum Indice phrasium excuso Cothenis Anno 1620. 8. tum editionibus Plauti eximiis qvas magno studio adornavit *Jo. Philippus Pareus* Francof. 1610. 8. Neapoli Nemetum sive Spiræ 1619. 4. & Francof. 1641. 8. tum illis qvas cum variorum notis vulgarunt Lugduni Batavorum M. *Zuerius Boxhornius*, A. 1645. 8. à Nic. Heinsio exemplar manu *Josephi Scaligeri* notatum nactus, & A. 1664. 1684. 8. *Jo. Frid. Gronovius* è sex Codd. MSS. atque ex sagaci ingenio non paucis Plauti locis novam lucem fœneratus.

In usum serenissimi Galliæ Delphini Plautus editus est à *Jacobo Operario* Constantiensi Presbytero, & Domus de charitate S. Mariæ Provisore Paris. 1679. 4. duobus Voluminibus, cum interpretatione sive paraphrasi & notis, omniumque (f) Indice Vocabulorum, quod ne sæpius mone-

(f) Multa reprehenderunt, qvod in Indicibus hisce laboriosis sane ac perutilibus nulla tamen phrasium ratio habita est, neqve acceptionis variæ vocabulorum, ut laudatissimo

monere necesse sit, semel annotasse sufficiat, ita adornatas esse omnes auctorum editiones qvas moderantibus Carolo Sanctamauræo Montauserii Duce, Jacobo Benigno Bossveto (g) Episcopo Condomensi atqve inde Meldensi, & Petro Daniele Huetio Episcopo hodie Abrincensi doctrinæ & ingenii laude illustrissimo, in Delphini usum Galli vulgarunt.

Prodiit etiam Plautus cum variis lectionibus in Corpore Poëtarum latinorum Genev. 1603. 1611. 4. & ex *Francisci Gvieti* Critici severissimi recognitione, addita Gallica interpretatione prosaria *Michaelis Marollesii* Paris. 1658. 8. Ab eo tempore *Anna T. Fabri* filia qvasdam Plauti Comœdias, Amphitruonem puta, Rudentem atqve Epidicum nova veste eleganti Gallica induit, notisqve & dramatum ad leges theatri examine illustravit, Paris. 1683. Amst. 1691. 12. tribus Voluminibus. Hæc Plautum Terentio ita notat præstare ingenio & inventione atqve apparatu, ut Terentius vincit arte & dictionis elegantia.

IX.

mo studio factum est in Indicibus Matthiæ Berneggeri, Jo. Freisheimii &c sed hæc simplicia & nuda modo exhibentur, atqve parum utilis sive superstitiosa potius diligentia jacta-, tur in ejusmodi qvalia nemo sanus reqvisierit uti sunt *&* *est*, *qvi* &c Prætereo qvod librariorum vitio numeri interdum perperam positi, vocabulaque omissa ut in Plauto ipso annotavit Tho. Crenius T. V. animadvers. p. 197.

(g) Diem obiit supremum An 1704. 12. Aprilis, ætat. 78. Vide Ephemerides Parisienses ejus anni p. 905. seq. edit. Amstelod.

IX. Præterea Plauti Comœdiis lucem attulere *Justus Lipsius* (h) in antiqvarum Lectionum libris qvinqve, usus qvatuor Codd. MSS. *Hermannus Buschius* in decimationibus Plautinis: *Janus Mellerius Palmerius* in spicilegiis, Tom. V. facis Artium Gruterianæ. *Janus Guilielmus* in qvæstionibus Plautinis Paris. 1583. 8. & jam dictæ facis Artium Tomo III. *Janus Dousa*, Pater, in Centurionatu sive Plautinarum explanationum libris IV. Lugd Bat. 1587. 12. Francof. 1600. 12. *Janus Gruterus* in IX. libris suspicionum, Witteberg. 1591. 8. *Caspar Scioppius* in suspectarum lectionum libris V. qvibus amplius ducentis locis Plautus castigatur & illustratur, Norimb. 1597. 8. *Jo. Meursius* in Curis Plautinis, sive parte priore Exercitationum Criticarum, Lugd. Bat. 1598. 8. *Valens Acidalius* in libris viginti divinationum & interpretationum Plautinarum, Francof. 1607. 8 & Tomo VI facis Artium Gruterianæ. *Franciscus Dissaldeus* in animadversionibus ad Plautum, Salmur. 1611 8

Jo.

(h) Is Lipsius cum Eloqventiam publice doceret in Academia Jenensi, his verbis solebat studiosæ juventuti lectionem Plauti commendare, ut video à qvodam ejus auditore annotatum: *Diligenter legite Plautum, plus est doctrinæ in Plauto qvam in Terentio, nihil potest utilius legi post Ciceronem, hic est, qvi proprietatem, qvi puritatem suppeditat, qvi urbanitatem, jocos, sales & eam Atticorum Venerem qvam frustra in reliqvo Latio qværas.* Norunt tamen studiosi fugiendos esse in illo Comico non minus putidos qvosdam & obscœnos sales, qvam obsoleta verba, quæ longe plura è deperditis qvoqve Plautinis Comœdiis annotarunt Fulgentius Planciades, Nonius, Festus.

Jo. Philippi Parei Lexicon Plautinum editum Hanoviæ 1634. 8. Ejusdem Calligraphia Plautina, Commentarius de metris Plautinis, de imitatione Plauti Terentiana, de vita & scriptis Plauti dissertatio. Electa denique & analecta Plautina, ut animadversiones quas Clarissimus vir Petrus Francius ineditas habuit omittam. Analectis in Tomo VII. facis artium subjiciuntur *Jo. Brantii* breves notæ in Plautum, *Georgii Reiteri* censura in aliqvot loca Plauti, & variæ lectiones è tribus Caroli Langii Codicibus MSS. Videndus qvoqve in varia Plauti loca *Octavius Ferrarius* vir doctissimus lib. II. electorum cap. 27. seq. *Simonis Ulrici Pistoris* animadversiones in Plautum affectæ, lucem opinor haud viderunt, laudatæ & inspectæ Taubmanno. *Henrici Stephani* dissertatio de Plauti latinitate, ejusdem libello de latinitate falso suspecta subjicitur Paris. 1578. 8. *Franciscus Floridus Sabinus* in dissertatione adversus calumniatores Plauti, vulgatâ Basil. 1540. atqve in editione Plauti Pareana, & *Benedictus Florettus* in Apologia pro Plauto, qvam ex Hetrusco Idiomate vertit latine Janus Panelius, Middelburgensis, & Philippus Pareus edidit additam commentario ejus de particulis latinæ lingvæ A. 1647. 12. Hi Plautum extollunt contra judicium (i) Volcatii Sedigiti, Horatiiq; probatum Danieli Heinsio in diss. qvæ Terentii qvibus-

(i) Sedigitus apud Gellium XV. 24. Horatius in Arte Poët. v. 270. seq. Confer si placet G Jo. Vossium II. 23 Institut. Poët. & Franciscum Vavassorem de ludicra dictione p. 160. seq.

busdam editionibus præmitti solet Tuetur etiam Plautum H. Stephanus adversus Naugerium in diss. de Criticis p. 16. seq. & 27.-34.

Georgii Cassandri sententiæ selectiores ex Plautinis Comœdiis, una cum scholiis in loca obscuriora prodiere Gandavi 1536 4. ut omittam *Georgii Fabricii* è Plauto & Terentio collectas sententias, *Reineri Neuhusii* electa Plautina ac Terentiana, *Christophori Vladeraccii* flores Plauti, *Bernhardi Heupoldi* Plautum redivivum, sive sententias è Plauto excerptas, &c.

Non inutilis labor eloqventiæ studiosis offertur in *Augustini Gambarelli* libello qvem inscripsit: Opposita sive Antitheta è Plauto, Terentio & Cicerone, Mediol. 1606. 4.

Deniqve *Caspar Sagittarius ὁ μακαρίτης*, Anno 1671. 8. Altenburgi edidit diatribam de vita ac scriptis Plauti, Terentii ac Ciceronis, in qva memorat nonnulla à me ante omissa, ut Lælii Patavini notas in Aulularian, Epidicum, Bacchides, Mostellariam & Pseudolum: Lodevei Odeberti Eduensis in Amphitruonem, Hasenmulleri in Aulularium &c.

X. Joannes Philippus Pareus editioni suæ Plauti præclaræ qvam Neapoli Nemetum prodiisse dixi A. 1619. 4. subjecit antiqvam Comœdiam (k) qvæ inscribitur *Qverolus sive Aulularia*, diver-

(k) Scripta est sermone Poëtico non tamen accurata certaqve pedum ratione observata unde *claudo pede incedere* se affirmat in prologo, ad qvem vide sis notas Petri Danielis. Recte igitur *drama prosaicum* vocat G. Jo. Vossius cap. 2. de natura Poëtices & *fabulam prosam* Tho. Reinesius p. 175. Epist. ad Bosium.

diversa ab Aulularia qvam inter Plautinas jam posui. Hæc primum in lucem prolata est à *Petro Daniele* Paris. 1564. 8. apud Rob. Stephanum, hinc prodiit cum notis ejusdem Danielis, *Conradi Rittershusii* & *Jani Gruteri*, adjecta ejusdem argumenti Aulularia qvam elegiis pridem descripsit Gallus qvidam Blesensis, *Vitalis* nomine, sub initia sæculi XIV. à CHRISTO nato clarus, Heidelbergæ apud Commelin. 1595. 8. Etsi vero Qverolus illa in MSto antiqvissimo Palatino ad Plautum refertur, sub Plauti qvoqve nomine allegatur à Servio in III. Æneid. p. 279. edit. P. Danielis, Jo. Sarisberiensi II. 2. Policratici & Luitprando de rebus per Europam gestis I. 3. unde Plauto alicui juniori tribuitur à Casp. Barthio XLIV. 13. 14. Adversariorum: M. Accii Plauti certè minime est, qvoniam auctor ipse in prologo hanc fabulam *investigatam Plauti per vestigia* profitetur, & pag. 34. locum profert è Ciceronis Oratione pro Sex. Roscio Amerino. Qvemcunqve vero parentem agnoscit, exploratum videtur vel è Servii testimonio, Imp. Theodosii saltem junioris tempora sive antecedere sive æqvare, qvamobrem *Rutilium* cui hoc drama Auctor inscripsit, viri docti (l) haud putant diversum esse à Claudio Rutilio scriptore Itinerarii, de qvo infra suo loco. Non me fugit qvidem à Pareo & aliis auctorem hujus Qveroli existimari *Gildam Badonicum*, qvi post medium

(l) Vide Vossium de Poëtis latinis p. 59. & Paulum Colomesium ad dialogos Gyraldi de Poëtis p. 431.

dium ſæculi à CHRISTO nato ſexti floruit. Ita ſane vir inſignis Jo. Fridericus Gronovius IV. 18. de ſeſtertiis, ſcriptorem hujus dramatis appellans *Gildam*, *Anacharſin Britanniæ*. Sed vereor ne anſam huic ſententiæ parum veriſimili dederit toto cœlo diverſa ab hoc dramate Epiſtola Gildæ Sapientis de excidio Britanniæ & Caſtigatio Ordinis Eccleſiaſtici, qvæ *liber Qverulus* inſcribitur in Codd. MSS.

XI. Joſias Simlerus in Bibl. affirmat Achillem Statium habuiſſe Comœdiam Plauti ineditam *Philodoxium*. Sed non magis Plauti eſt hoc drama qvam alterius Comici veteris *Lepidi*, ſub cujus nomine illud Luccæ Anno 1583.8. edidit Aldus Manutius Pauli F. Vide, ſi placet, qvæ dixi inferius ubi recenſeo fragmenta veterum Comicorum latinorum.

CAPUT. II.

DE M. PORCIO CATONE.

M. Catonis majoris ætas 1. *Liber de agricultura.* 2. *Inſcriptiones capitum. Editiones.* 3. *Oratio pro Lege Oppia, apud Livium.* 4. *Suppoſititia Catonis ab Annio edita.* 5. *Diſticha moralia alterius ſcriptoris. Valerii Catonis diræ. ibid. Catonis majoris dictio.* 6. *Scripta deperdita.* 7. *De M. Catone filio Prætore* 8. *De Catone nepote.* 9. *De Pronepote, Catone minore, Uticenſi.* 10.

I. M. PORCIUS CATO antea *Priſcus* appellatus, etiam *Major* vulgo audit ob pronepotem Cato-

Catonem minorem Uticensem. Ortus municipio Tusculo, non minus (a) egregii Imperatoris Consulisqve ac Censoris (unde *Censorius* qvoqve passim dicitur) qvam JCti, Oratoris, conditoris Historiarum ac Philosophi nomen promeruit. Cum bello Punico secundo ab anno usqve septimo decimo ætatis non infeliciter pugnasset, deqve Hispania triumphum, & multa in Rep. præclare egisset, haud dubitavit magno jam natu (b) Græcas litteras in Sardinia ab Ennio addiscere, nec pauca latine scripsit, obiitqve tertio bello Punico qvod ipse persvaserat ineunte, Anno U. C. DCIV. L. Censorino & M. Manilio Coss. ante CHRISTUM natum

 CXLIX.

(a) Livius XXXIX. 40. Plin VII. 27. & XXIX. 1. Hist. Cicero Bruto cap. 15. &c. Nepos & Plutarchus Catone Majore pag. 336. seq. E recentioribus Jo. Glandorpius in Onomastico Romano p. 714. sequ. ubi de gente Porcia è Gellii XIII. 19. & aliis scriptoribus: Andreas Schottus ad Victorem de viris illustribus c. 47. Caspar Sagittarius de vita & scriptis Catonis, Ennii, Pacuvii &c Altenburg, 1672. 8. (qvo in libro pag. 75. tabellam Genealogicam Catonum exhibet.) Martinus Hanckius (in Sagittarii libro p. 106. per typographi errorem Hanserus) Vir Cl. libro utroque de Romanarum rerum scriptoribus, ac Petrus Bælius dictionario Historico Critico edit. secundæ in *Porcius.* Imaginem Catonis Censorii post Bellorium & alios exhibet Jacobi Gronovii Viri Cl. Thesaurus Antiqvitatum Græc. Tomo III. Diversus à Catonibus qvos Glandorpius & Sagittarius recensent, fuit Cato Sinopensis, cujus de Hieronymi Syracusani Tyrannide librum allegat Athenæus libro VI.

(b) Aurelius Victor c. 47. Cicero Catone Majore c. 1. & 8. & in Lucullo c. 2. Qvintilian. XII. 11.

CXLIX. ætatis LXXXV. ſi Ciceronis qvidem (c) & Plinii calculum ſeqvimur, nam Livius XXXIX. 40. eum teſtatur anno LXXXVI. adhuc cauſſas egiſſe, & anno XC. Servium Galbam ad populi judicium adduxiſſe, qvod narrat etiam Plutarchus in vita p. 344. ſeq. Confer ſi juvat, Valerium Max. VIII. 7. 1.

II. Jam tum Ciceronis (d) ætate nullum fere exſtabat ſcriptum latinum, quod eſſet dignum lectione, ſcriptis Catonis antiqvius. Cum vero plurima ut dixi ſcripſerit, unicus hodie illius ſupereſt *de agricultura* ſive *de rebus ruſticis* ad filium *liber*, cujus meminit præter Varronem ac Columellam, Gelliumqve Plutarchus pag. 351. *συνέταξεν γε βιβλίον γεωργικὸν, ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας* (cap. 76.) *καὶ τηρήσεως ὀπώρας* (cap. 25. & 101.) *γέγραφεν, ἐν παντὶ φιλοτιμούμενος περιττὸς εἶναι καὶ ἴδιος.* Plinius XIV. 4. *Catonum ille primus triumpho & cenſura ſupra cetera inſignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum, præceptisqve omnium rerum expetendarum datis generi Romano, inter prima vero agrum colendi, illius ævi confeſſione optimus ac ſine æmulo agricola.* Servius ad 2. Georgic. *Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura, &c.*

III. Inſcriptiones Capitum non eſſe ab ipſo auctore, recte mihi videtur annotaſſe Joannes Meurſius, licet exſtent in editione principe qvæ prodiit Venet. per Nicolaum Jenſon, 1470.

(c) Cicero Bruto c. 20. Plinius XXIX, 1.
(d) Cicero Bruto c. 18.

1470. fol. & Regii An. 1482. fol. apud Barthol. Bruſchium, tum in altera ibid. apud Franciſcum Mazalum 1499. fol. At in aliis qvibusdam deſunt, ut in Baſileenſi Anno 1521. qvam optimæ notæ eſſe idem Meurſius teſtatur, & in Colonienſi apud Jo. Gymnicum 1536. 8. & in Lugdunenſi apud Seb. Gryphium 1536. 8. Prodiit liber Catonis, præter jam dictas editiones ſæpiuscule, additis Varronis, Columellæ & Palladii libris ejusdem argumenti, ut Bononiæ 1494. & 1504. fol. & Venetiis 1472. & 1514. apud Aldum, 4. iterumqve Venetiis An. 1528. 8. tum Pariſ. apud Aſcenſium 1529. fol. atqve iterum in eadem urbe 1533. apud Jo. Parvum & Galeotum à Prato, fol. cum *Georg. Merulæ Alexandrini* enarratione priſcarum dictionum in ſcriptoribus de re ruſtica, Phil. Beroaldi notis ad Columellam, & Aldi Manutii ad Palladium. Hinc cum *Petri Victorii* caſtigationibus Pariſ. apud Rob. Stephanum 1543. 8. & Lugd. 1549. 8. Deniqve Heidelbergæ apud *Hieron. Commelinum* 1591. 8. cum Indicibus *Friderici Sylburgii.* Notæ Commelini, qvas pollicitus eſt, nunqvam viderunt lucem, at caſtigationes & animadverſiones *Fulvii Urſini* ad Catonem, Varronem, Columellam & Calendarium Ruſticum Farneſianum & veteres Inſcriptiones fratrum arvalium prodiere Romæ 1587. 8.

Catonis librum ſeparatim recenſuit illuſtravitqve *Auſonius Popma* Anno 1590. 8. apud Plantinum. Poſt Popmam *Jo. Meurſius*, qvi centum

amplius locis auctum ex Basileensi maxime & Commeliana editione correctumqve se dare profitetur, Lugd. Bat. 1598. 8. & Franeqveræ 1620. 8. In his editionibus præter Popmæ Meursiiqve notas occurrunt *Fragmenta ex deperditis Catonis scriptis* (post *Antonii Riccoboni* industriam ad calcem libri de Historia Venet. 1568. & Basil. 1579. 8. & Francof. 1628. fol. ad calcem T. Livii) diligentius collecta ab Ausonio Popma & brevibus notis illustrata.

IV. *Oratio* Catonis *pro lege Oppia* adversus L. Valerium Tribunum, cum Valerii responsione legitur apud Livium XXXIV. 2. seq. incertum an ipsius Catonis verbis.

V. Cetera qvæ tanqvam ex Originibus Catonis petita *de antiquis Italiæ populis* fragmenta, unà cum aliis scriptis nullius fidei vulgavit commentariisqve illustravit *Joannes Annius*, Viterbiensis, Romæ Anno 1498. fol. freqventer & variis locis ab eo tempore recusa tanqvam spuria, qvanqvam laciniis quibusdam qvas è Catone Plinius & alii proferunt, adtexta, præsenti loco omitto. Ita *disticha moralia* qvæ sub *Dionysii Catonis* nomine circumferuntur, nemo ignorat ad Catonem de qvo loqvimur in præsenti, neutiqvam pertinere; Non certe magis qvam *Valerii Catonis diras*, de qvibus singulis infra suus sese offeret dicendi locus.

VI. Ut ad Catonem Censorium noster redeat sermo, orationis ejus formam ita describit Cice-

Cicero in Bruto cap. 17. *Antiquior est bujus sermo, & qvædam horridiora verba: ita enim tum loqvebantur. Id muta, qvod tum ille non potuit, & adde numeros, ut aptior sit oratio, ipsa verba compone & quasi coagmenta, qvod ne Græci qvidem veteres factitaverunt; Jam neminem antepones Catoni.* Plutarchus in Catonis vita pag 339. εὔχαρις ἅμα καὶ δεινὸς, ἡδὺς καὶ καταπληκτικὸς, φιλοσκώμμων καὶ αὐστηρὸς, ἀποφθεγματικὸς καὶ ἀγωνιστικός. *Lepidus simul & gravis, jucundus & fulminans, facetus & austerus, sententiosus & acris.* Hæc exemplis deinceps quibusdam confirmat, & nonnulla ipsius acute dicta refert Plutarchus.

VII. *Scripta* Catonis *deperdita* hæc apud Veteres commemorantur:

Originum sive Historiarum (e) Annaliumve Pop. Romani *libri VII.* qvibus ultimam manum paucis ante mortem diebus vel mensibus imposuisse è Cicerone constat. Certe senex demum illos scribere instituit teste Nepote cap. 3. ubi singulorum librorum argumenta. Apud Livium qvidem XXXIV. 5. L. Valerius tribunus Catoni vix duodeqvadraginta annos nato Origines ipsius objicit. Sed vide-

(e) *Historias* vocat præter Nepotem Charisius lib. 2. Sed *Annales* Epitoma Livii lib. XLIX. *Origines* non satis plenus titulus visus Festo in *Orig.* Adi Vossium lib. I. de Historicis Latinis cap. V. Fragmenta è Catonis Originum libris collegere Antonius Riccobonus ad calcem libri de Historia, & Ausonius Popma in fragmentis Catonis de quibus ante dixi, & in fragmentis Historicorum de qvibus infra in Sallustio.

detur Livius eo in loco ut ſæpius alibi tribuere ex ingenio ſuo orationem L. Valerio qvam ille aliter aliamqve dixerat; ut multis jam eruditis obſervatum Voſſio, Bælio, atqve Henrico Noriſio Cenotaph. Piſan. diſſ. 1. cap. 1. p. 4. Laudes ſuas in hoc opere minime præteriiſſe Catonem docet Plutarchus in vita p. 344. Ipſe Cato manu ſua deſcriptum majoribus litteris legendum filio ſuo propoſuit, ut domeſtica exempla virtutis ediſceret. Id. p. 348. Laudat hoc Opus Cicero Bruto c. XVII. Illuſtraverat olim *Statilius Maximus*, ut è Chariſio colligitur.

De re militari liber laudatus poſt alios Joannni Sarisberienſi VI. 19. Policratici. Vide de hoc Catonis ſcripto Stewechium ad Vegetii lib. 1. c. VIII. qvi tamen fallitur, cum plures libros hujus argumenti à Catone ſcriptos putat, & Orationes confundit cum libris; etſi & hi & illæ Græcis ſunt λόγοι, & Gellius qvoqve Orationem Catonis de falſis pugnis librum appellat X. 3. & librum contra Tiberium Sempronium Longum exſulem II. 14.

Libri qvæſtionum Epiſtolicarum, Gellius VII. 10.

Epiſtolæ Plin. Feſtus, Priſcian. &c.

De Oratore, ad filium. Diomedes lib. I. p. 358. Qvintilianus III. 1. *Romanorum primus, qvantum ego quidem ſciam, condidit aliqua in hac materia M. Cato ille Cenſorius.*

Orationes variæ (centum & qvinqvaginta legiſ-

ſe

se se testatur Cicero in Bruto cap. XVII.) qvas ab adolescentia, ut est apud Nepotem, confecit, laudatæ Ciceroni, Varroni, Livio, Plutarcho in Vita Flaminii p. 379. Gellio, Festo Charisio, Nonio, Prisciano & aliis. Qvasdam ex his provectiore ætate scriptas habitasqve Originibus suis etiam incluserat, ut viri docti colligunt ex Epitoma libri XLIX. Liviani, atqve è Livio ipso XLV. 25. & Cicerone in Bruto. Qvam plurimos accusavit, pro se ipso caussam undeqvinqvagies dixit. Ceterum Athenienses cum non Græce sed per interpretem allocutus esset, mirati sunt illi, qvod interpres breviloqventiam ejus vix pluribus verbis asseqvi valuisset, ut refert Plutarchus p. 343. seq.

De liberis educandis. Macrob. III. 6.

Carmen de moribus, liber non versibus scriptus sed prosa, Carmen enim antiqvis dicebantur præcepta, leges, preces, diræ & formulæ qvævis solennes, licet minime versibus scriptæ essent, ut demonstravi lib. I. Bibliothecæ Græcæ cap. IX. sect. 14. Vide Gellium IX. 2. & Nonium in *eligantes*.

Præcepta ad filium. Nonius in *mediastrinos*, Jo. Tzetzes Chiliad. III. hist. 70.

Commentarius qvo medetur filio, servis, familiaribus. Plin. XXIX. 1. Plutarchus in Vita p. 350.

Apophthegmata à sene Catone collecta. Cicero I. Offic. c. 29. Plutarch. p. 337.

VIII Filius Catonis noſtri M. Cato, Prætor, ante Patrem (f) denatus ſcripſerat *de Juris diſciplina* libros, ſive *Commentarios Juris Civilis* qvorum decimus qvintus laudatur à Paulo JCto, in leg. 4. D. de Verbor. obligat. Meminit & Gellius XIII. 19. & Feſtus in *Mundus*. Confer ſi placet Jac. Oiſelii notas ad laudatum Gellii locum. Hoſce Commentarios inter Catonis Cenſorii ſcripta perperam retulere viri doctisſimi Popma & Riccobonus.

IX. M. Cato nepos, qvi Anno U. C. DC XXXVIII. Conſul fuit, ſcripſit & ipſe *Orationes* qvæ à veteribus allegantur & cum Orationibus avi ſubinde confunduntur. Cato nepos de actionibus ad populum ne lex ſua abrogetur, Priſcian. III. p. 662.

X. De *Cæſaris Anti-Catonibus* qvi oppoſiti erant laudibus Catonis vulgo dicti (g) minoris, Uticenſis, qvem Cenſorii pronepotem Cicero helluonem librorum appellat ac ſingulari ſcripto laudibus in cœlum extulerat, dico infra in Cæſare, ubi etiam de Bruto qvi Cæſari, ac de Auguſto qvi Bruto reſpondit. Scripſerat & Catonem M. Fabius Gallus qvem mitti ſibi poſtulat Cicero libro VII. Epiſtola 24. ad Gallum.

CA-

(f) Livii Epitome lib. XLVIII. M. *Porcius Cato filii in Pratura mortui funus tenuiſſimo ut valuit, nam Pauper erat, ſumptu fecit*. De virtute ejus vide ſis Juſtinum XXXIII. 2.

(g) Vitam ejus deſcripſit Plutarchus p. 759. ſeq.

CAPUT III.
DE P. TERENTIO.

Terentii ætas. 1. Sex Comœdiæ qvando acta singulæ, & ex quibus Græcis dramatis expressæ. 2. De Donati & Eugraphii editis aliorumqve deperditis veterum in Terentium Commentariis. 3. Codices Terentii celebriores MSti, atqve de Calliopio qui Terentium recensuit. 4. Terentii editiones 5. Alii Terentii 6.

I. P. TERENTIUS, Afer, natus Carthagine Anno conditæ urbis Romæ DLXII. ante CHRISTUM natum CXCII. decem annis post finem belli secundi Punici. Romam venit servus sed à Terentio Lucano Senatore ob ingenii ac formæ elegantiam mature manumissus, amicitia virorum nobilissimorum, P. Corn. Scipionis Africani & C. Lælii Sapientis usus est, ita ut etiam ab his adjuvari (a) in componendis fabulis diceretur, qvemadmodum etiam à Furio Publico, C. Sulpicio Gallo, Q. Fabio Labeone & M. Popilio. Obiit (teste Eusebio) in Arcadia, Anno U. C. si Marianum Scotum seqvimur, D XCIX. ante CHRISTUM natum CLV. ætatis XXXVII. sex annis ante cœptum bellum Punicum tertium, qvum itinere in Asiam suscepto naufragium fecisset, atque in illo CVIII. fabulas (b) è Menandro versas perdidisset. De-

tra-

(a) Cicero VII. 3. ad Attic. Qvintil. X. 1. Donatus ad prologum Adelph. & in Terentii Vita qvam nonnulli Codices auctori tribuunt Svetonio.

(b) Volcatius Sedigitus apud Donatum. Ausonius in Gripho Senarii Epist. XVIII. *Protulit in scenam quot dramata fabellarum, Arcadia medio qui jacet in gremio.*

tractorem habuit Terentius L. Lavinum, cujus meminit S. Hieronymus l. in Rufinum. Luscium Lanuinum vocant Eugraphii Codices, ad Evnuchum p. 526.

II. Exstant sex Terentii *Comœdiæ*, neqve plures veteribus cognitæ fuerunt, qvi in eis nativam elegantiam puri ac simplicis laudarunt sermonis, ingeniumqve svave, & τὸ ἠθικὸν, qvod é Græcorum, Menandri (a) præcipue imitatione feliciter consecutus est, licet vim Comi-

(c) *Conversum expressumqve latina voce Menandrum* à Terentio *efferri* dixit Cicero in Limone; Cæsari qvoqve Terentius vocatur *dimidiatus Menander*. Hecyram Terentii & Menandri Epitrepontem ejusdem argumenti fabulas vocat Sidonius IV. 9. Epist. Adelphos, Heavtontimorumenon, Andriam & Evnuchum â Menandro accepisse Donatus tradit, Phormionem & Hecyram à Comico Apollodoro. Ipse Terentius prologo Heavtontimorumeni qveritur rumores malevolos distulisse *qvod multas contaminasset fabulas Græcas, dum fecit paucas latinas*. In Andria duas imitatus est *Menandri* Andriam & Perinthiam, in Evnucho Colacem Menandri, Evnuchum & Phasma: In Adelphis, Menandri ἀδελφὰς & *Diphili* συναποθνήσκοντας. Sic potuit in Hecyra & *Apollodori* fabulam qvandam habere ante oculos & simul Menandri ἐπιτρέποντα. Nam Phormionem qvidem ex Apollodori ἐπιδικαζομένῃ expressam esse idem nobis Donatus fidem facit. *Latinos Comicos* antiqviores Plautum, Nævium &c. qvoqve expilatos à Terentio inimici criminabantur, sed hoc ipse qvidem conceptis verbis negat, neqve in iis qvæ habemus Plauti Comœdiis furtorum Terentianorum vel minima vestigia apparent, licet de Terentiana Plauti imitatione liber exstat Jo. Philippi Parei, Plauto ipsius, ut supra cap. I. notare me memini, subjunctus.

Comicam in eo desideravit Cæsar. E recentioribus juvat audire Evremonium: *Terence est peut étre l' Auteur de l' Antiqvité qvi entre le mieux dans le naturel des personnes. I'y trouve cela à redire, qu'l a trop peu d'étendue, & tout son talent est borné à faire bien parler des Valets & des Vieillards, un Pere avare, un fils debauché, une esclave, une espece de Brigvelle. Voila ou s'étend la capacité de Terence. N'attendez de lui ni galanterie ni passion, ni les sentimens ni les discours d'un honnète homme.* Hæc vir politissimi ingenii T. 2. Opp. p. 18. Actæ sunt fabulæ Terentii hoc ordine & tempore, de qvo præter interpretes consulendus Samuel Petitus lib. I. Observationum cap. VIII.

Andria Anno U. C. DLXXXVIII.

Hecyra Anno DLXXXIX. atqve iterum DXCIV. cum prima vice non multum plausus meruisset.

Heavtontimorumenos An. DXCI. Primores binos Actus hujus Dramatis vespere dedit, reliqvos docuit proximo mane. De controversia qvæ Ægidio Menagio super hac Comœdia cum Francisco Hedelino, Abbate Albignacensi intercessit, vide si placet Ephemerides litterarias Parienses Anni MDCXCI. p. 65. seq. edit. Amsterod. Hedelini liber lucem vidit Gallice Paris. 1656. 4. *Terence justifiè par Hedlin.* Menagii dissertatio Ultraj. 1690. 8.

Phormio (d) Anno DXCIII. *Evnu-*

(d) Phormio Parasiti nomen ἀπὸ τῆς Φορμίδος a sportula viminea obsonio ferendo. Vide Erycii Puteani Amœnitates p. 48.

Eunuchus, eodem Anno DXCIII. qvæ pretium 8000. ſeſtertium (e) qvantum nulla anté cujusqvam Comœdia meruit, iterato tertiumqve acta.

Adelphi Anno DXCIV.

III. E veteribus Grammaticis præter (f) *Ælium Donatum* & *Eugraphium* (g) qvi exſtant, Te-

(e) Non 8000. numûm ſive thalerorum, ut é Bailleto legas in Ephemeridibus litterariis Pariſienſibus Anni 1686. p. 508.

(f) *Donati* in ſolas qvinqve Comœdias commentaria habemus, neqve integra fortasſis, ſed è Donato & aliis excerpta atqve collectanea. Confer Jani Parrhaſii Epiſt. LVIII. & LIX. In Heavtontimorumenon nihil Donati hodie exſtat, itaqve interpretationes qvas inde nonnulli producunt. vindicandæ ſunt *Joanni Calpurnio* Politiani æqvali, ut obſervat G. Jo. Voſſius lib. 1. de Vitiis ſermonis cap. 5. De Donato ipſo plura dixi infra, ſuo loco, inter Grammaticos.

(g) Eugraphii præter illa qvæ Gabriel Faërnus & (locupletiora longe) Fridericus Lindenbrogius edidit, Pariſiis in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi exſtat *commentum in Terentium*, Eugraphii titulo inſignitum, qvod inſulſum luceqve indignum duxit idem Lindenbrogius. Vixit Eugraphius iſte ſub Othone III. circa A. C. DCCCC XCVIII. Vide illuſtris viri Gisberti Cuperi Obſervationes p. 127. Meminit Eugraphii Gerbertus qvi poſtea Sylveſter II. Papa Epiſtola VII. ad Airardum. *Evanthius* vero cujus commentarius in Terentium laudatur à *Rufino in libello de metris Terentianis* inter Grammaticos Eliæ Putſchii p. 2705. Lindenbrogio videtur eſſe auctor *brevis diſſertationis de Tragœdia & Comœdia*, qvæ tanqvam ex *Aſpro* vel *Cornuto* petita, Terentio in melioribus editionibus præmittitur.

Terentius illustratus olim fuit ab *Helenio Acrone, Adesione* (nisi nomen apud Donatum p. 163. corruptum sit) *Aspro, Flavio Capro, Aruncio Celso, Annæo Cornuto, Evanthio, Nigidio Figulo* & *Valerio Probo*, qvos laudant Hieronymus Apologia 1. in Rufinum, Sosipater Charisius, Donatus & in libello de metris Terentianis Rufinus Grammaticus Antiochenus.

IV. Antiqvissimum Comœdiarum Terentii Codicem olim habuit Petrus Bembus, exaratum ante annos amplius mille, cui Politianus hæc verba manu sua inscripsit: *Ego Angelus Politianus, homo vetustatis minimè incuriosus, nullum æqve me vidisse ad hanc diem Codicem vetustiorem fateor.* Hic ab illo tempore pervenit in manus Fulvii Ursini, qvi dum vixit auro qvovis pretiosiorem habuit, & moriens Bibliothecæ legavit Vaticanæ, ut referunt Janus Nicius Erythræus, Pinacothea 1. p. 10. & Leo Allatius animadvers. ad Antiqvitates Hetruscas p. 59. Franciscus vero Cardinalis Toletus qvi Ursinum cum vetusto suo libro usqve adeo derisit, ne-

tur. *Anonymi explicatio vocum aliqvot apud Terentium* è veteribus membranis, primum edita est à Bonav. Vulcanio cum Isidori Hispalensis Originibus, deinde inter Autores Latinæ linguæ prodiit vulgata à Dionysio Gothofredo, & in Terentio editionis Lindenbrogianæ p. 583. Addamne his qvod Petrus Lambecius lib. 2. Commentar. de Bibl. Vindobonensi p. 937. testatur MStam in illo thesauro librario extare *Vitam Terentii* scriptam à *Francisco Petrarcha* & *Paulo Orosio*, & inedita argumenta omnium Comœdiarum.

nescio an multo fecit elegantius qvam Hadrianus VI. summus Pontifex, â qvo viros litteratos & humaniori doctrinæ deditos per contemtum dictos *Terentianos* narrat Jo. Pierius Valerianus de infelicitate litteratorum libro II. Terentii veterem effigiem qvam binæ tenent personæ Comicæ, è Codice suo vulgavit Fulvius Ursinus in illustribus imaginibus p. 42. atqve exinde Jacobus Gronovius V. C. Tomo 3. thesauri Antiqvitatum Græcarum. Ocurrit & in fronte qvarundam editionum, ut Lindenbrogianæ, sed omissis personis illis qvas dixi Comicis, & Gallicæ Dacerianæ. Exstat præterea Terentii icon in veteri numo apud Jacobum Stradam, & Andream Morellum Bernatem, incredibili jactura elegantioribus litteris nuper (h) ereptum in specimine universæ rei numariæ antiqvæ tabula 2. p. 47. In Bibliotheca etiam Vaticana jampridem asservatur celebris alter Codex Terentii Georgio Fabricio olim inspectus, qvem ævo (i) Caroli Magni qvidam *Hrodogariu*

(h) Obiit Vir præstantissimus inopina correptus apoplexia Arnstadii, ubi Illustrissimi Comitis Schwartzburgic thesauro numario præerat, Anno 1703. feria tertia Pascha tos. Qvantam jacturam ejus morte fecerit res litterari: æstimare licet ex eo qvod cum ipso occiderit opus numc veteres hactenus vel editos vel ineditos complexurum ul tra 25000, eleganter & accuratè depictos, atqve eruditè il lustratos.

(i) Justus Fontanini V.C. in Vindiciis antiqvorum diplc matum adversus Bartholomæum Germonium p. 37.

-ius scripsit, & (k) *Calliopius Schlasticus* recensuit, ut post singulas Comœdias apparet.

C Scho-

(k) De *Calliopio* qvi Terentii Comœdias recensuit, non, ut Eugraphio in extremo Andriæ traditum, recitavit, vide si juvat Casp. Barthium VI, 20. Adversariorum & Eustathii Swartii Analecta III, 12. p. 132. Hi *Alcuinum* qvi Caroli M. ætate scholasticum gessit, Calliopii nomine à Calliope Musa ducto librariis venire scribunt Sed videtur potius esse nomen proprium alerius viri, qvoniam & alios Calliopios reperio, ut presbyterum Nicænum apud Socratem VII. 25 tum illum, ad qvem exstat Epistola Dionysii Sophistæ Antiocheni, deniqve Martyrem de qvo Martyrologia ad diem VII. Aprilis. Calliopium qvoqve pro Callipione Diacono reponit Barthius III. 5. in tertio dialogo Severi Sulpitii, sed ni fallor citra necessitatem. Calliopium pro viro Musico iterum ponit XLVI. 3. ubi ait ad Venantium Fortunatum *velut ad Calliopium qvempiam, magistrum & coryphæum Musicorum modulaminum respexisse omnium sequentium Poetarum chorum.* Sed sive verum sive fictum habeatur nomen, Criticus certe fuit, qvi Terentii fabulas ad prisca exemplaria correxit. Sic Vettius Agerius Basilius Mavortius V. C. & INL. ex commendatione Dom. Exconf. ord. legit & emendavit Horatium: Nicomachus Dexter & Victorianus V. V. CC. Titum Livium: Julius Celsus Constantinus V. C. & Flavius Licerius Firminus Lupicinus Ephemerin Julii Cæsaris. Flaccus Theodorus Memorialis sacri scrinii Epistolarum & adjutor viri magni Quæstoris sacri Palatii, Priscianum. Securus Melior Felix Asper Comes consistori: Rhetorum urbis Romæ Martianum Capellam, uti hæc nomina in vetustissimis scriptis Codicibus adnotantur. Sic Apuleji Milesiarum libros & Apologeticum Crispus Salustius qvidam legit, emendavit & recognovit; ita enim in antiqvissimis Codicibus legitur qvi Florentiæ in Bibliotheca Magni Ducis Hetruriæ asservantur, qvas observationes debere me fateor Lindenbrogio p. 596. ad Terentium.

Scholasticus hâc ætate erat dignitas Ecclesiastica eorum qvi Scholis præerant Ecclesiasticis, ut docet Cangius in Glossario latino.

V. Universas Terentii editiones perseqvi velle inepti haud dubie sit: plerosqve tamen qvi vel inter primos, vel cum laude in illo edendo atqve illustrando versati sunt prorsus præterire, negligentis. Nisi antiqvissima sit qvam forma folii excusam sine loci temporisqve nota memorat Catalogus Gudianus p. 248. Nullam reperio antiqviorem Terentii editionem Tarvisinâ (l) An. 1474. & 1477. fol. qvæ *Donati* in qvinqve Comœdias: & in Heavtontimorumenon *Jo. Calpurnii* commentarios adnexos habent. Inde Venetam 1480. & Neapolitanam 1481. fol. ex castigatione *Auli Sabini*. Hanc excipit Mediolanensis & Veneta 1483. fol. Venetæ iterum 1494. 1567. & 1580. fol. &c. Argentoratensis 1496. fol. in qva glossa interlinearis & directorium adagiorum, artisqve comicæ, commentariiqve Donati *Guidonis* & *Jo. Badii Ascensii*, atqve in Heavtontimorumenon expositio Calpurnii continentur.

Argentorati Anno 1503. fol. cum Donati Commentar. additis iconibus, ligno satis ridiculè descriptis.

Cum notis Badii Ascensii, Paris. 1508. fol.

Editiones *Aldinæ*, Venet. 1517. & 1521. 8.

Teren-

(l) Cornel. Beughem in incunabulis Typographiæ pag. 132. Observa, primas Terentii editiones destitui versuum distinctione.

Terentius cum *Petri Marsi* & *Pauli Malleoli* annotationibus, Argent. 1519. 4.

Editio *Rob. Stephani* Parisſ. 1529. fol. 1541. 4. cum commentario Donati &c. & ſine commentariis 1533. 1545. 8. & minori forma 1532.

Erasmi editio Baſil. 1532. 1538. fol. cum Scholiis è Donato, Cornuto & Aſpero.

Baſileenſis apud Bryllingerum 8. cum Melanchthonis & variorum Commentariis.

Pariſienſis A. 1522. fol. è. MSS. caſtigata cum variis lect. & reſtituta verſuum ratione, ſcholiisqve præter Donatum & Calpurnium *Melanchthonis*, Erasmi, Goveani, Jul. Cæſ. Scaligeri, L. Victoris Fauſti, P. Bembi, A. Barlandi, B. Latomi, P. Marſi, *J. Rivii*, Steph. Doleti, H. Loritti Glareani, J. Theodorici & Jodoci Willichii.

Antoni Goveani Lovanii 1552. 4. Pariſ. 1558. 4.

Petri Anteſignani editio Terentii triplex Lugd. 1560. 8. 1. cum argumentis, brevibusqve notis, & proſodia atqve carminum ratione. 2. cum notis variorum, & 3. cum notis brevibus novis ad oram libri, & trium priorum dramatum verſione & paraphraſi Gallica, notatis in verſione per uncinulas ſingulis vocabulis qvæ in latino non exſtant. Confer Bælii dictionar. edit. ſecundæ p. 260. & Hendreichii Pandectas in Anteſignano.

P. Terentii Comœdiæ ex vetuſtiſſimis libris, & verſuum ratione à *Gabr. Faerno* emendatæ, Florent. 1565. 8. editio nitida & accuratiſſima, curante Petro Victorio. Recuſa etiam exſtat Anno 1587 8. Heidelbergæ apud Commelin. cum Eugraphii Commentariorum fragmento: & 1607. 8.

M. Antonii Mureti Venet. 1558. 8. apud Paulum Manut. & Antvverp. 1567. 12. & 1580. 8. apud Platin. & Lugd. 1573. 8. Venet. 1575. 8. apud Aldum nepotem, & Franeqv. 1579. 8. Muretum dum metro conſulere ſtudet, nimium ſibi in Terentio indulſiſſe qveruntur viri docti. Dedicationem Mureti in poſterioribus editionibus prætermiſſam dolet Tho. Crenius V. C. parte 2. animadverſ. p. 7.

E caſtigatione & cum notis *Matthiæ Bergii* Lipſ. 1574. 8. adjunctis Joach. Camerarii, Jo. Rivii, *Georgii* & *Franciſci Fabricii* caſtigationibus atqve annotationibus. *Theodori Pulmanni* notæ cum Eugraphii, Mureti, Fabricii, &c. Antvverp. 1580. 8.

Auguſtini Gambarelli in Terentium Obſervationes, Bergomi 1597. 8. *Joannis Weitzii*, Lipſ 1610. 8.

Frid. Lindenbrogii editio inſignis atqve reliqvi præferenda, cum Ælii Donati & Eugraphi veteris Scholiaſtæ integris commentariis ac MSS. Codices recenſitis, additis propriis & Gabr. Faërni, de Terentio prclare meriti obſer

observationibus, Parif. 1602. 4. & Francof. 1623. 4. qvæ editio auctior & emendatior est, nisi qvod Epistola Lindenbrogii ad Suffridum Calignonum & Faërni notæ in illâ sunt omissæ.

Stephani Riccii è prælectionibus Doctorum Wittebergensium, Mulhusæ 1568. & Gorlicii 1570. 1574. 8. atqve iterum Lipf. 1614. tribus Vol. 8.

Dan. Heinsii Amst. 1618. 12. ac deinde sæpius.

Jo. Philippi Parei, Neapoli Nemetum 1619. 4. in qva editione præter notas Rivii, G. Fabricii, Faërni, Mureti, Pareiqve ipsius, habetur index omnium vocabulorum. Idem Pareus Plauto suo dissertationem de Terentiana Plauti imitatione adtexuit, qvod argumentum ante eum tractaverat qvoqve *Gaudentius Merula* in dialogo Terentiano.

Cum notis brevibus *Christophori Coleri* Francof. 1584. 12. Genev. 1593. 12. Francof. 1685. 12.

Cum commentariis *Martini Hayneccii* Lipf. 1624. 8. qvam editionem Caspari Barthio cumprimis probatam fuisse testatur Caspar Sagittarius libro de Plauti, Terentii & Ciceronis vita ac scriptis Altenb. 1671. 8 p. 65.

Editio Regia typis luculentis & majoribus, Parif. 1642. fol.

Cum locupletissimo indice Philologico verborum phrasiumqve & collectaneis *Jac. Kockerti*, Lubecæ 1651. & 1667. 8.

 Cum

Cum *Jo. Henrici Bœcleri* annotationibus & Chrestomathia Terentiana, sive selecto Indice locutionum, Argentorat. 1657. 8. Huic editioni adjunctæ sunt etiam *Francisci Gvieti* Andegavensis in Terentium notæ eruditæ sed justo passim audaciores, unde Terentium indignis modis à Gvieto tractari scripsit Chr. Wasius in Senario p. 244. Obierat jam Gvietus A. 1655. cum notæ illæ ederentur. Vide vitam ab Antonio Periandro scriptam notisqve in Terentium præmissam.

Cum notis *Tho. Farnabii* in qvatuor priores; & *Merici Casauboni* in duas posteriores Comœdias, Lond. 1651. 12.

Jo. Minelli Roterd. 1670. 12. Ejusqve æmuli V. C. *Christiani Junckeri* Dresdensis. Lipsiæ 1702. 12.

Tan. Fabri. Salmurii A. 1671. 12.

Cum Commentariis Donati, & ubi hic deficit Eugraphii, atqve selectis (m) *variorum* notis

(m) Freqvens est in Virorum eruditorum scriptis, ut in illas *variorum* quæ solenni vocabulo dicuntur *notas*, quæ non integras hominum celebrium animadversiones, sed excerpta tantum ex illis scholia exhibent, graviter invehantur. Ita doctissimus Grævius præf. ad Sveton. Henninus V. C. præfat. ad Juvenal. & ad Britannici in Juvenalem notas. Antonius Borremansius in variis Lect. cap. 7. Adrianus Bailletus T. 1. Judicior. de Scriptoribus p. 462. 519. multiqve alii. Neqve diffitendum est qvandoqve potuisse editionum illarum curatores qvosdam majore delectu, majoreqve fide uti in de-

cer

tis Lugd. Bat. 1644. 8. & 1651. 1657. 8. curante *Cornelio Schrevelio*, qvi posterioribus editionibus nomen suum adscripsit.

In usum Delphini, à *Nic. Camo* Paris. 1675. 4. qvæ editio semel iterumqve repetita est ab Anglis forma majore octava.

Cum integris notis *variorum*, Donati, Eugraphii, Faërni, Bœcleri, Farnabii, Merici Casauboni & Tan. Fabri, Amstelod. 1686. 8.

Deniqve Parisiis, cum notis viri egregii *Josephi Juvencii*, è Societate Jesu.

Versiones qvoqve Terentii exstant *Gallicæ* qvidem (ut antiqviores prætercam qvalis prosa & versu prodiit Paris. 1539. fol. apud Antonium Verardum) tres celebriores prosaicæ: una *San Albini* qvæ post primam editionem Paris. 1646. sæpius lucem vidit hoc titulo: *Comedies*

cerpendis vel digerendis doctorum virorum observationibus, ut probe observatum etiam Joh. Clerico V. C. est T. I. Parrhasianorum p. 230. At enim si cum judicio adornatæ hujuscemodi Variorum notæ in optimos qvosqve scriptores veteres exstent, non dubitem affirmare earum editionum auctores tanto melius promeritos de publico bono, qvanto ceteri illi magis fortasse consulere se existimant virorum doctorum famæ, qvi uni scriptori horum plurium integros commentarios, atqve in his tamen multa sæpius repetita, multa parum ad rem facientia subjungunt. Nolim sane commentaria illa perire vel non integra conservari, sed hæc qvi typis exscribenda dant, eos vicissim nolim invidere studiosorum compendio, qvod ex altero genere notarum, si ita ut par est conficiantur, haud dubie sibi promittere possint.

de Terence traduites en Francois aver le latin à côté & rendües tres honnéttes (n) *en y changeant fort peu de chose.* Altera *Michëlis de Marolles* Abbatis Villalongani, qvi & notas ſuas & latina è regione adjunxit Pariſ. 1660. 8. 2. Vol. Tertia deniqve cui itidem latina appoſita ſunt, *Annæ Daceriæ* T. Fabri filiæ Pariſ. 1688. & Amſt. 1698. 12. tribus voluminibus. Qvanqvam vero elegantiſſima hæc eſt interpretatio, tamen ex illa ipſa repetitis exemplis, qvam difficile ſit vim atqve elegantiam verborum latinorum vernacula lingva reddere oſtendit Jo. Clericus V. C. in arte Critica T. 1. p. 208. ſeq. Andriam, Adelphos, & Phormionem eleganti qvoqve veſte Gallica induit *Iſaacus le Maitre de Sacy.*

Terentius cum Commentariis *Hetruſco* Idiomate ſcriptis à *Joanne Fabrino* prodiit Venetiis. 1580. 1594. 4. celebratur & Italica *Jo. Juſtiniani* interpretatio.

La-

(n) Terentius ab obſcœnitate purgatus lucem qvoqve vidit aliàs, ut Ingolſtadii 1589. 8. Etiam in editione ad uſum Delphini Pariſienſi, inepta verba omiſſa ſunt & ad calcem rejecta. Ab illis obſcœnis ut deduceret juventutem, ſine Terentianæ dictionis puriqve ſermonis latini jactura *Cornelius Schonæus* Goudanus (A. C. 1611. denatus) Terentium Chriſtianum compoſuit, ſæpiuſcule recuſum: & *Jo. Fichtel* u Æſchinum Comœdiam vulgavit Lubecæ, 1669. 12. continentem phraſes & elegantias Terentii, addito ſupplement ſeptem Colloqviorum. Ceterum primordia latini ſermon non à Terentio ſed a Cicerone capienda eſſe pulchre doce Conr. Sam. Schurtzfleiſchius, Wittebergæ lumen; in ſingulari Diſſ. A. 1704 edita.

Latinè & *Belgicè* vidit lucem cum notis *Henr. Swaerdekroonii.* Roterd. 1648. 8.

Latinè & *Anglicè*, Lond. 1629. 4.

Germanicè expoſuerunt multi, Jo. Rhenius, Val. Boltzius, Steph. Riccius, & noviſſimè Dan. Hartnaccius. Carmine Germanico Jo. Epiſcopius Herbipolitanus, Francof. 1563. 8.

Prætereo verſiones alias Belgicas, Hiſpanicas &c. & ſcripta varia dictionem Terentii illuſtrantia, ut *Cornelii Graphei* phraſes Terentianas laudatas Vignolio Marvillio, ſive quicunqve ſub illo nomine latet T. 2. Miſc. Hiſtorico litterar. pag. 121. *Pauli Toſſani* Phraſeologiam Terentianam, Oppenheim. 1613. in 8. &c.

VI. Fuit diverſus à noſtro, licet ſunt qvi utrosqve confundant, *Terentius Culleo* Senator Romanus, qvem captum à Carthaginienſibus Scipio Africanus major vindicavit in libertatem, & triumphans eum cum pileo capiti impoſito pone currum ſeqventem habuit, ut traditum Livio XXX. ult. Alius *Terentius Libo* Fregellanus Poëta, cujus meminit Donatus, ut omittam *Terentium* à qvo exaratos Numæ libros repertos in arca, juſſu Senatûs crematos refert Victor de Viris illuſtribus cap. 3. Sed plures Terentios collectos videre licebit à Jo. Glandorpio p. 833. ſeq. Onomaſtici, & à Jo. Lomeiero dierum genialium parte I. diſſ. VI. De M. Terentio Varrone Atacino & Teren-

tio Clemente JCto dicturus ſum inferius ſuis locis.

Verba CHRISTI ad Paulum, *grave tibi erit adverſus ſtimulum calcitrare* Act. IX. 5. ridicule qvidam petita eſſe duxerunt è Terentii Phormione I. 2. 28. *nam quæ inſcitia eſt adverſum ſtimulum calces?* Vide Jo. Euſebium Nierembergium XII. 14. de origine S. Scripturæ, & Rev. D. Jo. Frid. Mayeri Exercitationem, *Utrum CHRISTUS legerit Platonem vel Terentium?* editam Hamburgi 1701. Sane obvium eſt idem proverbium in multis ſcriptoribus etiam Terentio antiqvioribus, ut annotatum Jo. Pricæo & Dougthio ad Actorum locum: & Joanni Nicolai in libro de calcaribus cap. XIV. Uſus qvoqve diu poſt Julianus Imp. Oratione VIII. ſive Epiſtola ad Saluſtium fol. 246.

CAPUT IV.

T. LUCRETIUS CARUS.

Lucretii ætas 1. Libri VI. de rerum naturâ 2. Eorum editiones atque interpretes. 3. Poëtæ quos Lucretius imitatus fuit. 4.

I. T. LUCRETIUS CARUS, patriâ ut videtur Romanus, natus eſt, teſte Euſebio, Olymp. CLXXI. 2. anno U. C. DCLIX. ante CHRISTUM XCV. *Poſtea amatorio poculo* (a) *in furorem verſus, qvum aliquot libros per intervalla*

(a) Euſebius Chron.

valla insaniæ (b) *conscripsisset, qvos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit anno ætatis quadragesimo qvarto.* U.C. DCCIII. (*) ante CHRISTUM LI. Philosophus de Epicuri Schola acutissimus qvem qvi legunt videntur ut IX. 3. ait Vitruvius, cum eo velut coram de rerum natura disputare. Poëta sublimis, idemqve elegans & multæ artis luminibus pictus, ac latinæ linguæ auctor egregius.

II. Exstant ejus *libri VI. de rerum Natura* ad C. Memmium Gemellum (c) Heroico poëmate, versibus jucundo antiqvitatis sapore conditis, Epicuri de rebus naturalibus sententiam, sed & impios ejus errores disertissime explicantes. Non plures à Lucretio libros hujus argumenti scriptos esse, ut male conjiciebat Barthius LII. 4. Adversar. Lucretio ipsi testi credimus, qvi libro sexto v. 91. *suprema præscripta ad candida calcis spatium* currere se affirmat. Exordium Operis idem qvoqve qvod nos hodie, legit olim Ovidius 2. Trist. v. 261.

Sumserit Æneadum genetrix, *ubi prima reqviret*
Æneadum genetrix, unde sit alma Venus.

Hoc

(b) Hoc vix credibile mihi videtur. Neque eo respicere putem Statium lib. 2. Silva 7. in verbis, *& docti furor arduus Lucretii.* Poëtarum enim furor laudabilis, ἐνθουσιασμός. Pro arduo *difficilem* dixit Qvintilianus X. 1.

(*) Triennio citius mortem Lucretii assignat Is. Vossius p. 83. ad Catullum, è Scriptore Vitæ Virgilii.

(c) De hoc consulenda Gifanii prolegomena.

Hoc eſt, ſi in manus ſumſerit Lucretium cujus prima hæc ſunt verba : *Æneadum genetrix, hominum divumque voluptas*, qvem Ovidii ſenſum eſſe jam pridem notavit Ludovicus Carrio lib. I. emendationum cap. VIII. Uſitatum enim fuiſſe apud veteres, ut vocibus initialibus ſcripta ipſa denotarent, pluribus exemplis docet Jo. Jonſius II, 5. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. p. 136. ſeq. & Scaliger ad Euſeb. num. M. DCCCCLX. Qvod vero in limine Operis invocet Venerem Lucretius homo Epicureus, qui à Diis omnia humana ſusqve deqve putabat haberi, ſatis ſe duxiſſe exiſtimandus eſt excuſari more vulgato Poëtarum, neqve alia opus eſſe reſponſione arbitror ad dubitationem hanc diſſolvendam, qvam multos viros doctos exercuiſſe docet præter interpretes Lucretii Creechium aliosqve Petrus Bælius vir ingenioſiſſimus in dictionario Hiſtorico p. 1135. & 1923. editionis ſecundæ, qvem de Poëta hocce lector ubi volet conſulet.

III. Prima Lucretii editio eſt *Veronenſis* curante Hieroſolymo Avantio A. 1486. fol.

Veneta apud Aldum A. 1500. 4. ex Avantii editione: atqve iterum 1515. 8.

Florentina Phil. Juntæ A. 1512, 8. cum præf. *Petri Candidi*, qvi ex *Joviani Pontani* & *Mich. Marulli* caſtigatione & MStis Florentinis Lucretium emendatiorem ſe dare profitetur. Marullum vero nimis indulſiſſe ingenio, gra-

graviter conqueſtus eſt Petrus Victorius ad Ciceronis lib. XI. ad diverſos, Epiſt. 20.

Bononienſis cum commentario *Jo. Baptiſtæ Pii* 1511. fol. recuſa Pariſ. 1514. fol. apud Aſcenſium.

Vicentina, Lambino memorata, & Giſanio, qvam non vidi, uti neqve illam qvam Geſnerus in Bibl. cum commentariis *Petri Aponi* impreſſam dubius ipſe ſcripſit.

Baſileenſis apud Henr. Petri. A. 1531. 8.

Lugdunenſes An. 1536. & 1540. 8. apud Seb. Gryphium & 1564. 8.

Lovanienſis A. 1542. 4.

Lambinianæ editiones, viri doctiſſimi Dionyſii Lambini, qvi Codicibus qvinqve MStis & Adr. Turnebi atqve Jo. Aurati conſilio uſus octingenta Lucretii loca reſtituiſſe ſe profitetur, ac primùm edidit Lucretium cum commentariis ſuis inſcriptum Carolo IX. Galliæ Regi Pariſ. 1563. 4. Deinde ſine commentariis, tamen cum brevibus ſcholiis conjectis ad calcem, & emendationibus *Adr. Turnebi* Pariſ. 1565. 12. Deniqve ex tertia recognitione & cum commentariis locupletioribus & Vita Lucretii. Pariſ. 1570. 4. qvæ editio recuſa eſt Francofurti Anno 1583. 8. Præclare profecto de hoc Poëta promeritum Lambinum nemo æqvus ac peritus lector negabit, etſi commentariorum molem reprehendit Janus Rutgerſius IV. 1. variarum lectionum, atqve Lambinus ipſe in editione

tione Anni 1570. iniqviorem se præbuit Gifanio. Confer qvæso Jac. Thomasii τῦ μακαρίτυ librum de plagio litterario §. 447. 448.

Oberti Gifanii utilissima editio, qvam diligenti studio adornavit adhibitis Codicibus plus qvam octo, & editis ante ipsum fere omnibus, Turnebi præcipue atqve Lambini: tum qvæ *Pet. Nannius* (d) ad Codicem MStum Ultrajectinum contulerat, qvæqve observaverat Cornelius Valerius Gifanii Præceptor & Antonius Goldingamus Anglus. Præmisit & è veteribus libris indicem argumentorum qvæ ab Lucretio tractantur, & præter Laërtii & Ciceronis loca de Epicuri Philosophia, & Thucydidis descriptionem pestilentiæ Atticæ, quam Lucretius libro sexto imitatur (e) subjunxit Collectanea sua sive comentarios in Lucretium ordine litterarum digestos, atqve dictionem ejus cumprimis erudite illustrantes, & Scioppio qvantumvis inimico mirifice probatos. Antvverp. 1566. 8. & Lugd. Batav. 1595. 8. apud Plantin. Johannes Sambucus, cui Lucretium ille suum inscripsit, Gifanio copiam fecerat editionis Veronensis manu Marulli castigatæ. Uberiores vero qvos promisit commentarii Gifaniani non viderunt lucem. In contextu ipso non semper optimam videtur lectionem amplexus esse,

(d) Eum Lucretii editionem molitum, ex Adr. Junii Epistolis observat Tho. Crenius V. C. parte 6. animadvers. pag. 17.

(e) Vide si lubet quæ notavi in Bibliotheca Græca lib. 2. cap. 21. §. 4.

esse, ut observavi collatis lectionibus qvas habeo Codicis antiqvissimi Gottorpiensis. Videsis etiam Barthii Adversaria lib. 50. p. 2355. seq.

Lucretius cum variis lect. editus in *Corpore Poëtarum latinorum.* Genev. 1611. 4. 1627. 4.

Amstelodamensis editio Lucretii 1620. 1631. forma minore.

Danielis Parei, vestigia Gifanii fere legentis. Francof. 1631. 8. qvo anno etiam Lexicon ejus Lucretianum lucem vidit, è Gifanianis fere collectaneis repetitum. Præ cæteris vero hoc habet eximium editio Lucretii Pareana, qvod illi subjuncta sunt duo Poëmata recentia lectu haud indigna *Scipionis Capicii* Neapolitani de rerum principiis libri duo, & *Antonii Palearii* libri III. de immortalitate animorum, qvos ex merito laudat Jacobus Sadoletus lib. V. Epistolar. p. 200. seq.

Cum explanatione paraphrastica & notis *Jo. Nardi*, Florentini, non adeo feliciter in illustrando Lucretio versati. Florentiæ 1647. in 4.

Cum Gallica versione prosaria *Mich. Marollesii.* Paris. 1650. 8. dicata Reginæ Sveciæ Christinæ, à qva ne responsum (f) qvidem accepit, atqve iterum 1663. 8. addito libro decimo Laërtii Gallicè translato. Laudat hanc Marollesii versionem Rolandus Maresius p. 364. Epist.

Cum

(f) Bælii Lexicon T. 2. p. 1926. edit. 2.

Cum brevibus ſed eruditis notis *Tan. Fabri.* Salmur. 1662. 4. & Cantabrig. 1675. 12. & 1681. 12.

In uſum *Delphini* Lucretius interpretatione & notis illuſtratus eſt à *Michaële Fayo*(g) Pariſ. 1680. 4. addito, ut in aliis ejusmodi editionibus fieri ſolet, indice omnium vocabulorum. Pareo fere & Nardo uſus eſt, cujus etiam diatribam de funeribus Athenienſium integram p. 569. ſeq. ſubjunxit.

Cum interpretatione magis latina ac brevioribus ſed diſertioribus argumentis notisqve doctioribus & Philoſophum magis ſapientibus, in qvibus tamen nec grammaticum acumen deſideres, edidit qvi Lucretium totum imbiberat, ejusdem poſtea infauſtum exitum triſti fato imitatus (h) *Thomas Creech* Collegii omnium animarum in Academia Oxonienſi Socius. Oxon. 1695. 8. In hac qvoqve editione Index omnium vocabulorum Poëtæ occurrit. Idem Creechius jam ante *Anglico carmine* qvam feciliſſime reddiderat Lucretium, cujus tertia mihi ad manum

(g) Creechius notat eum *barbara interpretatione inceſtaviſſe latinum Poëtam, in contextu uni Pareo fidere, eas verò adjeciſſe notas qvæ Philoſophum faciant ſæpe abſurdum, ſe ipſum ſemper ridiculum.*

(h) Sibi ipſi necem conſcivit A. 1700. ſuſpendio propter perditos ut fertur amores, nondum natus annos qvadraginta. Vide Jacobi Bernardi V. C. novellas relationes Reip litterariæ A. 1700. menſe Septembri p. 331. & Novembr p. 580. & A. 1701. menſe Septembri p. 267.

num est editio excusa Londini 1683. in 8. In notis Anglicæ huic metaphrasi subjunctis potius censorem Poeta agit, erroresqve ejus graviores refellit, vel etiam à perversis acceptionibus sententiam ejus tuetur; qvam Scholiis vel commentariis Lucretium *κατὰ πόδα* illustrat. Ante Creechium *Jo. Evelinus* sed primum duntaxat librum versione metrica Anglica donatum & notis illustratum edidit Lond. 1656. 8.

Cum *Gallica* versione prosaria & notis lectu dignis *Cutorii*, (Mr. Baron des Coutures) Paris. 1685. 12. Amstelod. 1692. 12. duobus voluminibus.

Vehementer laudari audivi *Italicam* Metaphrasin Poeticam Lucretii adornatam ab (i) *Alexandro Marchetti*, Mathematum apud Pisanos nuper Professore. Sed editam * non esse existimo. Ejus spes adipiscendæ facta fuerat, cum in Italia versaretur, *Jacobo Tollio*, viro doctissimo, qvi novam Lucretii editionem meditabatur, & ineditas *Gasp. Scioppii* in Lucretium notas Neapoli dono acceperat à Josepho Valetta, viro Nobilissimo. Tollius morti vicinus suas in Lucretium animadversiones commendavit Viro egregio *Gerardo de Vries*, qvi commentariis Philosophicis illustrare Lucretium instituit, ut refert Henricus

D

(i) Memorat Gregorius Leti in Italia regnante T. 3. pag. 497.

(*) Prodiit Lond. 1717. 8. Vide supplement.

ricus Christianus Henninius in notis ad Epistolas Tollii itinerarias, p. 77. *Isaaci* qvoqve *Vossii* viri summi ineditas in Lucretium laudat Theodorus J. F. Grævius ad Callimachum p. 174. Exstat & Italica Lucretii interpretatio auctore *Hieronymo Fracchetta* Rhodigino.

Editio *Neapolitana* Lucretii Anno 1693. 12. præter notas Tan. Fabri, argumenta Fayi habet adjuncta.

Non paucis qvoque Lucretii locis insignem lucem attulit vir eruditissimus *Petrus Gassendus* in Opere de Philosophia Epicuri, qvanqvam & Gassendum reprehendunt hinc inde interpretes Lucretii, qvi alias passim eum libenter seqvi se profitentur, Creechius ac Couturius.

IV. Poetas imitatus esse Lucretius cumprimis videtur è Græcis Homerum & Empedoclem, è latinis Ennium. Lucretii vestigia non puduit legere Virgilium, neqve semper eum vicit, aut post se reliqvit, ut præ se fert Alexander Rossæus, qvi loca Lucretii nonnulla cum Virgilianis contulit libro tertio Virgilii triumphantis capite VI.

CAPUT V.

C. VALERIUS CATULLUS.

Catulli ætas. 1. Carmina 2. Reperta à Francisco qvodam Veronensi. 3. Divisio in libros. 4. Editiones una cum Tibullo & Propertio sine notis. 5. cum notis. 6. Editiones Catulli separatim illustrati. 7. Alia scripta Catullo sup-

cei

cem afferentia. 8. *Male ad Catullum referuntur Ciris & pervigilium Veneris.* 9. *Catulli carmina deperdita.* 10.

I. C. VALERIUS CATULLUS (a) natus Anno U. C. DCLXVIII. claro genere in peninſula Sirmione lacus Benaci in agro Veronenſi, Poeta lepidus & priſca ſvavitate venuſtus; at ſalibus admiſtis paſſim, qvod merito fugias, obſcœnis. Hinc veluti à neqvitiis, *docti* nomen tuliſſe Barthio viſus lib. LII. cap. 15. Adverſar. Sapphonis non infelix imitator. Obiit Romæ, cum jam Julii Cæſaris magna eſſet in Rep. auctoritas, (a) circa Annum U. C. DCCV.

D 2 qvo

(a) *Qvintum* pro *Cajo* vocant nonnulli Catulli Codices & Plinii XXXVII. 6. atqve cum his Joſephus Scaliger. Sed *Cajum* cum Apulejo in Apologia & S. Hieronymo in Chron. Iſ. Voſſius. Alius certe *Q. Catullus* fuit, cujus integrum nomen *Q. Lucatius Catullus*, mimographus, de qvo videndus Scholiaſtes ad Juvenal. VIII. 185. ad verba: *clamoſum ageres ut phaſma Catulli* & ad XIII. 109. Q. Catulli Epigramma è Callimachi Epigr. XLIII. ſvaviter expreſſum refert Gellius XIX. 9. qvod incipit: *Aufugit mi animus, credo, ut ſolet, ad Theotimum.* Omitto Cinnam Catullum Stoicum, qvem audivit M. Antonius Imperator teſte Capitolino in Marci vita c. 3. Nam & illius verum nomen Catulus erat, ut conſtat ex M. Antonini lib. I. ſect. 13.

(b) Qvod Catullus Cæſari qvoqve ſupervixerit, contendit Joſephus Scaliger ad Euſebii num. MDCCCCLX. aſſentiente Iſ. Caſaubono ad Svetonii Cæſarem cap. 73. Sed vide qvæſo, qvæ contra illam ſententiam diſputat Iſ. Voſſius ad Catullum p. 35. 72. 81. ſeq. & 317. Petrus item Bælius in Lexico. Qvod vero Martialis IV. 14. ſcripſit,

Si forſan tener auſus eſt Catullus
Magno mittere paſſerem Maroni.

qvo

qvo bellum civile Pompejo ac Reip. funestum cœpit anno ante natum CHRISTUM XLIX.

II. Exstat ejus *Liber Epigrammatum, variorumqve Poematum* diverso carminis genere scriptorum dicatus Cornelio Nepoti. In hoc libro occurrunt etiam num. LXII. LXIII. LXV. Epithalamia qvædam perqvam amœna & sæculare carmen, (c) atqve nonnulla è Sapphone (d) versa ac (e) Callimacho. Tum Elegia qva fratris Troade Bithyniæ defuncti mortem (f) mollissimo affectu luget. Deniqve Galliambi (g) in Atyn.

III. Catulli qvæ habemus, in Gallia primùm reperta fuisse, idqve eum ipsum, qvi publicavit, Epigrammate scripto esse testatum, no-

hoc non ita potest intelligi, ac si revera ad Virgilium carmina sua vel carmen de passere miserit Catullus, nam alioqvi non dixisset Martialis, *sic forsan:* sed qvod Martialis sua voluerit Epigrammata cum Catullianis & Silium ad qvem scribit, comparare cum Marone; licet accurate loqvendo non jam ita claruerit Virgilius cum Catullus scriberet, ut ad eum misisse carmina sua credi possit. Sed qvantacunqve etiam deinde fuit Virgilii fama, non dubitasset forsan Catullus si tum vixisset, passerem suum illi jocosqve mittere. Ita Martialis qvoqve Epigrammata sua ait se offerre Silio.

(c) Carmen XXXV. p. 80. edit. Is. Vossii qvanqvam sæculare esse carmen negat Jo. Taffinus libro de ludis sæcularibus cap. 16.

(d) p. 112. carmen LII. confer Longinum Jac. Tollii pag. 76.

(e) Coma Berenices, p. 253. est carmen LXVII.

(f) Carmine LXIX. ad Manlium, p. 278. edit. Is. Vossii.

(g) Carmine LXIV.

notat Josephus Scaliger. *At enim qvi Epigramma conscripsit, Baptista Gvarinus Veronensis est, uti patet in veteri editione Catulli qvæ apud me est, ubi legitur Hexastichum Gvarini Veronensis Oratoris clarissimi in libellum Valerii Catulli, ejus Concivis:*

Ad patriam venio longis de finibus exul,
Causa mei reditus compatriota fuit.
Scilicet à calamis tribuit cui Francia nomen,
Qviqve notat turbæ prætereuntis iter,
Qvo licet ingenio vestrum celebrare Catullum,
Qvævis sub modio clausa papirus erat.

Neqve vero ille versus: Scilicet à calamis tribuit cui Francia nomen, *aliam interpretationem recipit, qvam à Francisco qvodam repertum alicubi, & forte in borreo codicem Catulli.* Hæc Laurentius Pignorius, Epist. XVI.

IV. Catulli Poemata in *libros tres* dividi, lyricorum unum, alterum elegiarum & tertium epigrammatum scribit Petrus Crinitus in Poetæ vita, hæc enim distinctio apparet in editione Veneta 1487. fol. cum commentariis *Antonii Parthenii Lasicii* Veronensis. Verum in MSS. antiqvis codicibus, qvemadmodum in eximio illo membranaceo qvem in Bibl. Gudiana inspexi, neutiqvam reperitur, atqve recte in reliqvis fere omnibus editionibus omissa est, etiam in Veneta A. 1493. fol. apud Simonem Bevilaqvam Papiensem, in qvâ Tibullus primo loco cum commentariis Bernardini Cyllænii

Veronensis Catullus deinde cum Parthenii, & deniqve Propertius cum Phil. Beroaldi commentario exhibetur. Repetita editio cum commentariis *Palladii Fusci Patavini*, *Alex. Gvarini Ferrariensis* & emendationibus *Hieron. Avantii*, in Catullum Venet. 1500. fol.

V. Sæpius deinde hi amorum triumviri *Catullus*, *Tibullus*, *Propertius* conjunctim prodierunt, *sine notis* qvidem Venetiis apud Aldum, 1502. 8. & 1515. 8.

Paris. 1529. 8.

Basil. 1530. 8. 1569. 8.

Antvverpiæ 1569. i.e. è recensione *G. Canteri* ap. Platin. &c.

Lugd. Bat. 1588. 12.

Lugd. 1559. 8. 1594. 12. & apud Gryph. 1546. 1551. 1573. cum *Galli* fragmentis. 12.

Basil. 1592. 8.

Hanoviæ 1608. cum *Corn. Galli* poematis & indice omnium verborum, qvem concinnavit *Horatius Tuscanella* Florentinus.

Amstelod. 1619. 1630. 1664. 1670. 1686. forma minore.

Parisiis è typographia Regiâ, typis majoribus, fol.

Cum variis Lect. Cantabrig. 1702. 4. eximia editio.

VI. *Cum notis M. Antonii Mureti* Lugd. 1559. 8 Venet. 1558. 1562. 8.

Cum

Cum commentario erudito *Josephi Scaligeri*, Parif. 1577. 8. apud Patissonium.

Heidelb. ap. Comelin. 1600. 8.

Cum notis Mureti & Scaligeri. Antvv. 1582. 8.

Cum præcidaneis *Jani Doufæ* pro Catullo & conjectaneis *Jani Doufæ filii* in Catull. Tibull. Propert. & *Patris* paralipomenis in Propertium, Lugd. Bat. 1588. & 1592. 12. apud Rapheleng.

Cum notis variorum, Parif. 1604. fol. curante Frid. Morello, qva in editione exftant notæ integræ ad *Catullum* qvidem Antonii Parthenii, Palladii Fufci, Achillis Statii, Mureti, Doufæ Fil. Jofephi Scaligeri & Theodori Marcilii, Roberti item Titii prælectiones in carmen LXIV. & Francifci Robortelli ac Conftantini Landi, Complani Comitis, in Epithalamium Juliæ & Manlii (LXII.) Florentini qvoqve Chriftiani Metaphrafis Græca Carminis LXIII. cum notis. Præterea *ad Tibullum* Bernardini Cyllænii Veronenfis, Achillis Statii, Mureti, Scaligeri, & Doufæ Fil Deniqve *in Propertium* Philippi Beroaldi, Mureti, Doufæ Patris, Filiiqve & Jofephi Scaligeri, tum Jo. Annii in Propert. IV. 2. Subjiciuntur qvoqve Doufæ præcidanea & fuccidanea in Catull. Tibull. Propert. & Hieron. Avantii Veronenfis in Catullum emendationes.

Cum eximio *Jo. Pafferatii* commentario, Parif. 1608. fol.

Cum *Jani Gebhardi* notis Hanov. 1618. 8.

Cum notis Jani Gebhardi & Jo. Livineii Francof. 1621. 8. addito *Jani Meleagri* ſpicilegio & indice Tuſcanellæ.

Cnm interpretatione Gallica proſaria *Michaelis de Marolles*. Pariſ. 1653. 8. 3. Vol.

Cum ſelectis *Variorum* commentariis, curante *Simone Abbeſio Gabbema*. Trajecti 1659. 8. ſubjunctis elegiis qvæ Cornelio Gallo tribuuntur.

In uſum Delphini, opera *Philippi Sylvii*, Pariſ. 1685. 4. In qva editione Sylvius exiguum operæ pretiũ fecit, unde paſſim exagitatur ab acutiſſimo Brœkhuſio ad Propertiũ & Tibullum. Vide etiam ſis illruſtrem Ez. Spanhemium ad Callimachum pag. 424. & Nic. Diſpontini præfationem exqviſitis ad Phædrum collectaneis præmiſſam. In hac editione ut in aliis ad Delphini uſum editis ſcriptoribus omnibus, obſcœna & laſciva ad calcem rejecta ſunt, conſilio non improbando, niſi hac ratione plures etiam ad ea legenda allicerentur, qvorum forte oculos eadem Scriptoris corpori ſuo loco inſerta citius latuiſſent. Nam πλεῖςοι κακοὶ, πλεῖςοι ἀργοί, pauci ſolidam eruditionem conſectati integros legunt auctores: multi contrà qvi eos obiter evolvunt miſſis utilibus, inſtar κανθάρων irruunt εἰς τὴν κοπρίαν, cujus guſtu tenentur qvamqve gaudent & gratulantur ſibi ab editoribus congeſtam veluti in cumulum. An

gli qvidem qvoties editiones in usum Delphini curarunt recudi, loca illa suis qvæqve locis restituerunt, etsi vicissim indices omnium vocabulorum minus plenos passim ab illis exhiberi dolet Tho. Crenius V. C. part. III. animadvers. p. 6.

Cum notis integris Scaligeri, Mureti, Achillis Statii, Rob. Titii, Hieron. Avantii, Jani Doussæ patris & filii, Theodoriqve Marcilii & selectis *Passeratii aliorumqve* notis, ex recensione *Jo. Georgii Grævii*, Trajecti ad Rhen. 1680. 8.

VII. *Catullus seorsim editus* cum *A. Mureti* notis apud Aldum Pauli F. 8. 1558. non adeo emendatè, ut notavit Tho. Crenius parte X. animadvers. p. 62. Secuti deinde separatis voluminibus Tibullus & Propertius.

Cum commentario *Achillis Statii* Lusitani Venet. 1566. 8.

Cum eruditissimo *Is. Vossii* commentario Lond. 1684. 4. qvæ editio reliqvis qvidem hactenus præstat. Usus Vossius est præter alios Codices omnium vetustissimo Mediolanensi, qvem laudat passim, & reliqvis uti antiqviorem ita emendatiorem qvoqve esse prædicat p. 215. Utinam vero politissimi vir ingenii cui nuper Propertium debere cœpimus ac mox debebimus Tibullum, similiter etiam Catullum ingenio atqve doctrina sua illustrandum sibi sumat, ita enim nihil erit

amplius qvod ad venustissimi Poëtæ lucem Studiosi poterunt desiderare.

Codicem Catulli, Tibulli & Propertii, sylvarumqve Statii ab Antonio Sinibaldo Florentiæ Anno 1484. descriptum Neapoli in Bibliotheca Olivetanorum, vidit Bernhardus de Montfaucon, ut refert ipse in Diario Italico p. 305.

VIII. *Rob. Titii* prælectiones ad Catulli Galliambum sive Carmen LXIV. Bonon. 1599. 4. cum aliis qvibusdam ejus viri scriptis prodierunt, & in Grævii editione Catulli leguntur, atqve in Parisina A. 1604. fol. p. 216.

Catulli Epithalamium Græca Metaphrasi poëtica donatum à *Q. Septimio Florente Christiano.* Paris. 1587. 4. apud Morell. & in editione Parisiensi Catulli, Tibulli, Propertii, A. 1604. fol. p. 197. seq.

Catulli Phaselus cum annotationibus doctorum virorum per *Sixtum Octavianum.* Eboraci 1579. 8. & Lugd. 1593. 12. Idem Catulli carmen cum *Andreæ Senftlebii* commentario & parodiis amplius qvinqvaginta, & Græca Josephi Scaligeri Metaphrasi, è Bibliotheca Nic. Henelii. Lips. 1642. 8.

Amores Catulli ex poëmatis ipsius petito argumento Gallica prosa ingeniose descripsit, conjecturisqve suis explicuit *Joannes Capellanus* Paris. 1680. & Amst. 1699. 12. duobus voluminibus, atqve inter ejus opera Paris.

1700

1700. 12. Gallum secutus Germanus est in libro cui titulus: *Joachim. Meyers* von Perlenberg Durchläuchtigste Römerin Lesbia &c. Lipſ. 1690. 8.

Catulli casta carmina, selecta à *Raph. Eglino Iconio*, cum ejusdem vindiciis *Ciris* Catullianæ, adversus Josephum Scaligerum. Francof. 1606. 12. additis Scioppii epithetis & synonymis poëticis, & notis ejusdem ad Claudii Verdierii censionem.

IX. Præter rem omnino *Cirin* Catullo tribuit Eglinus, ut dicam infra in Virgilio, qvem Catulli non raro imitatorem probat Leonhardus Friso libro tertio de poëmate. Neqve verius alii *Carmen de Vere*, sive *Pervigilium Veneris* ad Catullum tanqvam auctorem retulerunt, qvorum sententiam confutat Lipsius libro I. Electorum capite V.

X. *Dubitandum vero minime est, opus Catulli ad nos lacerum pervenisse. Longe enim plura scripsisse testes sunt veteres Grammatici, qvi de ejus poematis ea producunt, qvæ hodie non extant. Itaqve apud Virgilium l. V.* 609. per mille coloribus arcum, *ibi Servius:* De iride arcum in genere masculino, dixit. Virgilius, Catullus & alii in fœminino, referentes ad originem. *Atqvi tale nihil hodie in Catullianis. Præterea ejus opus videtur in genera carminum distinctum fuisse,* Hendecasyllabos, Heroica, Lyrica, Elegiaca. *Itaqve Charisius citat Catullum* in Hendecasyllabis, *qvod sane non fecisset*

*ſet, niſi ita tributum fuiſſet volumen. Rurſus a pud Virgilium * legimus* - - Et qvo te carmine d cam Rætica? - - *Ibi Servius refert, Virgilium qvu ſciret Ræticum vinum ſummopere laudari à Caton contra autem vituperari à Catullo, ne ſe in eam di ſenſionem interponeret, hoc modo locutum. Atq in hodiernis Catullianis nulla nota ejus rei extat. De niqve Nonius ex Priapeo Catulli adducit:* de meo l gurire libido eſt. *Qvare admodum mutilum op Catullianum ad nos perveniſſe minime dubium. Qv præterea dicam, qvæ citat ex Catullo Maurus Terenti nus, qvæ nusqvam comparent.* Hæc de carmin bus Catulli perditis Joſephus Scaliger, qvibu inepte qvidam *Phaſma* & *Laureolum* è Juvenal ac Tertulliano adjungunt. Vide Sam. Petitur ad Leges Atticas p. 245. ſeq. & Pamelium ad Te tullian. c. XIV. contra Valentinianos.

(*) 2. Georgic. 95.

CAPUT. VI.

DE CORNELIO NEPOTE.

Corn. Nepotis ætas. 1. Vitæ qvæ exſtant. 2. Earum auctor d verſus ab Æmilio Probo. 3. Editiones. 4. Scripta deper dita. 5. Fragmenta, & de Corneliæ matris Gracchoru Epiſtola ad C. Gracchum. 6. Scripta Nepoti falſò tribu ta, liber Aurelii Victoris de Viris illuſtribus. 7. Dar et latina interpretatio duplex. 8. Verſio latina Epiſto Alexandri M. de mirabilibus Indiæ. 9. Plures Cornel Scriptores. 10.

I. COR

I. CORNELIUS NEPOS natus fertur in Hostilia (a) qvi vicus est Veronensium in transadana Italiæ parte quæ antiqvis Gallia togata ppellabatur. Scriptor ingenio, studio veriatis, sermonisqve pura ac succincta elegantia udatissimus, Catulli qvi eidem carmina sua ıscripsit civis & amicus, defunctus primis anis principatus Augusti, hoc est post annum I. C. DCCXXIV. qvi fuit ante CHRISTUM atum XXX.

II. Exstant ejus *Vitæ Excellentium Græciæ Imperatorum sive belli ducum XX.* dicatæ Pomponio ttico: *1. Miltiadis, 2. Themistoclis, 3. Aristidis, 4. ausaniæ, 5. Cimonis, 6. Lysandri. 7. Alcibiadis, 8. hrasybuli, 9. Cononis, 10. Dionis, 11. Iphicratis, 12. habriæ, 13. Timothei, 14. Datamis, 15. Epamindæ, 16. Pelopidæ, 17. Agesilai, 18. Eumenis, 19. hocionis, & 20. Timoleontis.* In qvibusdam ditionibus ut Oxoniensi A. 1675. & 1697. 8. dditur Vita Aristomenis Messenii non autore Nepote, sed Pausania, ex ejus Messeniais, græce ac latine. Imperatorum Græcoım vitis Nepos subjecit 21. brevem *de Regibus* ersarum Græcorumqve commemorationem, ı cujus initio innuit omnium se res gestas sepa-

(a) Vide Vossium lib. I. de Hist. latin. c. 14. Onuphrius anvinius Veronensis in catalogo illustrium scriptorum Veronensium: *Constantissimo civitatis nostræ testimonio Cornelium Nepotem virum doctissimum & antiqvitatum omnium ritissimum Veronensem fuisse traditur, cui in summa cum reqvis Veronensibus illustribus etiam statua posita est ex publica uctoritate.*

paratim retulisse, qvi liber hodie non exstat. Sed exstat præterea Vita 22. *Hamilcaris* Barcæ, & 23. filii ejus *Hannibalis*, Imperatorum Carthaginiensium.

Romanorum qvoqve belli ducum vitas similiter tradiderat Nepos, è qvibus sola ætatem tulit vita 24. *Catonis* majoris, in cujus extremo testatur se de Catone separatim librum fecisse rogatu T. Pomponii Attici. Sed & ille pridem intercidit.

Deniqve Nepote auctore scriptam habemus hujus ipsius 25. *Attici* (b) vitam, qvam inter Ciceronis Epistolas ad Atticum servatam notat Vinetus ad Ausonii Idyll. VII. Ejus priora duo deviginti capita Attico vivo Nepos edidit, cetera post ejus obitum subjunxit. Capite XVIII. scripta Attici commemorat, de qvibus vide si placet qvæ ibi annotarunt viri docti, nihil enim eorum ætatem tulit, licet ad nos pervenisse qvæ de familiis Romanis, qvæ de Magistratibus scripserat Atticus, etiam atqve etiam erat optandum.

III. *Æmilium Probum*, ad qvem veluti auctorem vitas Imperatorum variæ editiones male referunt, constat vixisse sub Theodosio Imperatore, cui Nepotis volumen sua & avi scriptum ac

(b) In codice Gifanii ante vitam Attici legebatur: *Ex libro Cornelii Nepotis de latinis Historicis.* Sane de illustribus Historicis librum se fecisse testatur Nepos in Dione, ut Vossio etiam animadversum. Vitam Attici separatim cum notis, glossario & nomenclatore edidit Henricus Ernstius Amst. 1658. 8.

ac recensitum, matris manu ornatum forsan & expolitum, obtulit: ut colligere licet ex ipsis illis versibus antiqvo Codici præfixis, è qvibus Probum auctorem harum vitarum facere viri docti voluerunt:

Vade, liber noster, fato meliore memento
Cum leget hæc dominus, te sciat esse meum.
Ne timeas fulvo strictos diademate crineis
Ridenteis blandum vel pietate oculos.
Communis cunctis, hominem sed regna tenere
Se meminit, vincit hinc magis ille homines.
Ornentur steriles, facilis tectura libelli,
Theodosio, & docti, carmina nuda placent.
Si rogat auctorem, paullatim detege nostrum
Tunc Domino nomen, me sciat esse Probum.
Corpore in hoc manus est genetricis, aviq; meaq;
Felices, Domini quæ meruere manus.

IV. Prodierunt vitæ Nepotis sub Æmilii Probi nomine Venetiis A. 1473. fol. qva editione usum se testatur Joannes Savaro.
Inde Parmæ A. 1480.
Venetiis iterum 1499.
Tertia Veneta editio Aldina, eidem Savaroni, perinde ut binæ Venetæ priores inspecta.
Hinc lucem vidit Coloniæ apud Gymnicum, 1543. 8. cum scholiis *Gilberti Longolii*, qvæ recusa etiam sunt in editione Lugd. Bat. 1642. 12. & in Francofurtensi 1608 fol.
Basileæ 1563. cum *Hieronymi Magii* annotationibus.

Pari-

Parisiis ex emendatione *Dionysii Lambini* cum eruditis ejus commentariis. 1569. 4. De plagio qvod Lambino Gifanius impegit, consulendus Jac. Thomasii τῦ μακαρίτȣ liber §. 448.

Ex recensione *Nathanis Chytræi*, Bardi Pomeranor. 1594. 8.

Editus præterea Nepos Parisiis 1602. forma minore cum castigationibus & notis viri docti *Jo. Savaronis*.

Francof. 1608. fol. ap. Claud. Marnium & heredes Jo. Aubrii, in qva præclara editione post librum Aurelii Victoris de viris illustribus, commentario A. Schotti illustratum, exhibentur Cornelii Nepotis fragmenta ab Andr. Schotto collecta cum ejus notis: Petri Nannii Alcmariani de claris Corneliis liber, vita Scipionis Æmiliani à Sigonio scripta, & notæ integræ in Cornelium Nepotem Andr. Schotti, Lambini, Longolii, Magii & Savaronis. Deniqve castigationes & observationes à Petro Daniele adnotatæ ad editionem Coloniensem, collato veteri MS. codice, qv deinde pervenit ad Obertum Gifanium Præfigitur volumini Chronologia Imperatorum Græciæ ab Andrea Schotto per Olympiades digesta, qvam in sua etiam edition servavit Courtinus.

Cum *Jani Gebhardi* spicilegio notarum, Amst 1644. 12. 1662. 12.

Cum notis *Johannis Raven*, Jen. 1635. 8. Hamb 1648. 12. 1677. 12.

Cum

Cum Commentario, notis & luculento Indice *Jo.Henr.Bœcleri.* Argentorat. 1640. 8. ac deinde sæpius, ita ut jam sexta sit editio An. 1656. Septimæ An. 1659. Lipſ. 4. *Jo.Vorſtii* curæ accessere.
Jac.Mylii, adjunctis notis Bœcleri, Gebhardi, Ernſtii. Lipſ. 1653. 8.
Cum *Jo.Loccenii* notis politicis atqve indice Philologico Holmiæ 1638. 12. Amſt. 1648. 8. Holm. 1654. 8. Hamburg. 1673. 12.
Cum *Jo. Andr. Boſii* commentariis Lipſ. 1657. 8. & Jenæ 1675. 8. additis Gebhardi, Bœclerique notis & indice, Henrici item Ernſtii ad Nepotis Atticum, curante Jo. Chriſt. Hetzero.
Georg. Caſparis Kirchmeieri, Profeſſoris Wittebergenſis 1665. 8.
Frid. Hildebrandi, Lipſ. 1666. 12.
Cum notis *Variorum*, curante *Rob. Keuchenio*, Lugd: Batav. 1658. 1667. & 1675. 8. apud Hackios, & 1687. 8. qvæ locupletiſſima eſt editio.
Cum notis *Auguſti Buchneri* ad tironum maxime captum comparatis. Hamburgi primum, deinde Lipſiæ 1688. 8. in qva meliori editione acceſſit triplex in Nepotem clavis Chronologica, Geographica & Stathmica, qvæ monetæ atqve menſuræ veteris convenientiam cum noſtrate exhibet auctore M.P.L.S. Additus qvoqve index duplex, alter Bœcleri latinus, alter locutionum germanicarum.
In uſum *Delphini*, illuſtrante *Nic. Courtino*, Pariſ. 1675. 4. & Lond. 1691. 8.

Editiones *Oxonienses* è MSS. recensitæ An. 1675. 12. 1687. 12. 1697. 8. addita è Pausaniæ Messeniacis vita Aristomenis Messenii græcè & latinè.

Cum *Hermanni Essenii* animadversionibus perqvam nitide excusus Nepos, Trajecti 1691. 12. Recusa editio ibid. 1705. 12.

Cum notis selectis *Davidis Hoogstratani*, V. C. Amst. 1691. 12.

Ex editione *Rutgeri Hermannidæ*, qvi notas & indicem addidit è Bœcleriano contractum. Amst. 1692. 12.

Cum perspicuis notis tabulisqve Chronologicis ac Geograph. viri doctissimi *Christoph. Cellarii*, Lipsiæ 1694. 12. post editionem 1689. 12.

Cum *Christiani Grünbergii* notis Philologicis, Historicis & Geographicis, phrasiumqve elegantiorum adnotatione & variatione, Francofurti 1697. 8.

E recensione *Joachimi Henningii* ConR. Hamburgensis τȢ μακαρίτȢ adjuncto indice *Hermannidis*, hinc inde locupletato. Hamburg. 1697. 8.

Germanicè expositus, adnotatisqve phrasibus elegantioribus ac triplicibus imitationum exemplis ad varios usus captusqve tironum accommodatus à *Dan. Hartnaccio*. Hamburg. 1695. & 1698. 8. Idem imitandi studium qvi Nepoti navare voluerint, oportune utentur *Jo. Georgii Wilkii* Viri eximii Nepote Saxonico,

co in qvo exempla illuſtria Hiſtoriæ Saxonicæ in argumentum imitationum Cornelianarum proponuntur, Lipſ. 1682. 8. Eadem ab auctore ipſo deinde elaborata qvoqve viderunt lucem latine, ibid. 1700. 12. qvemadmodum ſuas in Nepotem commentationes ſive imitationes latine nuper edidit V. C. *Jo. Henr. Erneſti* Profeſſor Lipſienſis, An. 1707. 8. additis aliis ad loca nonnulla Juſtini, Terentii, Plauti, Curtii &c.

Belgice Roterd. 1688. 12. interprete *Joanne Hilaride.*

Gallice, ut veterem *Bernardi Girardi* verſionem, Pariſ. 1568. 4. editam omittam, Nepos redditus eſt ab *Antonio Pineto*, qvem à mente auctoris ſæpius aberraſſe notavit Paulus Colomeſius ad Gyraldum pag. 202.

V. Cornelii Nepotis ſcripta deperdita tum ab ipſo, tum ab aliis veteribus hæc memorantur:

Libellus qvo diſtinguit litteratum ab erudito, Svetoncap. IV. de Grammaticis.

Chronicorum libri tres (c) de qvo opere Catullus:

 Jam

(c) Auſonius Epiſt. XVI. (Vineti edit. III.) *Nepotis Chronica qvaſi alios apologos, nam & ipſa inſtar ſunt fabularum, ad nobilitatem tuam miſi.* Qvod nimirum non minus jucunde narrarent, afficerentqve lectorem qvam fabulæ. Nam fidei Nepotis nihil voluiſſe detrahere his verbis Auſonium, patet ex his qvæ ſubjungit: *Gaudens atqve etiam glorians fore aliqvid, qvod ad inſtitutionem tuorum, ſedulitatis meæ ſtudio conferatur.*

Jam tum, qvum ausus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis Jupiter, & laboriosis.

Exemplorum libri, qvorum *qvintum* laudat Gellius VII. 18.

Illustrium Virorum libri complures, qvorum *undecimum, decimum qvintum* & *decimum sextum* allegat Sosipater Charisius libro II. In his videntur fuisse *Vitæ Regum* Græcorum aliorumqve, etiam *illustrium Romanorum*, qvas Nepos ipse composuisse se testatur, & liber *de illustribus Historicis*, qvem idem Nepos scripsisse se refert in Dione. Sic etiam de illustribus Poëtis scripserit, ut colligas è Svetonio in Terentii vita, & de Oratoribus illustribus &c.

Liber de vita M. Porcii Catonis separatim scriptus rogatu Attici, ut Nepos ipse auctor est in extremo brevis de Catone commemorationis qvæ hodie exstat.

Libri de Vita Ciceronis, qvorum primum laudat Gellius XV. 28.

Libri Epistolarum ad Ciceronem, qvorum primus citatur à Lactantio III. 15. qvemadmodum & Ciceronis ad Nepotem Epistolas allegant Svetonius in Cæsare cap. 55. Macrobius itemqve alii.

IV. Fragmenta Nepotis ab *Andrea Schotto* diligenter collecta atqve inde in plerisqve Cornelii editionibus recusa sunt, qvibus subjiciuntur etiam è veteri libro Abbatiæ Fæsulanæ & al-

tero

:ero Britannico MSto per Ant. Augustinum & Jac. Bongarsium A. Schotto transmissa *fragmenta duo ex Epistola* CORNELIÆ, virtutibus & eloqventia clarissimæ fœminæ, quæ Scipionis Africani filia, Tiberii Gracchi Censoris uxor, *Gracchorum* vero Tiberii & Caji ac decem præterea liberorum mater fuit. Scripta est ad C. Gracchum filium, ut eum deterreret à capessenda Rep. & vindicanda nece fratris Tib. Gracchi, licet ipse qvoqve deinde fratre, qvi ante trigesimum ætatis annum obtruncatus fuerat, novem annis minor somnio monitus remp. gessit neglecta matris oportuna dehortatione, postqve tribunatum occisus est Anno U.C. 633. ante CHRISTUM CXXI. Cornelia illa maluit vidua Romæ curam gerere educationis liberorum, qvam cum Ptolemæo Ægypti Rege, qvi nuptias ejus ambibat regnare, ut refert Plutarchus in vita Gracchorum fratrum p. 824. Caji Gracchi librum allegat idem pag. 828. Orationem pro Vestio p. 835. Tib. Gracchi eloqventiæ specima qvædam exhibet p. 828. 831. seq. C. Gracchi p. 836. ubi etiam de ejus in matrem veneratione, statuaqve Corneliæ à filio posita,

 qvæ

(d) Qvintilianus lib. I. cap. I. *Gracchorum eloqventiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cujus doctissimus sermo in posteros qvoqve est* Epistolis *traditus*, *& Lælii filia reddidisse in loqvendo paternam elegantiam dicitur, & Q. Hortensii filiæ Oratio apud Triumviros habita legitur non tantum in sexus honorem.* De Gracchorum eloqventia vide Plutarchum pag. 825. Epistolarum Corneliæ ad filium Cajum qvoqve meminit p. 840.

qvæ tantum domus ſuæ cladem miſerosqve filiorum caſus fortiſſimo atqve invicto animo tulit, ut præter Plutarchum p. 843. celebrat Seneca conſolatione ad Marciam cap. XVI.

VII. *Liber de Viris illuſtribus* incipiens à Proca Rege Albanorum, non eſt Nepotis, nec Plinii Secundi, neqve Æmilii Probi, nec Svetonii, neqve Aſconii Pediani, nec Taciti deniqve, ſed *Aurelii Victoris* ut infra in Victore dicam. Sæpius tamen ſub Nepotis nomine eſt editus, & confidentiſſime qvidem à *Raphaele Eglino Iconio* Tiguri Anno 1600. 8. hoc titulo: *Corneli Nepotis de Viris illuſtribus liber, additamento ex MSto auctus: antehac Æmilio Probo, poſt Svetonio Tranqvillo, diutiſſime C. Plinio Cæcilio Secundo, nuper Sexto Aurelio Victori, nunc liberali cauſa Auctor aſſertus.* Eqvidem Victorem è Nepotis opere de Viris illuſtribus multa in hunc ſuum libellum derivaſſe, libenter Viris doctis adſentiar ſed verum auctorem èx MSS. codicum fide & A. Schotti argumentis exiſtimandum eſſe Victorem haud dubito. Sub Nepotis nomine prodiit etiam Germanice Argentorati 1535 fol. una cum Salluſtio.

VIII. *Daretis* Phrygii *Hiſtoria Excidii Troj.* qvæ latine circumfertur cum Pſeudo Dicty ſive *L. Septimii* (e) Romani *libris VI. Ephemer. d.*

(e) Alii Qvintum Septimium vocant, ut Barthius LV. 7. LVIII. 11. Voſſius de Hiſt. lat. p. 742. & Tho. Bartholin. de legendis libris p. 93.

dos belli Trojani (f) etsi præfixam habet sub Nepotis nomine *Epistolam ad Sallustium Crispum*, qvâ affirmat se Daretem é Græca in latinam lingvam Athenis transtulisse, communi tamen eruditorum suffragio tam eleganti ac terso scriptore indigna æstimatur. De Darete ipso ac Dictye vide si placet qvæ scripta à me sunt libro primo Bibliothecæ Græcæ. Antiqvissima editio horum scriptorum latina (Græca enim pridem periere) estMediolanensis Anno 1477' Inde commemoranda venit Veneta Francisci Faragonii Anno 1499.4. Prodiere etiam cum tribus Libanii declamationibus consimilis argumènti, Lugdun. apud Gryphium 1552. 12. Prætereo editionem Daretis Dictyisqve Parisiensem An. 1560. 8. & Lugdunensem An. 1569. 8. nec minus versionem *Gallicam* Joannis de la Lande Paris. 1556. 8. & *Italicam* Tho. Porcacchio auctore excusam Venet. 1543. 8. Prodiit etiam Dares cum Homero Spondani, adjunctâ

 Pseu-

(f) Auctor eas inscripsit Q. Aradio Rufino qvi sub Imp. Constantino consulatum gessit A. C. 316. aitqve Dictyn opus suum conscripsisse primum litteris Punicis, oratione Græca. Postea à nescio qvo *Praxi* sive *Eupraxide* litteris Atticis transscriptum oblatumqve esse Neroni Imp. atqve inde à se versum latinè. Ceterum S. Ambrosio æqvalem vel supparem esse hunc scriptorem sive interpretem, verisimilis est Vossii conjectura IV. 50. de Idololatria, qvanqvam Scioppius & alii longe antiqviorem esse putaverint. At enim vel propter styli nævos seqviorem redolere ætatem demonstrarunt viri doctissimi Jo. Frid. Gronovius c. XXV. Observatt. Ecclesiast. & Jac. Perizonius in diss. de Dictye c. XXXVII.

Pseudo Pindari (g) Thebani Epitoma Iliados, latino Carmine Hexametro scripta Basil. 1583. fol. Dares item Dictysqve subjectus Diodoro Siculo ex Poggii versione edito latine ibid. 1578. fol. Ab eo tempore *Josias Mercerus* elegantissimi vir ingenii, & exquisitæ doctrinæ, Daretē cum Dictye ad binos MSS. codices Petri Danielis & Pauli Petavii, castigato notisqve illustrato emendatius in lucem dedit Paris. 1618. 12. Mercerianam editionem secuta Amstelodamensis Anno 1631. forma minore. Digni qvoqve hi duo scriptores habiti sunt, qvi in usum *Delphini* illustrarentur, uti factum est haud infeliciter ab *Anna Tan. Fabri* filia Paris. 1680. 4. Hinc cum Josiæ Merceri, *Casp. Barthii*, *Ulrici Obrechti* Prætoris Regii, qvi vetus MS. Argentoratense contulit, *Pauliqve Vindingii* ad Dictyn notis, Dares recensitus est à V. C. *Samuele Artopæo*, cujus diligentia index etiam insignis accessit. Argentorat. 1691. 8. Deniqve Amstelodamenses An. 1701. in qvarta & octava forma Daretem & Dictyn, utinam satis emendate, recuderunt ex editione in usum Delphini, cui præter notas universas ex editione Argentoratensi repetitas adjunxere nunqvam prius editam Jac. Perizonii, viri eruditissi-

(g) Allegatur à Lutatio ad Statii VI. Thebaid. v. 120. ubi vide si juvat, Lindenbrogium, itemqve Barthium qvi auctorem vetustum boniqve ingenii appellat LVIII. 14. & LIX. 1. & 15. Adversar. ubi integrum recenset, nec dubitat Josepho Iscano Devonio præferre. A Laurentio Valla inepte antelatus est ipsi Virgilio, ut notavit Jovianus Pontanus lib. 1. de sermone cap. 18.

tiſſimi diſſertationem de Dictye, in cujus extrema parte varia hujus ſcriptoris loca illuſtantur: tum nummos qvosdam gemmasqve veteres ad illuſtrandum Dictyn à Ludovico Smids V. C. collectas, deniqve *Joſephi Iſcani* Devonii, Exceſtrenſis, Poëtæ, pro ætate illa, non inelegantis poëma Heroicum in *ſex libros* diſtinctum *de bello Trojano*, cum notis *Samuelis Dreſemii* Dithmarſi, per ſingulas paginas ſubſtratis. Indicem qvoqve Dareti & Dictyi ſubjunxerunt, non qualem locutionum minus obviarum, uſusqve vocabulorum ſingularis adornavit Clariſſ. Artopœus, ſed qvalis in editione Delphini occurrit Index omnium vocabulorum. Joſephi qvoqve Iſcani poëma exhiberi poterat ex emendatione & integriore *Joannis Mori* editione Londinenſi A. 1675. 8. Dreſemius enim qvi hoc poëma recte Joſepho Iſcano reſtituit, & eruditis notis illuſtravit Francof. 1623. 4. nullis codicibus MStis, ſed tantum tribus editionibus anterioribus (h) uſus fuerat,

(h) Prima editio eſt ab Albano Torino Baſil. 1541. 8. cum Pſeudo Pindari epitome Iliadis, Darete proſario, & Homeri Iliade ex latina Nicolai Vallæ & Vinc. Obſopoei verſione. Hanc ſecuta eſt editio Heiniſchii Baſil. 1573. 8. Altera exſtat ad calcem Homeri græce & latine editi & illuſtrati à Joanne Spondano, Baſil. 1583. & 1603. fol. Tertiam deniqve ab Alexandro Carolo Trongeſio editam Dreſemius memorat, qvam non vidi. Ceterum non videtur eſſe dubitandum, qvin Joſephus Iſcanus argumentum ſive periocham poëmatis ſui adſciverit Daretem latinum proſarium, unde deinde factum

qvibus hi libri majore adhuc inſcitia qvam proſarius Dares, *Cornelii Nepotis* tanqvam auctoris nomen gerunt præfixum. In omnibus vero iſtis editionibus omiſſi ſunt poſt lib. 1. v. 32. hi verſus, qvibus continetur encomium Balduini, cui Poëma hoc ſuum pro illa temporum ſuorum barbarie facundum & comtum auctor dicavit, Archi-Epiſcopi Cantuarienſis, ſub finem ſæculi à nato CHRISTO duodecimi. Verſus illos primus qvod ſciam è MSto codice produxit Tan. Faber in notis ad Longinum p. 169. edit. præclaræ Tollianæ:

In numerum jam creſcit honos, te tertia poſcit
Infula, jam meminit Wigornia, Cantia diſcit,
Romanus meditatur apex, & naufraga Petri
Ductorem in mediis exſpectat cymba procellis.
Tu tamen occiduo degis contentus ovili,
Tertius à Thoma, (Cantuarienſi) *Thomasqve ſecundus & alter,*
Sol oriens, rebus ſucceſſor, moribus heres,
Felices qvos non trahit ambitus &c.

IX. Falſo qvoqve uti ad *Alexandrum M.* auctorem, ſic ad Cornelium Nepotem tanqvam interpretem refertur commentitia *Epiſtola de mira-*

factum eſt, ut qvemadmodum liber ipſe pſeudo Daretis, ita etiam Iſcani poema Cornelio Nepoti tribueretur. Scripſit & alia iſte Iſcanus Devonius, ſed qvod ſciam nondum edita, *Antiocheidem*, cujus in Britannia meminit Cambdenus, magni eum cum viveret inter ſuos habitum teſtatus. Vide Johannem Prince in Anglico opere de illuſtribus Devoniis, vel ſi liber ille ad manus non ſit, conſulantur Acta Eruditorum anni 1702. p. 289.

mirabilibus Indiæ, cum Inſcriptione: *Alexander Magnus Ariſtoteli Præceptori ſuo ſalutem dicit.* Græcè nunqvam vidit lucem, latine vero præter editiones in Bibliotheca Græca lib. II. cap. X. ſect. 17. à me memoratas excuſa eſt nuper Gieſſæ Haſſorum 1706. 8. curante *Andrea Paullino*, qvi nec de auctore nec de interprete ambigendum ratus, in ſchola Darmſtadienſi eam prælegendam diſcipulis ſuis inſtituit. Qvanqvam vero certum eſt in hac Epiſtola legi pleraqve hujuscemodi qvalia de Indiæ mirabilibus vel commentati vel commenti olim ſunt Oneſicritus, Orthagoras & alii rerum geſtarum Alexandri ſcriptores, tamen hanc Epiſtolam ab Alexandro ſcriptam vel à Nepote verſam minime mihi perſvadeo.

X. Petrus Nannius Alcmarianus librum ſingularem de claris Corneliis ſcripſit ad Cornelium Muſium Delphinum, eumqve ſuæ præclaræ Nepotis editioni inſeruit A. Schottus. In illo libro caput V. eſt de Corneliis Scriptoribus. Sunt autem præter Nepotem noſtrum hi: Cornelius Gallus & Cornelius Tacitus, de qvo infra ſuo loco. Cornelius Calvus Orator, & Cornelius Severus ac Cornelius Licinius Calvus Poetæ. His addi poſſunt non pauciores alii, ut Cornelius Thuſcus, qvem in ſvaſoriis deridet Seneca, Cornelius Alpinus apud Horat. qvem cum Gallo confundunt nonnulli: Cornelius Capitolinus, laudatus Trebellio Pollioni in Odenato; L. Cornelius Sylla dictator ejusqve

liber-

libertus Cornelius Epicadus, qvi librum qvem de gestis suis patronus scripserat supplevit teste Svetonio. Vide sis Vossium de Hist. latinis, apud qvem habes etiam de Cornelio Boccho & Cornelio Valeriano qvos allegat Plinius. Ex Corneliani libro contra Beronicem nonnulla affert Stobæus sermone IV. Alios Cornelios præter Nannium retulit Jo. Glandorpius in Onomastico Romano, & qvi de familiis Romanis scripserunt Antonius Augustinus, Rich. Streinius & alii.

CAPUT VII.

DE. M. TERENTIO VARRONE.

Varronis ætas. 1. *Libri de lingva latina eorumqve editiones, & fragmenta.* 2. *Libri de re rustica.* 3. *Catalogus scriptorum Varronis qvæ interciderunt.* 4. *Alii Varrones.* 5.

I. M. TERENTIUS (a) VARRO, Romæ natus est anno U. C. DCXXXVIII. Vir undecunqve doctissimus, Ciceronis & aliorum virorum clarissimorum familiaris, qvi postqvam tribunatu & aliis muneribus functus fuisset, & in bello civili Pompejanas partes strenue conatus esset tueri, (b) mature tamen Cæsari victori se

(a) Terentium Sabinorum lingvæ notare mollem, docet Varro apud Macrob. II. 14. Saturn.

(b) Vide Vertranium Maurum & Ausonium Popmam in Varronis vita, ac præcipue Martinum Hanckium, V. C. libro 2. de Rom. Rerum Scriptoribus cap. 6.

ſe permiſit, & ab eo in gratiam receptus, Bibliothecisqve græcis & latinis comparandis ac digerendis præfectus in litterato otio delituit, totumqve ſe tradidit ſcribendis libris. Septuagenario major ab Antonio una cum Cicerone Anno U. C. DCCX. proſcriptus evaſit qvidem, attamen direptis bibliothecis ſuis gravem jacturam paſſus eſt etiam ſcriptorum ſuorum atqve in his εἰσαγωγικοῦ qvem Cn. Pompejo ſcripſerat, ut memorat Gellius XIV. 7. Reliqvum vitæ tempus nulla interpellante vi totum peregit in litteris, plurimaqve compoſuit, ita ut ipſe duodecimam annorum hebdomadam, hoc eſt, ſeptuageſimum & octavum ætatis annum ingreſſus memoret, ſe ſeptuaginta hebdomades librorum (c) hoc eſt libros 490. conſcripſiſſe. Diem obiit ſupremum prope nonagenarius, (anno enim octogeſimo & octavo ætatis adhuc ſcripſiſſe traditur à Plinio XXIX. 4.) anno Urbis DCCXXVII. poſt CHRISTUM natum XXVII.

II. E libris XXIV. de lingva latina perierunt tres primi, qvos ad *P. Septimium*, Qvæſtorem Varro miſerat, in qvibus diſſeruit περὶ τῆς ἐτυμολογικῆς 1. qvæ contra eam dicerentur, 2. qvæ pro ea & 3. qvæ de ea deniqve. *Exſtant liber IV. V. & VI.* in qvibus origines ipſas verborum latinorum perſeqvitur, ad *M. Tullium Ciceronem.* Tum *liber VII. VIII. & IX.* qvi ſunt de analogia, ſed perinde ut priores, hinc inde qvibusdam hian-

(c) Gellius III. 10.

hiantes lacunis. Reliqvi libri universi exceptis perpaucis fragmentis interciderunt, in qvibus analogiam ipsam latinorum vocabulorum & anomaliam explicaverat, deinde tractaverat de syntaxi, sive qvomodo vocabula inter se ratione conjuncta sententiam efferant, deniqve disseruerat de copia verborum. Respiciens hoc Varronis opus Vitruvius in præfat. libri IX. (sive ut vulgo distingvunt IX, 3. at tractatio ipsa libri IX. demum à capite qvarto incipit) *Plures* inqvit, *post nostram memoriam nascentes cum Lucretio videbuntur velut coram de rerum natura disputare: de arte vero Rhetorica cum Cicerone: multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingva latina.* Fragmenta ex his libris collegit *Antonius Augustinus*, unde leguntur etiam in editione *Vertranii Mauri.* Postea additis nonnullis in Varrone *Ausonii Popmæ*, Frisii & in *Dionysii Gothofredi* Auctoribus latinæ lingvæ. Illi vero sex, qvos utcunqve habemus libri ex *Pomponii Læti* & *Rholandelli* (d) recensione prodierunt Venetiis A. 1498. 4.

Mediolanensem editionem A. 1500. laudat dignus vir vita longiore Tobias Guthberlethus libro de saliis p. 131.

Cum castigationibus qvibusdam *Mich. Bentini* Basil. 1526. fol. exstant ad calcem Cornu Copiæ Nic. Perotti, cui præter Varronis de lingva latina libros subjicitur Festus & Nonius, etiam

(d) Beughemii incunabula typographiæ p. 141.

etiam in editione Albina 1514. fol. Basil. 1518. fol. Præterea cum Bentini castigationibus excusi Varronis libri etiam separatim Lugd. 1535. 8. adjunctis Pseudo-Catonis Originibus, & Basil. 1536. 8.

Editio Pariensis A. 1528. 8.

Romana A. 1557. 8. cum castigationibus *Antonii Augustini*, qvi codicibus MSS. usus est, ex qvibus unum laudat Achillis Mafei.

Lugdunensis A. 1563. 8. apud heredes Seb. Gryphii, cum notis eruditis *M. Vertranii Mauri*, & vita Varronis à Vertranio scripta, qvi & ipse MSS. codices Florentiæ & Romæ contulisse se testatur.

Josephi Scaligeri præclara in Varronem Conjectanea lucem viderunt primum Paris. 1556. 8. In illis præter multa alia egregia, Varronem in originibus verborum freqventer falli observat vir doctissimus.

Adriani Turnebi emendationes & commentarii posthumi, editi à filio Odone Turnebo Paris. apud A. Wechelum 1566. 8. Abortivum hunc viri magni fœtum vocat Josephus Scaliger appendice ad conjectanea p. 179.

Cum notis *Dionysii Gothofredi*, Varronis libri editi inter auctores latinæ lingvæ, Genev. 1602. 4. & 1622. 4.

Deniqve è recensione *Gasp. Scioppii*. Ingolstad. 1605.

1605. 8. *Quæ enim partim per me ipsum*, inqvit Scioppius, *partim* Gabrielis Faerni, *hominis ingeniosissimi & doctissimi*, *cujus ex veteribus Varronis Codicibus exceptas lectiones* Fulvius Ursinus *meus transscripserat*, *ipsius deniqve* Fulvii *opera adjutus in restituendis Romani hominis monumentis Romanus ipse præstiti*, *ea non vereor ne non ultro Civicam meruisse me vociferentur*, *si qvis modo cum prioribus editionibus hanc nostram studiose contendere ac comparare velit &c.*

III. Exstant præterea Varronis *de re rustica libri III.* qvos natus octoginta (e) annos scripsit ad Fundaniam uxorem. Hi sæpius viderunt lucem cum scriptis ejusdem argumenti, qva composuerunt Cato Columella & Palladius, ut supra capite 2. in Catone dixi. Igitur in præsenti duntaxat memorabo illas horum librorum editiones, qvibus utraqve solius Varroni scripta continentur, ut sunt editiones *H. Stephani* A. 1569. 1573. & 1581. cum Jos. Scaliger in libros de latina lingva conjectaneis & appendice conjectaneorum; Antonii item Augustini emendationibus; notisqve Turneb non postumis illis sed ex Adversariorum opere excerptis: & in libros de re rustica not ejusdem *Scaligeri*, & qvi codicibus qvatuor MSS. usum se profitetur, egregii viri *Petri Victor*,

(e) In limine Operis Varro ait sibi esse properandum, *qvod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam antequam proficiscar è vita.*

um se profitetur egregii viri *Petri Victorii.* Etiam appendicem H. Stephanus ad libros de analogia edidit Anno 1591. 8. Præterea *Ausonius Popma* Frisius Varronis scripta qvæ exstant recensuit, illustravitqve notis ac collectaneis, & fragmenta scriptorum ejus deperditorum & vitam Varronis, atqve Bibliothecam Varronianam sive commentarium de Varronis scriptis adjunxit Lugd. Bat. Anno 1601. 8. apud Plantin. Ab eo tempore Varroniana scripta cum fragmentis emendatius & plenius descriptis, addita auctorum è qvibus depromta sunt notatione, tum animadversionibus in Varronem quæcunqve in Stephani editione exstant, prætermissis Popmæ lucubrationibus edita sunt Dordraci Anno 1619. 8. apud Jo. Brerevvoud, & Amstelod. 1623. apud Jo. Jansonium, 8. qvibus nulla hactenus locupletior Varronis editio vidit lucem. *Petri Ciacconii* ineditas ad Varronem de re rustica animadversiones habuit If. Vossius. *Petrum* qvoqve *Axenium* V. C. intellexi pridem in hoc scriptore illustrando non contemnendum studium posuisse, sed ante paucos menses anno superiore MDCCVI. Slesvici exstinctus desiderium sui bonis reliqvit, destituto Varrone.

IV. Jam in tabella veluti, libros hujus Scriptoris deperditos referam, qvorum non ipsos etiam titulos tempus nobis eripuit. Seqvar autem præter Nonium Josiæ Merceri, & optimas Gellii ac Grammaticorum veterum editiones

 tiones

tiones *Robertum* & *Henricum Stephanos*, qvi fragmenta Satirarum Varronis congesserunt in fragmentis Poëtarum Anno 1564. 8. editis p. 305-364 tum *Antonium Riccobonum*, qvi in fragmentis historicorum dedit qvoqve fragmenta scriptorum Varronis, ad calcem libri de Historia pag. 219-401. *Ausonium* deinde *Popmam*, qvem fragmenta Varronis collegisse jam dixi. Deniq; curatorem editionis Dordracenæ, prioribus collectionibus melioris. Fuerunt itaqve

De cultu Deorum liber. S. Augustinus VII. 9. & 33. de Civ. Dei.

Rerum Humanarum Antiqvitates, libri XXV. & divinarum XVI. ad C. Cæsarem, de cujus utriusqve operis argumento consulendus idem Augustinus VI. 3. de civitate Dei.

De vita Populi Rom. ad Atticum, *libri*, qvorum *undecimum* laudat Nonius in *paupertates*.

De gente Populi Rom. libri IV. Arnob. & alii.

De initiis urbis Romæ liber. Qvintil.

De Republica libri, qvorum *vigesimum* Nonius allegat.

Αἴτια, sive *Causæ* (qvales apud Græcos scripsere Callimachus, Butas, Plutarchus) Serv.

De Philosophia liber. Augustin. XII. 4. & XIX. 1. de civitate Dei. *Liber secundus de forma Philosophiæ*. Charis.

IX. Libri disciplinarum ad M. Cœlium Rufum, in qvibus unum de architectura fuisse testis est Vitruvius præf. libri VII.

Hebdo-

ebdomadum ſive *de imaginibus libri*, qvorum ex *undecimo* profert nonnihil Chariſius. In hujus operis libris ſingulis ni fallor, ſeptem Virorum illuſtrium imagines ſtylo perſecutus erat Varro. Imagines DCC. fuiſſe teſtis Plinius XXXV. 2. Confer Voſſium lib. 1. c. 12. de Hiſtoricis latin.

e proprietate ſcriptorum, Nonius in *liqvidum*.

beatrales ſive *de actionibus ſcenicis libri*, qvorum *tertium* memorat Priſcianus, *qvintum* Chariſius.

e ſcenicis originibus libri, qvorum *tertium* Nonius & Chariſius laudant.

e Poëtis libri: qvorum *primus* à Gellio citatur & Priſciano. Confer Jonſium p. 214. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ.

ibri de poëmatis, qvorum *ſecundus* allegatur à Chariſio. *Poëticum* Varronis librum laudat Diomedes.

e Plautinis Comœdiis liber. Gell. III. 3.

ibri de Plautinis qvæſtionibus, qvorum *ſecundum* allegat Nonius.

piſtolicarum qvæſtionum libri, qvorum *octavus* à Chariſio citatur.

piſtolæ, ad C. Cæſarem, Fabium, M. Sulpitium Fuſium, Neronem, Marullium, Ser. Sulpicium, Varronem Oppianum &c.

e Bibliothecis librum ſecundum citat Chariſius.

iber de Vita ſua, id.

omplexionum librum ſextum citat Diomedes.

d Libonem librum I. memorat Macrobius II. 14. Saturnal.

Annales libri, qvorum *tertium* Charisius allegat.
Belli Punici Secundi librum *secundum* citat Priscianus.
Liber de familiis Trojanis. Servius etiam *de gradibus necessitudinum* scripsisse Varronem testatur.
Rhetoricorum libri, qvorum *vicesimum* Nonius laudat.
Περὶ χαρακτήρων librum *tertium*, Charisius.
Libri de lingua latina ad Marcellum, *qvorum* septimus laudatur à Rufino de metris Terentianis: & *libri de similitudine verborum*, qvorum *secundum* citat Priscianus, fortassis pars fuere *librorum XXIV. de latina lingva*, de qvibus supra §. 2.
De utilitate sermonis librum *qvartum* allegat Charisius.
De compositione Satirarum, Nonius in *Parectati*.

Tituli librorum Logistoricorum

& Satyrarum Varronis, qvorum pleræqve *Menippeæ*, h.e. prosa, Menippi Cynici exemplo, carminis vario genere distincta atqve expolita scripti erant, unde Varro *Menippeus* Athenæo dictus & Tertulliano, Arnobio ac Symmacho *Cynicus Romanus.* Vide Probum in Eclogam VI. Virgilii, & Josiam Mercerum p. 207. ad Nonium.

Aborigines, περὶ ἀνθρώπων φύσεως.
De admirandis. Infra, *Gallus Fundanius.*

Aga

Agatho.
Age modo.
Ἀεὶ Λιβύη vel περὶ αἱρέσεων.
Ajax ſtramentitius.
περὶ αἱρέσεων, ſupra ἀεὶ Λιβύη.
Ἄλλ☉ οὗτ☉ ἡρακλῆς.
Ἄμμον μέτρεις, περὶ φιλαργυρίας.
Andabatæ.
περὶ ἀνθρώπων φύσεως. ſupra, *Aborigines.*
Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς.
περὶ ἀρχῆς Infra, *Marcopolis.*
περὶ ἀρχαιρεσιῶν infra, *Serranus.*
περὶ ἀρετῆς κτήσε☉ infra, *Tribodites.*
περὶ ἀφροδισίων. infra, *Vinalia.*
Armorum judicium.
περὶ ἀῤῥενότητος. infra, *Triphallus.*
Atticus (leg. *Articulus*,) de numeris, Logiſtoricus *liber.*
Autumedus, infra, *Mæonius.*
Bajæ.
Bimarcus, περὶ τρόπου.
Βοῦς περὶ τάφου. infra, in ἐπιτάφιον.
Pro *Cæi* lib. II. apud Nonium in Carra, lege Ἀεὶ Λιβύη. Scal.
Caprinum prælium, περὶ ἡδονῆς.
Catamitus.
Cato, vel *de libris educandis* Logiſtoricus.
Cave canem.
Κενοδοξία περὶ φθόνου.
Ceria, infra, *Dolium.*
περὶ κεραυνοῦ.
Chorographia.

Columna Herculis, περὶ δόξης.
Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου.
Cras credo, hodie nihil.
Cygnus, περὶ ταφῆς.
Cynicus.
Cynodidascalus.
Cynorhetor.
Desultorius, περὶ τοῦ γράφειν.
περὶ διαθηκῶν. infra, *Testamentum.*
Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.
Dolium, aut *Ceria.*
περὶ δόξης. supra, *Columna Herculis.*
περὶ ἐδεσμάτων.
περὶ ἐμμονῆς. infra, *Synephebus.*
περὶ ἐγκωμίων. infra, *Papiapapa.*
Endymiones.
περὶ ἐξαγωγῆς.
Ephebus, vel *Synephebus*, περὶ ἐμμονῆς.
περὶ ἐπαρχιῶν. infra, *Flaxtabula.*
Ephemeris navalis.
Ἐπιτάφιον ἢ βοῦς περὶ τάφου.
Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐτελείας.
Erratio.
Est modus matulæ, περὶ μέθης.
Eumenides,(interdum male scribitur *Evdamones*)
Εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων καθηκόντων.
περὶ εὐτελείας. supra, τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον.
Ἔχω σε, περὶ τύχης.
Ἕως πότε, περὶ ὡρῶν,
Exdemetricus.

Flaxta-

Flaxtabulæ, (al. *Flexibula.*) περὶ ἐπαρχιῶν.
De Fortuna. infra, *Marius.*
Gallus Fundanius, *de admirandis.*
περὶ γεγαμηκότων. ſupra, ἔυρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα.
Gemini.
Gerontodidaſcalus.
Gloria, vel *Inglorius*, περὶ φθόνου ſupra, κενοδοξία.
Γνῶθι σεαυτόν.
περὶ τοῦ γράφειν. ſupra, *Deſultorius.*
Hecatombe, περὶ θυσιῶν.
περὶ ἡδονῆς. ſupra *Caprinum prælium.*
Hercules tuam fidem.
Hercules Socratius.
De Hiſtoria. infra, *Siſenna.*
Iidem Attii qvod Titii.
De indigitamentis. infra, *Pranſus paratus.*
Inglorius. vide *Gloria.*
De inſania. infra, *Oreſtes.*
Ἱπποσύνη. (al. *Hippocyon.*)
Judex. infra, *Pappus.*
Laterenſis. Logiſtoricus.
Lex Mænia.
De liberis educandis. ſupra, *Cato.*
Logomachia.
Longe fugit qvi ſuos fugit.
Mæonius Autumedus.
Magnum talentum.
Manius.
Marcipor.
Marcopolis, vel μαρκόπολις περὶ ἀρχῆς.
De officio Mariti.

Marius, de fortuna. Logiſtoricus.
Meleagri ſive *Melager.*
Menſurales.
Meſſala, de Valetudine, Logiſtoricus.
περὶ μέθης. ſupra, *Eſt modus matula.*
Modius.
De Moribus, Logiſtoricus.
Mutuum muli ſcabunt, περὶ ψωρισμȣ̃.
Myſtagogi.
Myſteria.
De natura rerum, Logiſtoricus.
Nepos, Logiſtoricus.
Neſcis qvid veſper ſerus vehat.
De numeris. ſupra, *Articulus.*
De numiſmatis, vide mox *Octogeſis.*
Octogeſis, περὶ νομισμάτων.
Oedipothyeſtes.
Ὄνος λύρας.
Oreſtes, de inſania. Logiſtoricus.
De Origine Humana. infra, *Tubero.*
περὶ ὡρῶν ſupra ἕως ποτέ.
Papiapapa, περὶ ἐγκωμίων.
Pappas vel *Judex.*
Pappus, de indigitamentis. Logiſtoricus.
Parmeno.
Τȣ̃ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας.
περὶ φθόνȣ. ſupra, Κενοδοξία & *Gloria.*
περὶ φιλαργυρίας, ſupra, ἄμμον μετρεῖς.
περὶ φιλονεικίας, infra, *Væ Victis.*
περὶ φιλοφθονίας. infra *Teſtamentum.*
περὶ φθορᾶς κόσμȣ. ſupra, *Coſmotryne.*

Piu:

Pius, de pace. Logiſtoricus.
Plutorine.
περὶ πλέτε niſi leg. Περίπλε 1. & 2. περὶ Φιλοσοφίας ap. Nonium.
Polyandrion.
Prætoriana.
Pranſus paratus, de indigitamentis.
Prometheus lib. 1. 2. & lib. 15. allegatur à Nonio in *evireſcat.*
Prometheus liberatus.
Pſeudonea.
Pſeudolus Apollo, περὶ θεῶν ἀπαντήσεως.
περὶ ψωρισμȣ̃. ſupra, *Mutuum muli ſcabunt.*
Qvinqvatrus.
Salaria.
Sardi venales.
Scaurus, Logiſtoricus liber.
Sciamachia, περὶ τύφȣ.
Sera parecte.
Serranus, περὶ ἀρχαιρεσιῶν.
Sesqui Ulyſſes.
Sexageſis.
Seſenna de Hiſtoria, Logiſtoricus.
Syniſtor.
Synephebus, περὶ ἐμμονῆς.
Tanaquil.
Ταφὴ Μενίππȣ.
περὶ ταφῆς. ſupra, *Cygnus.*
Teſtamentum, περὶ διαθηκῶν, περὶ Φιλοφθονίας.
περὶ θεῶν ἀπαντήσεως. ſupra, *Pſeudolus Apollo.*
Tithonus, περὶ γήρως.

Tricipitina.

Tribodites, *Tripylius*, περὶ ἀρετῆς κλήσεως (al. καὶ φύσεως)

Tripallus, ſive *Triphallus*, περὶ ἀῤῥενότητος.

Tubero, ſive *de origine humana*, (al. *Romana* male.) Logiſtoricus.

περὶ τύφȣ. ſupra, σκιαμαχία.

περὶ θυσιῶν. ſupra, *Hecatombe.*

περὶ τύχης, ſupra. Ἔχω σέ.

Væ victis, περὶ φιλονεικίας.

De Valetudine, ſupra, *Meſſala.*

Vinalia, περὶ ἀφροδισίων.

Virgula divina.

Ὑδροκρύων.

V. *Argonauticorum* libri IV. fuere alterius eodem tempore celebris *P. Terentii Varronis* à Patria, Galliæ Narbonenſis vico Atace, dicti *Atacini*, ut obſervatum præter alios Gyraldo dialogo IV. de poetis p. 202. & Voſſio lib. I. de Hiſt. latinis c. 16. Idem Atacinus *bellum Seqvanicum* carmine Heroico deſcripſerat aliqvot libris, qvorum *ſecundus* allegatur a Priſciano lib. X. p. 877. Alii Varrones complures videantur apud Glandorpium in gentibus Ælia, Cingonia, Rubria, Terentia, Vibidia & Viſellia.

CAPUT VIII.
DE M. TULLIO CICERONE.

Ciceronis ætas, 1. *Laus*, 2. *Scripta quæ exſtant Rhetorica*, 3. *Orationes*. 4. *Epiſtolæ*. 5. *Philoſophica*, 6. *Fragmenta & ſcripta*

scripta deperdita. 7. *Supposititia.* 8. *Editiones* 9. *Varii libri recentiorum, scriptis Ciceronis rebusqve lucem afferentes.* 10.

I. M. TULLIUS CICERO, Romanus, ex eqvestri familia, natus est in villa Arpinate A. U. C. DCXLVIII. Q. Servilio Cæpione & C. Atilio Serrano COSS. die (a) tertio Januarii. Vitam ipsius è veteribus, ne perditos *Tullii Tironis* & *Cornelii Nepotis* libros memorem, *Plutarchus* scripsit, & brevius *Aurelius Victor* cap. LXXXI. Inter recentiores copiose eam atqve diligenter singulari libro tradidit Franciscus Fabricius (b) Marcoduranus, digestam per annos ætatis qva

(a) Conferatur illustris doctrinæ Viri Steph. Baluzii dissertatio de die natali Ciceronis, & Epistola ad Em. Cardinalem Norisium, qvæ exstat ad calcem notarum in librum Lactantii de mortibus persecutorum, editionis Trajectinæ V. C. Pauli Bauldri 1693. 8. p. 118. 119.

(b) Prodiit hæc vita primum separatim Colon. A. 1563. 8. ac deinde sæpius recusa est variis formis locisqve, ut notatum Tho. Crenio parte. 2. animadvers. p. 193. seq. Etiam adjuncta legitur melioribus qvibusdam editionibus Ciceronis ut Gruterianæ, Hamb. 1618. fol. apud Frobenium. Ante Fabricium hoc argumentum tractaverant *Christoph. Mylæus, Henr. Bullingerus*, & cujus narrationem de vita Ciceronis Romæ repertam A. 1553. edidit Wolffgangus Peristerus Borussus, *Jac. Angelus de Scarparia*, tum *Leonhardus Aretinus* qvi pro Plutarchi interpretatione novam ipse Ciceronis vitam dedit, inter Plutarchi parallelas latinè editas plus semel excusam: *Constantius Felix* Durantinus libris duobus de exilio & glorioso reditu Ciceronis, Lipsiæ, 1535. 4. *Christophorus Preyssius* Pannonius, Basil. 1555. 8 *Sebastianus Corradus* vir pereruditus in Egnatio sive Qvæstura, qva Ciceronis

qva vixit Cicero qvatuor & ſexaginta. In præſenti annotare ſuffecerit, Conſulatum geſſiſſe Anno U. C. DCXCI. & Catilinæ furoribus patriam feliciter liberaſſe. Ab eo tempore miſſum eſſe in exſilium Anno DCXCVI. ſed menſe decimo ſexto poſt, omnium conſenſu atqve *Italiæ humeris*, ut ait ipſe, in Urbem reportatum, præfuiſſe Ciliciæ cum Imperio Anno DCCIII. Hinc cum ſemper omni ope Reip. partes qvantum poterat in bello civili tutatus eſſet, à Cæſare victore veniam conſecutus, ſed tandem Lepidi, atqve Antonii maxime, adverſus qvem in Philippicis conſtantiſſime & graviſſime verba fecerat, vi odioqve oppreſſum, Octaviano Auguſto qvi Ciceronis ſuffragio Conſulatum (c) acceperat, aliqvamdiu fruſtra obnitente, proſcriptum miſereqve obtruncatum

ronis etiam mores adverſus Plutarchum aliosqve tuetur: Bononiæ anno eodem: & *Petrus Ramus* in Ciceroniano, Pariſ. 1556. Poſt Fabricium memorandus venit *Lambinus* in ſua Cic. editione: *Benedictus Herbeſtus* A. 1568. tum *Jo. Brantius*, qvi cum elogiis virorum illuſtrium à Cicerone collectis Tullii vitam Chronologico ordine digeſſit, Antwerp. 1612. 4. *Davidis Chytræi* tabula Chronologica, cum Scarpariæ libello edita Berolin. 1581. 8. *Sim. Vallambertus* in vita Cic. Pariſ. 1587. 8. *Rudolphus Capellus ὁ μαχαιρίτης* in Protheoria Ciceroniana, Hamb. 1683. fol. *Caſp. Sagittarius* libro de vitis Plauti, Terentii ac Ciceronis Altenburg. 1671. 8. Libro de lectione & imitatione Ciceronis, ibid. & in Hiſtoria vitæ ac mortis Tulliæ filiæ, Jen. 1669. 4. Tulliæ vita neſcio qvo auctore Pariſiis edita 1681. 8. Vide ſis etiam Petrum Lambecium lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 726. ſeq.

(c) Plutarchus in Cicerone p. 884.

catum (d) periisse VII. Id. Decembris, anno post C. Cæsarem in Senatu transfossum, qvi erat U. C. DCCXI. ante CHRISTUM XLIII.

II. Verissime prodidit Vellejus, *perfectum prosa eloqventiæ decus sub principe operis sui Tullio erupisse:* Atqve S. Hieronymus, *in arce eum Romanæ stetisse eloqventiæ.* Qvæ enim vis, qvæ svavitas, qvanta copia in ejus oratione, qvæ dignitas, qvanta rursus abundantia rerum, honestas sententiarum: cumqve familiariter agit cum amicis ac necessariis suis, qvantus in simplicitate inimitabili nitor, qvantus delectus verborum, ecqvod porro doctrinæ genus, qvæ pars, qvam ille ingenio suo non dicam attigit, sed mirifice illustravit & amplificavit: qvid tam abstrusum aut difficile, qvod pro illo usu rerum & doctrinæ qva abundabat ubertate non potuerit explicare facillime atqve qvam pulcherrimis luminibus exornare. Ex innumerabili autem multitudine eorum qvibus admirabilis semper Cicero visus est, unicum duntaxat adscribo testimonium Plinii VII. 30. Hist. *Salve primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum lingvæque lauream merite, & facundiæ latiarumqve litterarum parens: atqve ut dictator Cæsar, hostis qvondam tuus, de te scripsit, omnium triumphorum lauream adepte majorem, qvanto plus*

(d) Adi si placet Senecam svasoria VII. & qvæ ad Cornelii Severi fragmentum Theodorus Gorallus sive Joannes Clericus V. C. De invento Ciceronis sepulchro in Zacyntho insula exstat Epistola Desiderii Lignaminæi, Venet, 1547.

plus est ingenii Romani terminos in tantum promovisse, qvam Imperii.

III. Ex scriptis Ciceronis exstant:

1. *Libri II.* qvi vulgo *de inventione* inscribuntur, & soli tulere ætatem è *libris qvatuor* qvos fecerat adolescens *de arte Rhetorica.* Confer Vossium de natura Rhetoricæ cap. XIII. p. 91. In duos illos libros edita sunt Commentaria Rhetoris antiqvi *Fabii Marii Victorini* (de qvo infra libro IV.) cum variis Ciceronis scriptis, Venet. 1490. Mediolani 1498. fol. & separatim Paris. apud Rob. Stephanum 1537. 4. atqve una cum variorum Commentariis in universos Rhetoricos Ciceronis libros, additis *Martini Beichemi* castigationibus Basil. 1541. fol. ac deniqve inter antiqvos Rhetores latinos collectos & editos à Francisco Pithœo. Paris. 1599. 4. Libros ipsos Ciceronis illustravit præter *Nascimbænum Nascimbanium* Ferrariensem, Venet. 1563. 4. & cum libris ad Herennium emendate edidit *Jo. Michael Brutus*, Lugd. 1570. 12.

2. *Dialogi III. de Oratore*, ad Q. Fratrem, qvos post *Omnibonum Leonicenum* Venet. 1492. fol. annotationibus illustrarunt *Jacobus Ludovicus Strebæus*, *Leodegarius à Quercu* & *Philippus Melanchthon*, Paris. 1562. 4. *Audomarus Talæus* Paris. 1533. 4. Emendate edidit & ad MSS. codices recensuit *Thomas Cockmann*, Oxoniæ, A. 1696. 8. Meminit Cicero ipse lib. 1. Epistola IX. ad Lentulum: *Scripsi igitur Aristoteleo more qvemadmodum qvidem volui, tres libros in disputatio-*

tatione ac dialogo de Oratore, qvos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim à communibus præceptis, ac omnem antiqvorum & Aristoteleam & Isocrateam rationem Oratoriam complectuntur. Locum *de* salse dictis sive *jocis* qvi occurrit libro secundo cap. LIV. seq. erudite exposuit singulari commentario *Adrianus Turnebus.* De jocis Ciceronis, in qvibus nimius interdum qvibusdam visus est, tres libros scripserat olim *Tullius Tiro*, Ciceronis libertus. Vide si placet Vossium de Hist. latinis lib. I. cap. XVII. & Jonsium III. 17. de Scriptoribus Hist. Philos. Multos Tullii jocos è Plutarcho in Cic. p. 863. Qvintiliano VI. 3. Macrobio II 3. Sat. aliisqve collegit Franciscus Vavassor p. 328. seq. libri elegantissimi de ludrica dictione. Vide & Jani Passerati præfationem de ridiculis Ciceronis.

3. *Brutus* sive *liber de claris Oratoribus*, in qvem *Seb. Corradi* commentarius prodiit Florentiæ 1552. fol. Ut omittam scholia *Auli Antonii Palmyreni*, & *Leodegarii à Qvercu*, & *Jo. Rivii* castigationes & commentarium *Cælii Sec. Curionis*, Basil. 1564. 8. Hunc librum dialogis de oratore subjecit ipse Cicero. Ita enim lib. 2. de divinat. c. 1. *Ita tres erunt de Oratore, qvartus Brutus, qvintus Orator.*

4. *Orator* sive *de optimo genere dicendi*, ad M. Brutum, illustratus à *M. Antonio Majoragio*, Venet. 1587. 4. & qvi in Basileensi collectione commentariorum in libros Ciceronis Rhetoricos

ricos habentur, *Victore Pisano*, *Jac. Ludovico Strebæo*, *Phil. Melanchthone* & *Jo. Rivio Atthendoriensi*. Prodiit etiam hic liber cum notis *Leodegarii à Quercu* Parif. 1562. 4.

5. *Topica* ad C. Trebatium JCtum, in qvæ ætatem tulit commentarius *Severini Boethii*, Lugd. 1536. 3. Parif. 1557. 4. & inter Boethii opera junctim edita ut infra libro III. dicam. atqve in editionibus Topicorum cum variorum commentariis, Parif. 1542. & 1547. 1557 1561. 4. inter commentarios variorum in libros Ciceronis Rhetoricos universos, Basil 1541. fol. in qvibus præterea habes commentarios *Georgii Vallæ* Placentini (Venet. 1492. fol pridem editos) tum *Jo. Visorii* Cenomani & *Barthol. Latomi*, scholiaqve *Melanchthonis* & *Christophori Hegendorphini*. Postea *Achilles Statius* eruditis notis Topica illustravit, Lovan. 1552. 8 atqve *Antonius Goveanus*, Parif. 1545. 8. Appendix qvoqve ad explanationes Statii exstat edit Antvverp. 1553. 8.

6. *De partitione Oratoria* Dialogus, qvo filiu à patre Cicerone latine accipit, quæ eidem d ratione dicendi græce tradiderat. Hunc con jecturis qvibusdam, sed levibus judice Vossio Ciceronis esse negat Angelus Decembrius lib. de Politia litteraria. *Majoragii* Commentarii in Tullii partitiones lucem vidit Venetis 1587 4. Scripsere etiam in hunc librum *Jo. Sturmius* Rhetor sua ætate insignis, *Vitus Amerbachius*, *Cœlius Secundus Curio*, & qvi in collectio

n

e commentariorum Basileensi occurrunt eorgius Valla, Jac. Ludovicus Strebœus, Barthol. Lamus, & Christophorus Hegendorphinus. Prodiere tiam partitiones cum tabulis Claudii Minois aris. 1582.4.

7. *De optimo genere Oratorum* brevis disputa-o, qvam Cicero *prologi* vice (e) præmiserat *rationibus contrariis Demosthenis atqve Æschinis* latine à se conversis. Hanc interpretationem inercidisse, vehementer dolendum est, qvoniam Cicero illas Orationes velut exemplar Atticæ jusqve consummatissimæ eloqventiæ de inustria delegerat, ac Romanis suis ad imitanum proposuerat. *Achillis Statii* Commentaius in hunc libellum editus est Lovanii 1552.8. o. *Antonii Viperani* Antvv. 1581.8.

8. *Libri IV. Rhetoricorum ad C. Herennium*, qvos Ciceroni disertè tribuit S. Hieronymus libro I. n Rufinum, atqve præfat. ad Abdiam, itemve non uno loco Priscianus, sed & Lupus Ferariensis (ut videtur) Epistola prima ad Eginartum: atqve Ciceroni præter Antonium Mancinellum aliosqve singularibus nuper iatribis vindicatum ivere Georgius Caspar Kirch-

(e) Asconius Pedianus in Orat. pro Milone tamen librum ppellat: *Non tantum ex Oratione & Annalibus, sed etiam x libro apparet, qvi Ciceronis nomine inscribitur de optimo genere Oratorum.* Respicit autem hæc verba, quæ capite IV. eguntur: *Sed si eodem modo putant exercitu in foro, & in mnibus templis qvæ circum forum sunt collocato, dici pro Milone ecuisse, ut si de re privata ad unum judicem diceremus, vim loqventiæ sua facultate non rei natura metiuntur!*

Kirchmaierus ὁ μακαρίτης, & Jo. Petrus Ludovicus in Academia Hallensi haud incelebris nostra ætate Professor: Sed viri in lectione Ciceronis versatissimi, tum avorum nostrorum memoria, tum nostra ætate, è qvibus vel unum juvat honoris causa appellare Conr. Samuelem Schurtzfleischium, communibus suffragiis Tullio hos libros abrogant, tribuuntque vel *L. Cornificio* (f) patri, ad qvem Ciceronis Epistolæ exstant, vel L. Cornificio filio qvi Anno U. C. 719. Consul fuit, & de Rhetorica arte scripsisse è Qvintiliano intelligitur: vel *Ciceroni* filio (g) aut *Laureæ*, Tullii Ciceronis liberto, qvi & ipse Cicero vocabatur, vel *Tullio Tironi*, qvem inter Rhetores memorant Plinius ac Svetonius: vel *M. Gallioni*, (h) cujus nomen in antiqvissimo codice librorum ad Herennium Romano, licet ab alia manu deletum comparuisse refert Aldus Manutius Pauli F. Epistola ad A. Naugerium. Vel *Virginio Rufo*, (i) qvem

voc

(f) Ita P. Victorius, Paullus & Aldus Manutii, And. Turnebus, Muretus, Sigonius, Riccobonus in diss. adver. Marium Mattium, Barthius in Adversar. & Glandorpius in Onomast. Vide etiam Jo. Rainoldum prælect. XX. de libris Apocryphis Tom. I. p. 166. & Vossium de natura Rhetoric. cap. XIII. p. 92. 93. qvi pro Cornificio filio, librorum ad Herennium auctore disputat.

(g) Hæc sententia placuit Nascimbænio in lib. 2. Cic. de invent. ut eidem Vossio notatum.

(h) Gallionis inter Rhetores meminit Seneca & auctor Dialogi de causis corruptæ eloqventiæ. Idem forte ad qvem Ovidius IV. 11. de ponto. Gallioni libros ad Herennium tribuit Jul. Cæsar Scaliger.

oce & scriptis eloquentiam docuisse Neronis temporibus tradunt Tacitus & Qvintilianus: vel *Timolao* deniqve uni è XXX. Tyrannis, qvem ad *Herennium* fratrem scripsisse auctor est Trebellius Pollio. At enim qvicunqve derum sit auctor, qvem uti Ciceronem esse vehementer negat, ita *non mediocriter doctum virum fuisse & de Rhetorica arte diligenter scripsisse* recte profitetur Franc. Floridus Sabinus lib. I. lectionum subcesiv. cap. IV. (pag. 1033. T. 1. facis artium Gruterianæ) certe non longe abfuisse ab ætate Ciceronis, libenter mihi persvadeo: tametsi Herennius ad qvem scripti sunt hi libri diversus est haud dubie non modo ab *Herennio Pontio* apud Livium IX. 3. *Q. Bebio Herennio* tribuno pleb. id. XXII. 34. *M. Herennio* Consule Anno U. C. DCLXI. cujus meminere Plinius XIX. 3. & Julius Obsequens cap 112. *M. Octavio Herennio* Macrob. III. 6. sed etiam à *C. Herennio* qvem memorat Livius XXI. 25. & à *C. Herennio* tribuno plebis, cujus meminit Sallustius apud Gellium X. 20. qvemqve Cn. Pompejus in Epistola ad Senatum, cum urbe Valentia & exercitu delevisse se scribit. At fuit etiam *C. Herennius* suffectus Consul anno urbis DCCXX. & *L. Herennius*, qvem familiarem suum appellat genereqve dicendi ejus delectatos judices ait Cicero pro M. Cœlio cap. XI. Alienus autem prorsus est ab hoc loco *Herennius*

(i) Hæc Raphaëlis Regii conjectura est in diss. an Rhetorica falso sit inscripta ad Herennium.

nius Timolai frater, non minus certe qvam *Herennius Pollio*, de qvo Plin. IV. 9. Epist. *Herennius Severus* apud eundem IV. 18. & Svidam in Ἑρμιππ☉. *Herennius Philo*, *Herennius Senecio*, Stoicus: *Herennius Gallus* de qvo Tacitus IV. Hist. *Herennius Modestinus* JCtus, *Herennius Rufinus* accusator Apuleji & *Herennius Dexippus*, Sophista.

Hos ad Herennium libros emendavit *Jo. Michaelis Brutus*. Lugd. 1570. 12. *Jacobus* qvoqve *Gronovius* V. C. in sua Ciceronis edition adhibuit Codices MSS. Florentinum & Oxoniensem.

In Collectione Basileensi occurrunt annotationes *Gyberti Longolii*, *Claudii Pontani* & *Hieronymi Capiduri* Parentini, qvi G. Vallæ discipulu fuit & commentarium suum edidit Vene 1490. fol. tum *Marini Becichemi* Scodrensis castigationes. Separatim prodiere annotatio nes *Ulr. Zasii* Basil. 1537. 8. & *Mich. Toxitæ*, ibi 1558. 8vo.

* * *

Rhetorica Ciceronis scripta universa præte jam memoratas editiones junctim excusa su apud Aldum Venet. 1514. 4. 1533. 4. & cu Lambini notis, Genev. 1621. 8.

In usum *Delphini* illustrata à *Jacob. Proust*. Pari 1687. 4.

IV. Ex *Orationibus* Ciceronis ad nos perve nerunt hæ LIX, qvibus temporis notatione adjn-

djunxi ex A. Schotti Tullianarum qvæstio-um IV. 7.

1. *Pro P. Qvintio* ad Aqvilium Gallum Judi-em, in causa privata, post Idus Martias Anni U. 673. ætatis sexto & vicesimo. Vide qvæ viri octi ad Gellium XV. 28.

Iotis illustravit *Franciscus Hottomannus*, ut Fran-iscum Sylvium, Barthol. Latomum, Michael. 'oxitam, Cœl. Secundum Curionem aliosqve vi in Bibliotheca commentariorum ad ora-ones Cic. occurrunt, prætermittam.

2. *Pro Sex. Roscio Amerino* parricidii reo, dicta nno ætatis 27. Urbis 674.

Iotis illustravit *Franciscus Hottomannus*, Jo. Cy-enius Paraschius, Spiræ 1567. Gvarinus Vero-ensis, Sylvius, Melanchthon, J. Saxonius, Lato-ius &c. In hanc Orationem qvoqve exstat *cholíastes antiqvus* (k) à VV. CC. Jacobo Grono-io & Jo. Georgio Grævio editus.

(k) Scholiasten istum anonymum pridem laudavit Pe-us Pithœus in notis ad Mosaicarum & Romanarum Le-um collationem titulo VIII. Editus est primum in editione iceronis Gronoviana atqve mox in Græviana, verbisqve iceronis per singulas paginas substratus, è Codice MS. If. ossii, cujus catalogum MSS. Codicum vide fis inter latinos um. 153. Utrum auctor sit *Volcatius Sejus* Gallicanus, non lane certum esse existimo, qvanqvam Volcatium in Ora-ones Ciceronis scripsisse testatur S. Hieronymus 1. in Ru-num. Ceterum commentarium anonymi hujus Scholiastæ 1 priorem partem Orationis pro Sex. Roscio, in Gronoviana ditione qværes in clariss. editoris præfatione.

3. *Pro Q. Roscio Comœdo*: dicta anno ætatis 3
qvo Qvæstor creatus est, Urbis 678.
Notis illustravit *Franciscus Hottomannus.*

4. 10 *Septem libri accusationis in C. Verrem*, i
enim has orationes, qvarum primam tantu
& secundam habuit in foro, vocat ipse Cice
in Oratore c. 29. Harum *primus* est advers
Q. Cæcilium de accusatore in Verrem consti
tuendo (l) divinatio. *Secundus* Procemium vel
ti qvoddam actionis ipsius continet. *Terti*
qvi extrema parte mutilus ad nos perver
(Actio 1.) de prætura urbana, *Qvartus*, (Actio
de jurisdictione Siciliensi. *Qvintus*, (Actio
qvæ Oratio frumentaria Ausonio Epist. 22. ali
qve dicitur. *Sextus* (Actio 4.) de signis sive st
tuis antiqvis & monumentis è Sicilia à Ver
ablatis. *Septimus* deniqve (Actio 5.) de su
pliciis.
Notis illustrarunt universos *Hottomannus*, qvi
dam *Franciscus Fabricius*, *Petrus Nonnius*, Lova
1556. 4. & *Sebastianus Regulus*. In primum
secundum, tertium, & initium qvarti sive acti
nis secundæ exstant Scholia *Asconii Pediani*
Anonymi veteris à Gronovio & Grævio edi
Gallice Verrinas vertit Lesfargvesius Pari
1640. 4.

11. *Pro M. Fontejo* Oratio, sed qvæ mutila
tru-

(l) Divinatio dicitur, qvoniam in ea qværitur, num re
Cicero ex defensore accusator factus sit. Vide Qvinti
num VII. 5. Gellium II. 4. Curium Fortunatianum lib I.
Rhetor. p. 50.

unca ad nos pervenit. Dixit eam Cicero an-
o 38. ætatis, Urbis 685. eodem qvo ædilita-
em geſſit.

Iotis illuſtravit *Gabriel Faernus*, *Hottomannus*.

12. *Pro A. Cæcinna.* Dicta anno eodem.
Iotis illuſtravit *Petrus Faber*, Lugd. Bat. 1601. 8.
lottomannus, Jac. Omphalius, Petrus Pelleta-
ius. Pariſ. 1540. 4.

13. *Pro Lege Manilia*, de Imperatore Pompejo
eligendo, ad Pop. Rom. Dicta à Cicerone Præ-
ore, anno ætatis 41. Urbis 688.
Iotis illuſtravit *Franciſcus Fabricius*, *Hottomannus*,
aulus Benius, Rud. Agricola, Jac. Omphalius,
/al. Erythræus. Argent. 1556. 8. Jo. Piſcator,
Ierborn. 1587. 8. Geneſtus, A. 1699. Exſtat &
n hanc Orationem *antiqvus Scholiaſtes* à Jac.
ronovio & Grævio editus.

14. *Pro A. Cluentio Avito.* Dicta anno eodem.
)e hac Sidonius VIII. Epiſt. 10. *M. Tullius in
ctionibus ceteris ceteros, pro A. Cluentio ipſe ſe vicit.*

15. *Pro C. Cornelio*, Majeſtatis reo. Cujus Ora-
ionis fragmenta tantummodo habemus cum
choliis *Aſconii Pediani*.

16. In toga candida *contra C. Antonium & L. Ca-
ilinam* competitores conſulatus. Exſtant iti-
lem fragmenta duntaxat, cum ſcholiis *Aſconii
Pediani*.

17. *De lege agraria* Kal. Jan. contra P. Servi-
ium Rullum Tribunum pleb. dicta in Senatu

à Cicerone Consule (a) Anno ætatis 44. Urbis 691.

18. & 19. De eodem argumento, ad Pop. Rom.

Notis illustravit has Orationes agrarias *Hadr. Turnebus*, Paris. 1576. 4. Petrus Ramus, Basil 1580. 4. Francof. 1582. 8. Leodegarius à Qvercu. Paris. 1540. 4. *Bernardi Lauredani* sive qvi sub hoc latet *Caroli Sigonii* commentarius prodii Venet. 1558. 4.

20. *Pro C. Rabirio* perduellionis reo, ad Qvirites. Anno eodem.

Notis illustravit *Hadr. Turnebus* & *Hottomannus*.

21. *In L. Catilinam*, in Senatu, Anno eodem

22. 23 In eundem, ad Qvirites.

24. In eundem, in Senatu.

Notis illustravit Catilinarias Orationes *M. Antonius Muretus*, Venet. 1557. 8. Paris. 1581. 8. Al ber

(m) Duodecim Orationes Cicero Consul habuit, ut scribit ipse ad Atticum II. Epist. I. testatus se curasse ut qvemadmodum Demosthenis Philippicæ, ita suæ qvoqve essent Orationes quæ *Consulares* nominarentur, *qvarum* una *est in Senatu Cal. Jan.* altera *ad populum de lege agraria*, tertia *de Othone*, qvarta *pro Rabirio*, qvinta *de proscriptorum filiis*, sexta *cum provinciam in concione deposui*: septima *qva Catilinam emisi*, octava *qvam habui ad populum postridie qvam Catilina profugit*, nona *in Concione qvo die Allobroges invocarunt* decima *in Senatu Non. Dec.* *Sunt præterea duæ breves, qvæ ἀποσπασμάτια legis agrariæ. Hoc totum σῶμα curabo ut habeas.* Ex his interciderunt tertia, qvinta & sexta.

bertus Lenicerus, Witteb. 1585. 8. Petrus Ramus, Parif. 1553. 4. In tres posteriores exstat *Scholiastes antiqvus* à Jac. Gronovio & Grævio editus.

25. *Pro L. Muræna* Consule designato. Huic Aonius Palearius disertissimam Orationem in L. Murænam opposuit.
Notis eam illustravit *Joachim. Camerarius*. Lipsiæ 1542. 8.

26. Pro L. Valerio Flacco.
Notis illustravit *Gabr. Faërnus*.

27. *Pro P. Cornelio Sulla*. Dicta Anno Urbis 692. ætatis 45.
Notis illustravit *Claudius Minos*, Herborn. 1584. 8.

28. *Pro A. Licinio Archia*. Anno ætatis Ciceronis 46. Urbis 693.
Notis illustravit Valentinus Erythræus, Argent. 1550. 8. Jo. Botticherus, Witteb. 1563. 8. Latomus & Melanchthon, Colon. 1563. 8. Albertus Lenicerus, Witt. 1570. 1585. 1. Matthæus Dresserus (lib. IV. Rhetoricæ pag. 721. seq.) (n) Jo. Laëtius sive Læzius Rupellanus adhuc pæne prætextatus, Antvverp. 1560. 8. Paulus Benius, (T. VI. Opp.) *Jac. Tollius*, Lugd. Batav. 1677. 12. & *Pet. Francius* V. C. in specimine primo eloqventiæ exterioris, sive ratione

(n) Laudat Dresserum Th. Crenius Animadvers. Philolog. Parte IV. p. 15. Prodierunt etiam Orationes Ciceronis novem, Dresseri prælectionibus illustratæ Lips. 1602. 8. 1621. 8.

ne actionis & pronunciationis qva usus est in hac Orat. Cicero, explicata, Amst. 1697. 8.

29. *Post reditum, ad Qvirites.* Dicta anno ætatis 50. Urbis 697.

Notis illustravit *Hottomannus*, Benedictus Herbestus. Francof. 1560. 8.

30. *Post reditum, in Senatu.*

Notis illustravit *Hottomannus*. Exstant & Francisci Robortelli tabulæ Oratoriæ in hanc orationem illamqve pro Milone & tertiam pro Cn. Plancio editæ una cum ejusdem libro de artificio dicendi, Bononiæ 1567. 4.

31. *Pro domo sua*, ad Pontifices. Anno eodem. Notis illustravit *Hottomannus*, Bartholomæus Nunciata Marosticensis. Venet. 1553. 8.

32. *De aruspicum responsis*, adversus Clodium dicta in Senatu. Anno ætatis 51. Urbis 698. Notis illustravit *Franciscus Fabricius*, & *Hottomannus*.

33. *Pro Cn. Plancio.* Anno ætatis Cic. 53. Urbis 700.

34. *Pro P. Sextio.* Anno ætat. 51. Urbis 698. Notis illustravit Rolandus Petrejus. Parisiis 1555. 4.

35. *In Vatinium.* Anno eodem.

Notis illustravit *Antonius Goveanus*, Paris. 1542. 4. *Hottomannus*.

36. *Pro M. Cælio.* Anno eodem.

No-

Notis illustravit *Hottomannus*, Gallice Gilletus transtulit.

37. *De Provinciis Consularibus.* Anno eodem. Notis illustravit *Hottomannus*, *Franciscus Fabricius*, Dusseldorp. 1569. 8.

38 *Pro L. Cornelio Balbo, Gaditano.* Anno eodem. Notis illustravit *Hottomannus*, Vitus Amerbachius. De Balbo vide, si placet, Dictionarium Historico Criticum Petri Bælii.

39. *In L. Calpurnium Pisonem.* Anno ætatis Ciceronis 52. Urbis 699. Initio manca. Notis illustravit *Gabr. Faernus*, *Franciscus Fabricius*, *Hottomannus*, *Paulus Benius.* Exstant & scholia *Asconii Pediani.*

40. *Pro M. Scauro*, cujus orationis fragmenta tantum ab *Asconio Pediano* servata exstant.

41. *Pro T. Annio Milone.* (o) Anno ætatis Cic. 55. Urbis 702.
Notis illustravit *Janus Parrhasius* Paris. 1567. 8. & in face Artium Gruteriana T. 1. p. 827. *Franciscus Fabricius* Dusseldorp. 1569. 8. *Jo. Pellicolius*, Bergomi 1595. 5. *Jac. Cruqvius*, Antwerp. 1582. 4. Esromus Rudingerus, Franciscus Sylvius

(o) Hanc orationem aliter habuit Cicero, aliter ac diligentius deinde scripsit, ita ut Milo negaret, se tantos mullos in exsilio pransurum fuisse Massiliæ, si eam ita dixisset in Judicio Tullius, qvalem deinde edidit & ad Milonem misit. Vide Dionem Lib. XL. p. 146. Robortellum in limine tabularum Oratoriarum ad Orat. pro Milone & Scipionem Gentilem ad Apologiam Apuleji p. 8.

vius, Barthol. Latomus Parif. 1540. 8. Nic. Scævola Rom. 1549. 8. M. Bofilorus, Spir. 1586. 8. Vitus Amerbachius, Bafil. 1550. 8. Exftant & fcholia *Afconii Pediani.* Gallice vertit Gilletus.

42. *Pro C. Rabirio Poftumo,* Anno ætat. 53. Urbis 700.

Notis illuftravit *Andreas Patricius*, Cracov. 1582. 4. Freder. Cerutus, Veron. 1589. 8. Jo. Tislinus, Parif. 1536. 4.

43. *Pro* M. *Marcello*, Anno ætatis Cic. 61. Urbis 708.

Notis illuftravit *Andreas Patricius*, Paulus Benius, Claudius Minos, Claudius Baduellus, Freder. Cerutus, Veronæ 1589. 8. Val. Erythræus Argent. 1550. 8. *Petrus Francius* in fpecimine fecundo eloqventiæ exterioris, Amft. 1699. 8.

44. *Pro Q. Ligario* ad C. Cæfarem. Anno eodem. In qva Oratione omnem vim eloqventiæ, omne Rhetoricum artificium, omne affectuum genus exhibere voluiffe videtur Oratorum Princeps, eodem Francio judice.

Notis illuftravit *Andreas Patricius*, *Francifcus Fabricius*, *Joach. Camerarius*, Vitus Amerbachius, Georgius Merula.

45. *Pro Rege Dejotaro*, Tetrarcha Galatarum, ad C. Cæfarem. Anno ætat. 62. Urbis 709.

Notis illuftravit *Andreas Patricius*, *Muretus*, Matthæus Cardenus, Albertus Lenicerus, Witeb. 1582. 8.

46. - 59

46.-59. *Orationes XIV. in M. Antonium*, qvas Demosthenis exemplo *Philippicas* Cicero ipse appellavit. Prima habita in Senatu, ceteræ vel scriptæ, post Cæsarem interfectum, Anno ætatis Cic. 63. Urbis 710. Optima ex his secunda, eademqve maxima ut Plinio lib. 1. Epist. 20. notatum, sed qvæ vita auctori suo stetit:

— — conspicuæ divina Philippica famæ
Volveris à prima qvæ proxima —. Juvenal. X. 125.

Hæ Philippicæ post editionem Florentinam A. 1515. 8. apud Juntas, & Paris. cum variorum commentar. 1529. 4. 1544. 4. à *Gabr. Faërno* emendatæ è MSS. Vaticano cum ejus scholiis excusæ sunt Rom. 1563. 8. & cum scholiis *Mureti*, Colon. 1561. 8. Paris. 1562. 1573. 4. & cum *Hieron. Ferrarii* emendationibus, Venet. 1542. 8. Lugd. 1552. 8. qvæ sunt etiam obviæ in Bibliotheca Commentariorum ad Orationes Cic. ubi præterea invenies qvæ in Philippicas scripta sunt à Francisco Maturantio, Vicentiæ 1488. fol. G. Trapezuntio, Phil. Beroaldo, Barthol. Latomo, Cœlio Secundo Curione, aliisqve. Exstat & Gallica Macalti translatio, fol.

Editio antiqvissima Orationum Ciceronis A. 1472. fol. sine loci notatione, sed adscripto in calce hoc disticho:

Hoc ingens Ciceronis opus, causasqve forenses,
Qvas inter Patres dixit & in populo.

Tu

Tu qvicunqve leges, Ambergau natus abenis
Impressit formis. Ecce magister Adam.

Eam excepit Veneta Ao. 1477. fol. cum commentario *Asconii Pediani* & *Antonii Lusci* Vincentini. Tum Mediolanensis A. 1498. fol. Florentina Nic. Angelii Ao. 1515. Veneta A. 1518. 8. tribus Vol.

Francisci Hottomanni Commentarii in plerasqve Ciceronis Orationes Paril. apud. Rob. Stephanum 1554. fol.

Gregorii Bersmanni in Orationes XXXI. Servestæ 1611. 8. 2. Volum. Steph. Riccii, Lipsiæ 1568. 1574. 8.

Alphonsi Alvaradi Analyses & enarrationes in aliqvot Orationes, Basil. 1604. fol.

Bibliotheca Commentariorum & notarum omnis generis in Orationes Ciceronis, Basil. 1539. Venet. 1547. fol. & Basil. 1553. Lugd. 1554. fol. duobus Vol. & curante Joh. Beato Helio, Basil. 1594. fol.

Orationes Ciceronis ex recensione *Jo. Michaëlis Bruti*, Lugd. 1570. & Antvverp. 1584 tribus Vol.

Emendatæ à *Jo. Sturmio*, Argentorat. 1540. 8.

Cum Analysi Logica & Rhetorica notisqve *Jo. Thomæ Freigii*. 3. Voluminibus, & Francof. 1592. Hanov. 1602. 1614. Francof. 1624. & 1646. & 1654.

Mar-

Martini du Cygne explanatio & Analysis Rhetorica, Colon. 1670. 8. Melch. Junii resolutio, Argentorat. 1594. 8. A. Wilkii, Erfurt, 1602. 8.

Selecta Variorum Commentaria in Orationes Ciceronis, Colon. 1621. 8. tribus Vol. curante Andrea Schotto.

Tomus tertius Orationum Ciceronis, (qvi ab illa 34. pro P. Sextio incipit (cum commentariis copiosis atqve eruditis *Nicol. Abrami* è Soc. Jesu, Paris. 1631. fol. 2. Voluminibus, apud Cramoisium.

Orationes Ciceronis cum interpretatione & notis in usum *Delphini*, auctore *Carolo de Meroville*, Paris. 1684. 4. tribus Vol. Selectæ qvædam Ciceronis Orationes cum Merovillii notis recusæ Cantabrig. 1692. 8.

Deinde à *Jo. Georgio Grævio* viro doctissimo ad MStos Codices, & antiqvas melioresqve editiones recensitæ cum ejusdem animadversionibus & scholiis Q. Asconii Pediani ad MSS. emendatis, & Anonymi Veteris Scholiastæ, notisque integris Francisci Hottomanni, Dionysii Lambini, Fulvii Ursini, Paulli Manutii & selectis tum aliorum ut Faerni, Mureti, Lauredani sive Sigonii, tum Nicolai Abrami, Amstelod. 1699. 8. sex Voluminibus, qvæ luculenta & præstantissima facile omnium editio exhibet etiam notas

præclaras antea ineditas *Jac. Menardi* in ſex primas Orationes, & è *Jo. Paſſeratii* prælectionibus in nonnullas Orationes excerpta: nec non fragmenta ex Orationibus Ciceronis deperditis, à Sigonio & Andrea Patricio collecta atqve illuſtrata.

Ciceronis Orationes ſelectæ cum notis *Eduardi à Zurck*, Rorerd. 1694. 8. & *Chriſtophri Cellarii*, Jenæ 1692. 8.

Belgice, Orationes X. *Petro Francio*, ſi recte memini, interprete, Amſt. 1702. 8.

V. 1. *Epiſtolarum ad diverſos* (p) *libri XVI.* qvos Franciſcus Petrarcha reperit Vercellis, editæ ſunt primum Romæ, A. 1467. fol. qvam editionem memorat Labbeus. Altera A. 1475. tertia 1477. & qvarta antiqva Mediolanenſis, fol. fuere apud Clariſſ. Grævium. Neſcio ſitne ab his diverſa qvæ in Heinſii Catalago memoratur Anni 1473. Sæpiſſime deinde recuſæ ſunt variis in locis. Et

Cum commentario *Hubertini Creſcentinatis*, & alior. Pariſ. 1534. fol.

Cum notis *Seb. Corradi*, *Bernh. Rutilii*, *Phil. Me-lanch*

(p) Vulgo *ad familiares* inſcribuntur, ſed citra veterum Codicum Scriptorumqve auctoritatem, ut annotatum P. Victorio & aliis viris doctiſſimis. *Liber VIII.* non complectitur Epiſtolas Ciceronis, ſed *M. Cœlii Rufi* ad Ciceronem. Hic eſt Cœlius, qvem Voſſius in præfat. ad libros de vitiis ſermonis adjungere non dubitat Ciceroni, Cæſari aliisqve ſcriptoribus primæ æræ, qvi vigorem ac maturitatem in latina dictione ſunt conſecuti.

lanchthonis, *P. Victorii* &c. Basil. 1540. 8.

um scholiis *Melanchthonis*, *Camerarii*, *Longolii*, Francof. 1570. 8.

um commentario *Jodoci Badii Ascensii*, notis *Jo. Baptistæ Egnatii*, *Francisci Robortelli*, *Luc. Joannis Scopæ* & aliorum, atqve argumentis *Christophori Hegendorphini*, & lemmatibus *Giberti Longolii*. Venet. 1554. fol. Paris. 1556. fol. Venet. 1565. 1586. fol.

Jotæ *Hieron. Ragazoni* sive præclari viri *Caroli Sigonii* prodierunt Venet. 1555. 8.

ieron. *Arlotini* notæ in librum primum. Venet. 1549. 8. *Francisci Priscianensis* observationes ibid. Enarrationes *Viti Amerbachii* Basil. 1553. 8. *J. Fabri*. Lips. 1561. 8.

otæ eruditæ *Jo. Glandorpii* post auctoris mortem editæ à Reinero Reineccio. Basil. 1580. 8.

einrici Stephani editio cum var. notis A. 1577. 8.

um notis succinctis *Christoph. Cellarii* V.C. Lips. 1698. 8.

hannis Minelli, qvi notis in librum undecimum est immortuus. Eas deinde rogatu Leersii nescio qvis continuavit. Roterd. 1704. 8.

ac. Friderici Reimmanni. Lips. 1703. 8

ı usum *Delphini* explanatæ à *Philippo Qvartier* è Societate Jesu, Paris. 1685. 4. præmisso charactere Historico singulorum ad qvos Tullius scripsit. Sed hujus editionis non magna est apud eruditos auctoritas.

H Ex

Ex recenſione *Jo. Georgii Grævii* cum ejusd. anim adverſionibus, & notis integris P. Victorii Paulli Manutii, Hier. Ragazonii, Dionyſ Lambini, Fulvii Urſini, necnon ſelectis Jo Frid. Gronovii, Bernhardi Rutilii, Jani Gebhardi, aliorumqve, & antea ineditis Mure atqve H. Valeſii. Amſtelod. 1677. 8. duobu voluminibus. Repetita editio hæc luculent eſt A. 1693. ut Epiſtolas Cic. cum ſolis Græv notis Amſt. 1689. 12. recuſas prætercam.

Ordine Chronologico digeſtæ & argument novis illuſtratæ ſunt ab *Adamo Theodoro Sibe.* Adami F. Ao. 1611. 8. atqve deinde iteru 1636. 8. Brunſvvigæ, & 1649. Goslariæ 8.

2. *Epiſtolarum ad T. Pomp. Atticum* (q) *libri XV* ab conſulatu Ciceronis usqve ad extremum v tæ tempus ad illum miſſarum, *qvæ volumina q legat*, inqvit Nepos in Attici vita cap. XVI. *n multum deſideret hiſtoriam contextam eorum temp rum.* Has Epiſtolas primus itidem Petrarcha r perit, illisqve inventis exclamavit *ſe tadnem C ceronem agnoſcere, præcipitem ac calamitoſum ſene* Prodiere.

Cum notis *Jo. Baptiſtæ Pii* Bononienſis, qvas *l tinas*, qvia mane elucubratas, inſcripſit. B noniæ. 1527. fol. Pariſ. 1531. fol.

(q) Liber de conſulatu Ciceronis qvem Græce Atti teſte Nepote ſcripſerat, intercidit. Sed de Tullii ad e Epiſtolis recte Seneca Epiſt. XXI. *Nomen Attici perire C ris Epiſtolæ non ſinunt. Nihil illi profuiſſet gener Agri & Tiberius progener, & Druſus Cæſar pronepos. Inter magna nomina taceretur, niſi Cicero illum applicuiſſet.*

Jo. Bovillerii castigatione, Lugd. 1562. 8.

Leonhardi Malæspinæ Florentini notæ Venet. 1563. 8. merito laudatæ H. Stephano in PseudoCicerone p. 108.

Cum scholiis *Sebast. Corradi.* Venet. 1544. fol. Prodiere etiam Corradi notæ ibid. 1549. 8.

Cum notis *Jo. Mich. Bruti.* Lugd. 1571, 12.

Cum notis *Lambini & Francisci Junii* ap. Commelin. 1549. 8.

In libros I. & II. *Antonii Goveani* notas laudat Caspar Sagittarius libro de Cicerone p. 156.

Libri XVI. cum notis *Simeonis Bosii* Prætoris Lemovicensis, qvi ex optimis Codd. plura emendavit. Ratiasti Lemovicum 1580. 8. Antvv. 1585. 8. Vide de Bosio Carrionem lib. 1. emendationum c. 15.

Junctim prodiere notæ *Paulli Manutii & Sim. Bosii.* Francof. 1580. 8. apud Wechel. Manutii commentarium *Jano Parrhasio* deberi, legas in Pithœanis & Patinianis. Sane præclarissimus est, & ad Ciceronem intelligendum utilissimus, neqve Manutii ingenio abjudicandus, licet Parrhasium prælectionibus has Epistolas illustrasse constat, qvibus præmissam orationem Gruterus inseruit tomo primo Facis artium p. 820.

Epistolæ ad Atticum cum notis Ausonii Popmæ. Antvv. 1607. 12. Franeqv. 1619. 8.

Ex recensione *Jo. Georgii Grævii* cum notis integris P. Victorii, Paulli Manutii, Malæspi-

næ, Lambini, Fulvii Ursini, Sim. Bosii e chirographo ejus auctioribus, Francisci Junii & Popmæ, ineditis item antea If. Casauboni, Mureti & J. Frid. Gronovii, selectisqve Corradi atqve aliorum. Amstelod. 1648. 8. duobus voluminibus: accuratissima & elegantissima editio.

3. *Epistolarum ad Q. Fratrem libri III.* cum Epistolis ad Atticum sæpissime editæ, à Grævio tamen, qvod dolendum est, nimiam voluminis molem metuente omissæ. Illustrârunt has Epistolas præter Victorium, Lambinumqve & Manutium, Christophorumqve Cornerum, Malaspina, Brutus & Junius, qvos paulo ante laudavi. Castigavit etiam Bovillerius.

Jo. Tissini collectanea lucem viderunt Lugd 1543. 8.

Præterea Epistolam primam libri primi, qva est de ratione bene gerendæ provinciæ, peculiaribus commentariis explicarunt Rol Petrejus Paris. 1564. 4. Marcus Baumleru Tiguri 1587. 8. & Zacharius Schæferus Tubing. 1628. 8.

4. *Epistolarum ad M. Brutum liber* Rom. 1470 fol. Has qvoqve à Grævio prætermissas iiden viri docti cura sua & lucubrationibus digna habuerunt.

Exstant etiam cum notis *Jo. Baptistæ Pii.* Bononiæ 1527. fol. Paris. 1531. fol.

Epi

Epiſtolas ad diverſos *Italice* vertit Aldus Manutius. Venet. 1573. 8. *Gallica* verſio cum argumentis notiſqve & latino contextu ex editione Græviana. Pariſ. 1704. 12. qvatuor voluminibus. Vide ſi placet Jacobi Bernardi V. C. novellas relationes Reip. literariæ A. 1705. menſe Novembri p 483. Prodierunt etiam ſelectæ Ciceronis Epiſtolæ cum Gallica nova interpretatione, plus ſimplici vice Argentorati in 12.

Epiſtolæ ad Atticum *Italice* translatæ ſunt à Matthæo Senarega circa medium ſæculi XVI. *Gallica* verſio non inelegans prodiit Pariſ. 1691. 12. duobus vol. Liber tertius & qvartus de integro Gallice redditus, cum notis. Pariſ. 1701. 12.

VI. Reliqvum eſt ut referam ſcripta Ciceronis Philoſophica, qvibus componendis per postremos maxime annos vitæ operam dedit.

1. Ex *Libris Academicis*, ſive ut vulgo inſcribuntur *Academicarum qvæſtionum* libris qvatuor, qvos ad M. Varronem ſcripſerat, exſtant *primus & qvartus*. Niſi qvartum malimus eſſe potius *ſecundum primæ editionis*, ab auctore inſcriptum *Lucullum*. Duos enim libros Academicos prius ſcripſerat Cicero, Catulum & Lucullum. Hos deinde contulit in libros qvatuor ad Varronem miſit. Poſtea duos qvoqve los edidit præmiſſis novis procemiis qvibus Catulus & Lucullus laudantur. Vide Epiſto-

las ad diversos IX. 8. & ad Atticum XIII. 13. & 32. Meminit etiam Plinius XXXI. 2. & Plutarchus Lucullo p. 520. Cicero ipse 2. Tusc. *Pro Academia autem* Carneadis) *qvæ dicenda erant, satis accurate in Academicis qvatuor libris explicata arbitramur.* Ciceronis argumenta confutavit *S. Augustinus* libris III. contra Academicos, & confutavi certissima ratione, ut ipse qvidem scribit lib 1. retractationum. *Jo. Castellani* disputatio adversus Academicas Ciceronis qvæstiones, Bonon. 1558. 8. In librum primum Commentarius *Hadriani Turnebi* sæpius excusus est & separatim & inter viri illius doctissimi opera. In librum qvartum annotationes *P. Fabri* prodierunt, Lugd. Batav. 1601. 8. Paris. 1611. 8. J. *Rosæ*, Prof. Jenensis, Francof. 1571. 8.

2. *De finibus bonorum & malorum*, sive de summo boni ac mali, *libri V.* ad M. Brutum. Qvorum *primo* Epicuri sententia exponitur, qvam refellit *secundus* : *tertius* Stoicorum dogma explicat, qvod confutatur in *qvarto*, *qvintus* deinqve Peripateticam expendit doctrinam. Scripti sunt Anno Urbis 701. seq. vide Sam. Petiti librum I. Observ. cap. XI. p. 119. Prodierunt primum Romæ A. 1471. fol. Ab eo tempore *Oliv.* commentarius lucem vidit A. 1545. Colon. Hinc cum *Guil. Morelli* sive (cui illas Pithœi tribuunt) Hadriani Turnebi eruditis observationibus editi fuere Paris. 1546. 4. *M. Ant. Mureti* notæ Ingolstad. 1602. 8. *Jo. Rosæ* in A...

de...

micas Qvæstiones & libros de finibus. Erf. 71. 8.

ermanicè una cum Ciceronis Paradoxis An. 1536. 4.

nglicè, una cum viri doctiss. *H. Dodwelli* Apologia pro scriptis Ciceronis Philosophicis. A. 1702. 8.

mendatione loci Ciceroniani qvæ affertur in Obs. Hallensibus VII. 11. nihil esse opus, lectori attento facile existimo patere.

3. *Tusculanarum qvæstionum libri V.* ad eundem rutum. *Primus* disputat de contemnenda norte, *secundus*, de dolore tolerando, *tertius* de enienda ægritudine, *qvartus*, de reliqvis anii perturbationibus: *qvintus* deniqve é scitis toicorum docet virtutem ad bene vivendum eipsa esse contentam. Hos libros A. 1475. publiis scholis explicuit Romæ *Franciscus Philelphus*, vi recte observavit Ciceronem cum has qvætiones rerum potito Cæsare scriberet, conventum suæ domi habuisse studiosorum homiium, & qvendam veluti ludum litterarium perui sse. Vide Alexandri Alexandrei dies Geniales lib. I. cap. XXIII. atqve ibi Tiraqvellum. Claudius Salmasius prolegomenis ad Solinum estatur in Bibl. Regis Christianissimi exstare MStum codicem magnæ vetustatis in qvo Tusculanæ qvæstiones non ordine continuo, sicut n aliis tralatitium est, sed στιχηρῶς per inæqva-

les στίχους & commata ac cola descriptæ feruntur, eo modo qvo Biblia Sacra videmus.

Prodierunt primùm hi libri Romæ A. 1468. fol.

Deinde cum commentar. *Phil. Beroaldi & Omniboni Vicentini*, Venet. 1499. 1516. fol. Paris. 1519. 4.

Joach. Camerarii eruditus commentarius Basil. 1543. 4. *Francisci Fabricii* annotationes Dusseldorp. & Colon. 1569. 1583. 8. *Jo. Sturmi* scholæ in lib. I. Argent. 1575. 8. *Hier. Wolfi* notæ & Aphorismi. Basil. 1580. 8.

Victorinus Strigelius in librum primum. Lipsiæ 1590. 7.

Mureti notæ in librum I. Tusculanarum. Ingolstad. 1602. 8.

Cum notis G. Vallæ, Beroaldi, Camerarii Erasmi, Pauli Manutii & Petri Victorii. Paris 1549. & 1562. in 4.

Gallicè qvoqve Lugduni prodierunt hi Ciceronis libri interprete *Steph. Doleto.* 8. posteà transtulit *Ryerus* Paris. 1643. 12.

4. *De natura Deorum libri III.* ad M. Brutum in qvibus *nullam veritus impietatis invidiam, ingenue, constanter & libere* Cicero superstitionem gentium refellit, ita, ut fuerint etiam teste Arnobio lib. III. pag 103. 104. qvi judicarent *oportere statui per Senatum* Rom. *aboleantur ut hæc scripta, qvibus Christiana religio* (qvatenus Idolorum cultui illa adversa est) *comprobetur, & vetustatis opprimatur auctoritas.*

Cum *Petri Marsi* exiguo commentario, qvem

sene

ſenex Ludovico XII. Galliæ Regi dicavit, editi ſunt Pariſ.

Xyſti Betuleji Auguſtani notæ viderunt lucem Baſil. A. 1550 8. *Alti Manutii* Paulli F. A. 1558.

Jac. Schalleri qvoqve animadverſiones vidi memorari, ſed præ ceteris omnibus celebranda editio horum librorum cum commentariis copioſis atqve eruditis *Petri Leſcaloperii* Pariſini è Soc. Jeſu, in qvibus & Cicero perſpicue illuſtratur & omnis veterum gentium ac Philoſophorum Theologia excutitur. Pariſ. 1660. apud Cramoiſium, fol.

Matthæi Dreſſeri editio lucem vidit Lipſ. 1572. 8. Habetur & Gallica verſio *Boderiani*, Pariſ. 1580. 4. atqve altera melior *Petri Durerii* A. 1658. qvam tamen & ipſam ſubinde Leſcaloperius caſtigat.

5. *De Divinatione libri II.* editi à Cicerone, poſt Cæſaris (r) necem. Et priore qvidem libro

H 5 Qvin-

(r) Lib. 2. de divinat. cap. 9. *Qvid vero Cæſarem putamus, ſi divinaſſet fore, ut in eo Senatu qvem majore ex parte ipſe cooptaſſet, in curia Pompejana, ante ipſius Pompeji ſimulacrum, tot centurionibus ſuis inſpectantibus, à nobilisſimis civibus, partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis, trucidatus ita jaceret, ut ad ejus corpus non modo amicorum, ſed ne ſervorum qvidem qvisqvam accederet, qvo cruciatu animi vitam acturum fuiſſe?* In limine ejusdem libri ſecundi teſtatur Cicero hos ſe libros ſcripſiſſe poſt Hortenſium, libros IV. Academicos, libros V. de finibus, totidem Tuſculanarum diſputationum, libros III. de natura Deorum, Sex de Rep. Conſolationem, librum de ſenectute & III. de Oratore, qvartum Brutum & qvintum Oratorem. Horum enim omnium ibi meminit.

Qvintus Ciceronis frater pro divinatione disputans inducitur, posteriore Cicero divinationis genus fere omne tollit atqve evertit, & contra illam qvidem qvæ arte fit pugnat usqve ad caput XLVII. contra somnia vero atqve Enthusiasmum in ceteris libri capitibus. Non puto exstare editiones antiqviores Veneta Beroaldi A. 1487. ex Mediolanensi A. 1498. fol. Ad illustrationem horum librorum conferri possunt, qvæ de divinationibus commentati sunt Caspar Peucerus, Georg. Ragusejus, Jo. Antonius Venerius, Julius Cæsar Bulengerus, Jo. Jacobus Boissardus & ne alios in præsenti memorem Josephus Maria Maraviglia in Pseudomantia veterum ac recentiorum explosa, Venet. 1662. fol.

6. *De fato* libros (ad minimum duos) videtur scripsisse Cicero, cum Hirtius Consul designatus esset. Prima enim oratione assensiones qvatenus illæ fato obnoxiæ essent tractasse se testatur cap. 17. Ex illa prima Oratione præter exordium nihil superesse videtur. Liber secundus vero ad nos pervenisse mancus. In hunc habentur

Achillis Statii notæ. Lovan. 1551. 8. & *Hadr. Turnebi.* Paris. 1552. 4. Atqve apud Commelin 1594 8.

7. *De Legibus libri III.* qvos paulo ante mortem post absolutos libros de Rep. scripsit, non etiam recognovit Cicero. Viderunt lucem ne alias in præsenti editiones memorem,

Cum

Cum commentariis *Hadr. Turnebi* & *Antonii Goveani* Parif. 1552. 4. Ejusdem Turnebi Apologia adverfus qvorundam calumnias ad librum primum Cic. de legibus prodiit tum alibi tum apud Commelin. 1594. 8.

Petri Rami prælectiones excufæ funt Bafil. 1580. 4. *Jo. Schæferi*, in lectionibus ejus Academicis p. 195. feq. Hamb. 1675. 8.

8. *De officiis* ad Marcum Filium, qvi tum Athenis in difciplina Cratippi verfabatur, *libri III.* opus ex Panætio (s) præcipue & Hecatone Græcis Stoicis Philofophis expreffum, fed ita temperatum, fuppletum, ornatumqve Ciceronis ingenio, ut pulcherrimum corpus præceptorum Juris naturalis & moralis difciplinæ exftet. Prima editio fub initia inventæ typographiæ impreffa per Joannem Fauft à multis cele-

(s) Panætii librum περὶ καθήκοντος præter Ciceronem & S. Ambrofium 1. de officiis memorat Apoftolius procœmio proverbior. Hecatonis qvoqve Rhodii (qvi Panætium audivit) libri de officiis à Cicerone lib. 3. laudantur. Ariftotelem præterea de officio difputaffe refert Ambrofius lib. 1. cap 10. Sed libros ejus Ethicos refpicit qvi exftant, nullum vero alium fingularem περὶ τοῦ καθήκοντος librum, qvo titulo primus librum profcripfiffe videtur Zeno Citieus Laërt VII. 4. & 25. Zenonem fecutus Chryfippus, & Cleanthes ut notatum Menagio ad Luciani Hermotimum T. 1. p. 568. ubi mentio difputationis περὶ καθηκόντων. M. Bruti librum περὶ Καθήκοντος citat Seneca Epift. 95. Charifius ac Prifcianus. Ciceroni autem magis placuit infcriptio plenior *de officiis* qvam *de officio*, ut Atticum fuum monet XVI. Epift. 11.

celebratur, (t) qva uſus etiam clariſſimus Grævius eſt. Petrus Ramus exemplum habuit hujus editionis in membrana excuſum (ut in vita Jo. Fauſti & Jo. Guttenbergii Melchior Adamus refert) qvæ in calce hanc continebat adſcriptionem: *Præſens M. Tullii clariſſimum opus Joannes Fauſt Moguntinus civis, non atramento plumali, canna neqve ærea, ſed arte qvadam perpulcra, manu Petri de Gernsheim, pueri mei, feliciter effeci. Finitum anno MCCCCLXVI. qvarta die menſis Februarii.* Hinc prælis ſubjecti hi libri Mediol. 1474. fol. Neapoli 1483 fol. Venet. 1484. fol. & 1506. fol. ex editione *Ben. Brugnoli*, cum commentariis *Petri Marſi* & *Franciſci Maturantii.*

Jodoci Badii Aſcenſii A. 1509. Pariſ. 4. & 1514. Lugd. fol. *Bartholomæi* item *Latomi* Colon. 1534. 4.

Xyſti Betuleji Commentarius, Baſil. 1544. 4.

Cum annotationibus *Eraſmi*, *Melanchthonis*, *Vitiqve Amerbachii* & *Cælii Calcagnini* diſqviſitionibus, Pariſ. 1550. 1556. 4. Lugd. 1556. fol. Calcagnini diſqviſitionibus reſpondit *Jac. Grifrolius* Lugd. 1552. 8. Venet. 1542. 8.

Julii Cæſaris Scaligeri commentarios edere voluit Mauſſacus, ut legas in Epiſtolis Claudii Sarravii p. 56. editionis primæ, ſed nunqvam illi qvod ſciam typis exſcripti prodierunt in lucem.

E re-

(t) Vide Chevillierum de origine typographiæ Pariſienſis p. 17.

recensione *Jo. Bonlierii* Cicero de officiis editus est Lugd. 1560. 8.
um eruditis *Caroli Langii* notis & castigationibus ex antiqvis MSS. Antvv. 1563. 1567. 8. Eædem Langii notæ recusæ sunt ad calcem observationum Humanarum A. Schotti, Hanov. 1615. 4.
um annotationibus *Suffridi Petri*. A. 1568. 8.
ieron. Wolffii, Basil. 1569. 1579. 1584. fol.
ach. Camerarii, Lips. 1577. 1589. 1597. 8.
lvii Ursini, Antvverp. 1579. 8.
artini Henrici Saganensis, Witteb. 1582. 8. cujus commentarios laudat C. S. Schurtzfleischius V. C. Epistola LV.
ancisci Fabricii, Colon. 1581. 8.
il. Canteri, Corn. Valerii &c. 1576. 8.
eph. Riccii, Witteb. 1585. 8.
ctorini Strigelii, Witteb. 1588. 1597. 8.
atthæi Dresseri, Francof. 1587. 8.
. *Piscatoris* Analysis dialectica, Spiræ 1582. 4. 1596. 8.
um *Sam. Rachelii* commentario eximio, Francof. 1668. 8. & apud H. Wetsten. Amst. 1686. 8.
um notis *Frid. Hildebrandi*, Lips. 1669. 12. atqve inde sæpius.
um parallelis Philosophicis & rudimentis Officiorum *Jo. Henr. Bœcleri*, Argent. 1680. 8.
recensione & cum notis *Jo. Georgii Grævii* (*) inte-

(*) Testatur vir doctissimus editionem Moguntinam A. 15. licet primam, non esse ex meliore descriptam exemplari,

integrisqve animadverſionibus Lambini Fulv. Urſini, Car. Langii, qvem præ ceteri in contextu editor eſt ſecutus, Franciſciqv Fabricii & qvi Wolffio ac Betulejo plurim debet Aldi Manutii: tum ſelectis aliorun Mureti, Rachelii &c. Amſtelodami 1688. 8 Huic præclaræ editioni ſubjiciuntur inte græ *Cœlii Calcagnini* diſqviſitiones in de officii libros: *Ant. Majoragii* deciſiones contra Cal cagninum, & *Jacobi Griffoli* Lucianenſis de fenſiones Ciceronis contra eundem. *Ma rius* qvoqve *Nizolius* defenſiones aliqvot Ci ceronis locorum ſcripſerat, qvæ & ſepara tim vulgatæ & editioni Venetæ officiorur A. 1554. ſubjectæ ſunt. In his Calcagninu reprehendit qvod Ciceronem impugnara nec minus perſtringit Majoragium, qvo Ciceronem ſimul & Ariſtotelem putar poſſe defendi. *Majoragii* libris duobus re prehenſionum Mediolan. 1549. 4. excul & multo felle illitis reſpondit *Nizolius* in l bris qvatuor Antibarbari Philoſophici, qv poſt editionem primam Parmenſem 1553. cum luculenta præfatione ſua recudi cur vit Illuſtris G. G. Leibnitius, Francof. 1674.

Cum notis *Dav. Conſtantii*, A. 1688. 8.

Ex recenſione & cum notis *J. Georgii Græv*, Amſtelod. 1691. 1699. 8. apud H. Wetſten.

Cu

ri. Idem uſus eſt præter MSS. Codices binos, editione Chr phiana minore A. 1550. & Argentoratenſi Lambini qvas Pithœus cum duobus manu exaratis Codicibus contulera

Cum notis *M. Alberti Christiani Rotbii*, Lipsiæ 1692. 8.
Ex recensione *Thomæ Cockman*, qvi ad MSS. Codices de integro recensuit, Oxon. 1695. 8.

* * *

Italice Venet. 1544. 8.
Belgice A. 1589. 8. auctore Dieterico Coornhart.
Hispanice post Joannem de Jarava Antvverp. 1549. transtulit Franciscus Tamara, Salmanticæ 1582. 8.
Gallice post versiones antiqviores, ut qvæ Lugduni A. 1496. fol. prodiit & A. 1502. Paris. 4. per Davidem Miffant, perqvam eleganter hi libri redditi sunt â Duboisio, Paris. 1691. & Hagæ Com. A. 1692. 8.
Germanice post interpretationem qvæ cum iconibus ligno descriptis lucem vidit auspiciis liberi Baronis Joannis de Schvvartzenberg Augustæ Vindel. 1532. fol. interpretatus est Jo. Rhenius, Lips. 1628. 8. Jo. Georgii Wilckii introductio Germanice edita est, Lipsiæ 1696. 8.

Ad Ciceronis imitationem *libros tres de officiis* Christianorum scripsit *S. Ambrosius*, qvos separatim ediderunt *Jo. Henr. Bœclerus* Argent. 1644. 12 & non ita pridem Rev. D. *Michael Foertschius* Stutgard. 1688. 8.

9. *Cato Major* sive *de Senectute*, ad T. Pomponium Atticum. Hujus libri *Græca* versio sed paulo

paulo indiligentius facta à *Theodoro Gaza*, occurrit in qvibusdam Ciceronis editionibus, ut Argentoratensi Jo. Sturmii, & Jo. Baptistæ Egnatii Aldina, qvi primus vulgavit A. 1523. 8. separatim qvoqve vidit lucem græce & latine; Ingolstad. 1596. 8.

Jo. Metzleri scholia prodiere Hagan. 1531. 8.

M. Beumleri analysis Lælii & Catonis, Spiræ. 1583. 8.

10. *Lælius* sive *de Amicitia*, ad eundem Atticum. Hunc librum *græce* reddidit *Dionysius Petavius*, Paris. 1652. 8.

Cato, Lælius, Paradoxa & somnium Scipioni *Anglice* per Sam. Parkerum, Lond. 1704. 12

11. Sex *Paradoxa* Stoicorom ad M. Brutum. Hæc qvoqve post *Gazam*, cujus versio nescio an edita est, *Græce* verterunt *Jo. Morisotus*, Basil. 1547. *Hadr. Turnebus* Tom. 2. Opp. & *Dionys. Petavius* Paris. 1649. 8. His Anti Paradoxa opposuere Vitus Amerbachius, Argentor. 1541. 8. Antonius Majoragius Lugd. 1546. 8. qvo nomine vehementer Majoragium qvidem reprehendit Marius Nizolius in Epistola ad eum data qvæ legitur post Gudianas p. 132. Caspar vero Scioppius in elementis Philosophiæ moral. p. 77. contendit qvarti Ciceronis paradoxi solum hodie superesse initium, qvia post primam periodum Cicero aliud atqve adeo qvintum in ordine probare nititur, hoc nempe: solum sapientem esse civem, omnes autem stultos esse exsules. Xysti Betuleji notæ in Paradoxa prodier

ere, Basil. 1550. 8. Matthæi Dresseri, Francof. 597. 8. Alios editores & Interpretes annotare ihil attinet, qvia omnes sciunt hæc paradoxa ælíumqve & Catonem, Somniumqve Scipiois semper fere libris de Officiis subjungi, & ım illis explicari.

VII. *Fragmenta* ex operibus Ciceronis deperitis nobiliora supersunt hæc tria:

1. *Somnium Scipionis* ex ultimo sive sexto libro ullii de Rep. (*) sive de optimo Reip. statu excer-

(*) Ciceronis opus de Rep. qvod vestigiis Platonis insiens composuerat, laudatū Senecæ Epist. 108. Gellio, Lactan-, Augustino aliisqve, existit adhuc tempore Gerberti, ut ex us Epist. LXXXVII. colligitur & Petri Pictaviensis, ut notam Barthio XXXII. 5. & 58. Adversar. Johannes Mabillonius 1. Musei Italici p. 79. refert se in Catalogo qvodam MSS. ım observasset Ciceronem de Rep. lætatum ad Codicem ipsū operasse, sed inspecto volumine designato primam Ciceınis Philippicam deprehendisse, cujus prima sunt verba: *nteqvàm de Republica.* Vana qvoqve spes fuit hoc opus in olonia recuperandi, qvam in rem Cardinalis Bessario diciır insumsisse aureos amplius mille. Atqve adeo sapit faılam, qvod in vita Joannis Zamoscii refert Isaacus Bullarus T. I. Academiæ scientiarum & artium p. 87. post annum 76. durante obsidione Plescoviæ nobiles qvosdam Polonos tii pertæsos ulterius in interiora Moschiæ excurrisse, coite Voinuskio, viro Hebraice, Græce & Latine erudito, eqve longo itinere incidisse in locum, ubi præclara antiqviıtis monumenta reperissent, inter alia *Ciceronis libros de epublica ad Atticum, aureis descriptos litteris.* Svetonius lim adversus Didymi Ciceromastigem scripserat librum ερὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας Svidâ teste. Sed nec ille ad nos ervenit. Locum in Ciceronis πολιτικοῖς qvo Musica discipli-

excerptum. Illud ſervavit ac duobus libris copioſe illuſtravit *Macrobius*, de qvo infra: *Favonii* vero *Eulogii* (**) Rhetoris Carthaginenſis disputatio in ſomnium Scipionis ad V.C. Superium Cos. Provinciæ Byzacenæ ſcripta lucem debet viro & hoc & multis aliis nominibus egregie de litteris ac de Cicerone etiam promerito A. Schotto, qvi è vetuſto Codice Gemblacenſi primus illam eruit ſubjunxitqve libro qvinto qvæſtionum Tullianarum, Antvv. 1613. 8. Deinde ὁ πάνυ Grævius ſuæ officiorum editioni An. 1688. 8. ſubjunxit. *Græca* ſomnii translatio compoſita à *Theodoro Gaza*, exſtat in editione Ciceronis Aldina & in Sturmiana Agentoratenſi in 8. Et recentioribus præter Pet. Jo. Olivarium, Pet. Ramum, Bartholomæum Barrientum, aliosqve hoc ſomnium illuſtrarunt Ludov. Vives, T. 2. Opp. Matthæus Dreſſerus Francof. 1597. 8. Jo. Sambucus, Antvv. 1573. 8. Gerardus Voſſius, Tungrenſis, Rom. 1575. 8.

Elias

plina vituperabatur, ab aliena manu intruſum fuiſſe demonſtravit Ariſtides Qvintilianus libro II. de Muſica p. 70.

(**) Haud diverſus hic mihi videtur ab Eulogio S. Auguſtini dicipulo, de qvo adſcribam locum ex hujus lib. de cura pro mortuis cap. XI. *Carthaginis Rhetor Eulogius qvi meus in eadem arte diſcipulus fuit, ſic ut mihi ipſe poſteaqvam in Africam remeavimus retulit, cum Rethoricos Ciceronis libros diſcipulis ſuis traderet, recenſens lectionem qvam poſtridie fuerat traditurus, qvendam locum offendit obſcurum: Qvo non intellecto, vix potuit dormire, ſollicitus: qva nocte ſomnianti ego illi qvod non intelligebat, expoſui, imo non ego, ſed imago mea neſciente me, &c.*

lias Vinetus, qvi reliqvis à Schotto præfertur, Ulricus Obrechtus, Argentorat. 1666. 12. atve in dissertationibus Academicis ibid. 1704. pag. 561. seq.

2. Pars interpretationis *Timæi*, Dialogi Platonici, *de universitate*, qvæ una cum Chalcidio paratim vulgata est, Paris. 1563. 4. & cum ræcis Platonis ex adverso positis collata à Joahimo Periono, Paris. 1540. 4. Basil. 1542. 8. atve ab H. Stephano in Lexico Ciceroniano, A. 557. 8. *Neqve vero novum est*, inqvit Yvo Villionarus sive Josephus Scaliger animadvers. in locos controversos Rob. Titii p. 22. *Ciceronis dilientiam & fidem in reddendis Græcis desiderari, siqviem Ciceroniana cum Græcis contendantur.*

3. *Pars Metaphraseos* Phænomenon ac Diosenion *Arati*, Heroico Carmine. Nam poëtam voqve non omnino malum fuisse Ciceronem, qvædam illius λείψανα poëtica fidem faciint, & contendit Plutarchus in vita p. 861. Hanc Arati Metaphrasin admodum adolescentulum e composuisse testatur Cicero II. de natura Deor. cap. 41. & videtur integrum adhuc habuisse Lupus Ferrariensis Epistola LXIX. Fragnenta qvæ sola hodie supersunt, cum Græcis comparavit præter Perionium & H. Stephanum in libris modo laudatis, Carolus Sigonius n sua fragmentorum Ciceronis collectione, qvibus addendæ observationes eruditissimorum virorum Pauli Leopardi XVI. 14. & XVIII.

 16. seq.

16. seq. emendationum & Hadr. Turnebi VIII. 17. Adversar. Petri item Lescaloperii notæ ad Ciceronem de natura Deor. p. 408. seq. & Hugonis Grotii viri summi Aratea, in qvibus non modo fragmenta Ciceronis eo ordine qvo Arato respondent exhibet, sed & alio litterarum charactere versus qvi deerant ex suo ingenio suppletos interserit atqve adjungit. Lugd. Bat. 1600. 4. Johannis deniqve Cochanovii editio neutiqvam prætereunda, qvi Aratum Ciceronis recensuit & illustravit Cracov. 1579. 4. & qvæ ad Aratea Tullii annotavit Janus Gruterus.

4. Cetera scripta Ciceronis deperdita hæc fere sunt, qvorum fragmenta ex veterum monumentis post *Rob. Stephanum*, collegit *Carolus Sigonius*, Venet. 1559. 8. & horum vincens industriam *Andreas Patricius*, Striceco Polonus, ibid. 1560. 8. 1565. 4. & 1578. 4. suis vero Ciceronis editionibus (sed sine Patricii commentarii & Sigonii notis) subjecere Dionys. Godofredus & Janus Gruterus, inde in alias etiam nonnullas editiones recepta, ut Londinensem a Gronovianam:

1. *Orationes* (†) 1. pro M. Tullio. 2. pro L. Vareno. 3. Cum Qvæstor Lilybæo decederet. 4. Pro P. Oppio, 5. Pro C. Manilio. 6. Pro M. Fun

(†) Fragmenta ex orationibus Cic. deperditis, una cum notis Sigonii & Patricii Grævius præclaræ suæ orationum editioni tomo postremo subjunxit.

undanio. 7. & 8. Pro (**) C. Cornelio. 9. In to-a candida adversus competitores consulatus C. Antonium & L. Catilinam. 10. Duæ pro Q. Gallio. 11. De L. Othone. 12. De proscripto-rum liberis. 13. Contra concionem Q. Metelli. 14. De consulatu suo. 15. In Clodium & Curio-nem. 16. de Rege Ptolemæo (Auleta.) 17. Duæ pro P. Vatinio. 18. Pro M. Æmilio Scauro. 19. Pro A. Gabinio. Præterea de qvarum titulis so-lum constat: 20. Pro L. Corvino, 21. In deponen-da provincia. 22. De L. Bestia. 23. In Gabinium 24. Pro Crispo. 25. Pro Q. Mucio, & 26. De le-ge agraria, brevis. Subjecit etiam Patricius frag-menta orationum qvæ exstant sed non inte-græ pro P. Qvinctio, pro M. Fontejo, de lege agraria Kal. Jan. & in L. Pisonem.

2. *Commentarii causarum*, qvarum liber XIII. allegatur à Diomede. Asconius qvoqve & Qvintilianus memorant commentarios de-fensionum Ciceronis, in qvibus indicem & ini-tia orationum suarum exposuerat.

3. *Epistolæ* ad M. Titinnium. Ad Cornelium Nepotem libri II. Ad C. Cæsarem libri III. Ad Cæsarem juniorem libri III. Ad C. Pansam libri totidem. Ad A. Hircium libri IX. Ad M. Bru-tum libri VIII. Ad M. filium libri II. Ad Lici-

(**) Has pro Cornelio & tertiam in toga candida illamqve quæ est pro M. Scauro jam supra §. IV. num. 15, 16. & 40. re-tuli inter Orationes Ciceronis qvæ exstant, qvoniam earum paulo copiosiora fragmenta ad nos pervenere, in qvæ Asco-nii Pediani commentarios habemus.

nium Calvum. Ad Q. Axium. Ad Catonem. Ad Cereliam. Ad L. Plancum. His adde Græcas Epiſtolas qvarum meminit Plutarchus in Cic. p. 873. ad Herodem, ad Gorgiam Rhetorem, ad Pelopem Byzantium.

4. *Libri II. de gloria*, qvorum meminit ipſe Cicero cum alibi, tum lib. 2. de Officiis. Eqvidem hos ex illo tot egregiorum ſcriptorum naufragio evaſiſſe atqve tuliſſe ætatem varia ſed parum certa hactenus fama fuit. Sunt enim, qvi Franciſcum Petrarcham ejus cimelii poſſeſſorem fuiſſe affirmant: At Beatus Rhenanus An. 1531. ita ſcripſit ad Bilibaldum Pirckhaimerum: *Exſpectamus aliqvid veterum librorum à te, Ciceronem de gloria, eundem de vita beata, qvasdam ejusdem Orationes hactenus non viſas, Medeam Ovidii, Fontianum Poëtam,* (num Fontanum qvem Najadas à Satyris adamatas ceciniſſe refert Ovidius IV. 16. de Ponto?) *qvi Provincias Romanas eleganti carmine deſcripſit, niſi tanto theſauro ſolus frui vis.* Rhenani Epiſtola ejus libris rerum Germanicarum ſubjicitur, & prodiit præterea in Centuria Epiſtolarum Philologicarum è Bibl. Goldaſti, Lipſ. 1674. 8. p. 212. Birckhaimeri Bibliotheca in varias deinde manus pervenit (vide Georg. Richteri Epiſtolas p. 232.) ſed nemo fuit repertus, qvi libros illos proferret in lucem. Ab aliis arguitur Franciſcus Philelphus libros Ciceronis de gloria habuiſſe & pleraqve ex illis ſuo cuidam inſeruiſſe operi, atqve deinde ne pla-

giuni

gium pateret, igne eosdem abolevisse. Ita præter Varillasium in historia Ludovici XI. Menagius in Menagianis T. 2. p. 95. *le traité de la gloire de Ciceron fut trouvé tout entier par Philelphe. Il regarda cette heureuse decouverte comme un moyen de se faire valoir dans le monde & acqverir une grande reputation. C' est pourquoi il songea d' abord à le faire paroitre comme son propre ouvrage; mais craignant qve ce mensonge ne fuit decouvert par la suite de temps, il fut un traité* de contemtu mundi, *qu'il ne composa que des lambeaux du livre de Ciceron, qu'il attacha ensemble du mieux qu'il put, aprés quoy il jetta au feu le traité de la Gloire, & fit perdre à la Rep. des lettres par certe action odieuse un ouvrage ou il est à presumer qve Ciceron n' étoit pas moins admirable ni moins éloqvent qve dans ses autres ouvrages.* Liber de contemtu mundi sub *Philothei Rogerii* nomine ab A. Schotto vulgatus est Colon. 1619. 12. & aureolus vocatur à Caspare Barthio p. 2729. & 2820. Adverſ. ubi negat se assentire doctissimo Cambdeno, qvi scriptorem illius suspicabatur esse Britannum. Plurimi idem crimen abolitorum Ciceronis de gloria librorũ impingunt *Petro Alcyonio*, Veneto, qvi ex illis pleraqve in suos *de exſilio* libros duos transtulerit. Ita scribunt Paulus Jovius in elogiis c. 123. Christophorus Longolius p. 367. & 387. Epist. Lil. Gyraldus de Poëtis sui temporis p. 45. Petrus Victorius præf. in Commentar. ad Aristotelis Poëticam, Antonius Verde-

rius præf. ad Bibliothecam, ut recentiores, Paul. Colomesium cap. 15. Opusc. Nic. Antonium in limine operis de jure exsulum, Ant. Varillasium in anecdotis Florentinis, Dav. Abercrombium in fure Academico &c. præteream. Sed unius adscribam verba Paulli Manutii è commentario in XV. 27. Epist. ad Atticum. *Libros duos significat qvos de gloria scripsit, qvi usqve ad patrum nostrorum ætatem pervenerunt. Nam Bernardus Justinianus in indice librorum suorum nominat Ciceronem de gloria. Is liber postea, cum universam bibliothecam Bernardus monacharum monasterio legasset, magna conqvisitus cura neutiquam est inventus. Nemini dubium fuit qvin Petrus Alcyonius, cum monachæ Medico suo ejus tractandæ Bibliothecæ potestatem fecerant, homo improbus furto averterit. Et sane in ejus opusculo de exsilio adspersa nonnulla deprehenduntur, qvæ non olere Alcyonium auctorem, sed aliqvanto præstantiorem artificem videantur.* Eqvidem lubens assentior Nobilissimo Viro Jo. Burchardo Menckenio, qvi in præfatione ad Alcyonium de exsilio qvem Lipsiæ anno præsenti 1707. 12. recudi curavit, at hoc cum crimine absolvendum, & ab æmulis ista oneratum esse calumnia existimat. Neqve audet criminationis præstare veritatem Petrus Bælius in Lexico suo, ubi de Alcyonio disserit. Miror vero qvales sint Critici in qvos Morlierius in libro Gallico, qvem inscripsit *Essais de litterature pour la connoissance des li-*

vre.

res A. 1702. 12. T. 1. p. 22. invehitur his verbis: *Certains Critiqves -- ont ose avancer qve le traité de gloria qu'on ſcait qve Ciceron a fait, & qui s'eſt perdu malheureuſement, n'eſt autre qve celui d'Oſorio, qu'ils pretendent qu'un plagiaire du XVI. ſiecle publia ſous le nom de cet Eveqve, ayant decouvert le Manuſcrit de Ciceron, qvi avoit été êgaré durant pres de XVIII. ſiecles. Quelle illuſion?*

5. *Oeconomica* ex Xenophonte, libris III.

6. *Protagoras*, ex Platonis dialogo translatus.

7. *Demoſthenis & Æſchinis Orationes contrariæ de Corona*, cujus interpretationis prooemium habemus ſub titulo libri de optimo genere Oratorum.

8. *Laus M. Catonis*, qvam impugnavit C. Cæſar.

9. *De Philoſophia* liber, ſive *Hortenſius*.

10. *Catulus*, Academicus liber I. editionis primæ. Editionis ſecundæ liber II. III. IV.

11. *De jure Civili*. Gell. & Chariſ.

12. *Liber de ſuis conſiliis*, ſive expoſitio conſiliorum ſuorum, ἀπολογισμὸς τῶν ἑαυτȣ̃ βȣλευμάτων. Boëth. lib. I. c. 1. de Muſica. Aſconius ad Orat. in toga candida. Dio XXXIX. p. 96. Vide infra, Ἀνέκδοτα.

13. *De Auguriis*. Chariſ.

14. *Conſolatio* ſive *de luctu minuendo*, cum Tulliola ejus obiiſſet, liber ex Crantore maximam partem expreſſus.

15. *Chorographia*, Priſcian.

16. Poëmata Heroica, *Alcyones*, *Limon*, *Marius*, & *de Conſulatu ſuo*, ſive *de ſuis temporibus libri III.*

17. Elegia *Tamelaſtis.* Serv. in 1. Æneid.

18. Jocularis qvidam libellus è qvo Qvintilianus VIII. ult. hoſce duos verſus producit:

Fundum Varro vocat, qvem poſſim mittere funda,
Ni tamen exciderit qua cava funda patet.

19. His adde poëma Jambicum ab adoleſcentulo compoſitum, qvod inſcripſerat *Pontius Glaucus.* Plutarch. Cic. p. 861.

20. Videtur etiam nonnulla loca inſignia & forſan libros integros *Homeri* latinis reddidiſſe verſibus. Vide A. Patricii notas ad ſectionem quartam fragmentorum p. 38. ſeq.

Ἀνέκδοτα ſua memorat Cicero II. 6. & XIV. 17. ad Atticum, qvi fortaſſe idem liber *ἀπόῤῥητος* de qvo Dio Caſſius, Ciceroni iniqvior, XXXIX. p. 96. Conſule Vavaſſorem de ludicra dictione p. 370. ſeq. & Loënſem lib. I. Epiphyllidum c. 6. Non igitur primus Anecdota ſcripſit Procopius, ſed ante eum Cicero, qvi in illo ſuo volumine multa in Cæſarem & Craſſum acerba poſuit. Ante Ciceronem Theopompus.

Statilii Maximi de ſingularibus apud Ciceronem, Chariſio laudatus liber, pariter internidit.

VIII. Supereſt ut dubia vel ſuppoſita (*) Cice-

(*) Adhuc ſuperſtite Cicerone jam tum erant qvi aliena ipſi

eroni ſcripta paucis perſeqvar. Sunt vero:

1. *Libri IV. Rhetoricum ad Herennium*, de qvibus jam dictum eſt ſupra §. III.

2. *Reſponſio ad invectivam C. Salluſtii Criſpi*, qvæ in Salluſtii etiam editionibus qvibusdam legitur. Ciceronem illius auctorem eſſe negat Seb. Corradus in qvæſtura p. 151. ſeq. qvi *M. Porcio Latroni* (**) tribuendum conjicit. Vide præterea ſi placet P. Victorium XVI. 3. Var. lect. Voſſii Inſtitut. Orator. lib. 1. p. 60. & Jo. Rainoldi prælect. XV. de libris Apocyphis T. I. p. 167.

3. *Oratio ad populum & equites, antequam iret in*

ipſi ſupponerent, qva de re conqveritur Orat. pro Plancio: *Ego ſi quid eſt, qvod mihi ſcitum eſſe videatur, non adſpernor: ſtomachor vero tum aliorum non me digna in me conferuntur.* Præcipue joci, ſales & dicta aliorum Ciceroni tribuebantur, qvod ſibi minus jucundum accidiſſe ſcribit VII. Epiſt. 33. ad Volumnium. Deinde ut ex M. Seneca apparet, fuere illi, temporibus declamatores, qvi ut de aliis argumentis ita etiam pro Cicerone & contra Ciceronem orationes ſcriberent.

(**) Plurimas hic declamationes compoſuit, interdum etiam ex tempore dicere ſolitus. Neqve enim diſcipulos ſuos audivit declamantes, ſed uti apud Græcos Nicetas declamavit ipſe tantum, profeſſus ſe non eſſe magiſtrum ſed exemplum. Unde contumeliæ primum cauſa à deridentibus ejus diſcipuli dicti ſunt *auditores*, qvod verbum deinde promiſcue in uſu eſſe cœpit. Vide Senecam controverſ. 25. Apud eundem Senecam plurima hujus Porcii referuntur, qui eum reliqvis fere omnibus præfert declamatoribus: interdum reprehendit, ſed raro. Ex illo diſces præterea, ſub Auguſto Imp. Latronem claruiſſe. Huic Porcio Latroni tribuitur & altera Oratio in Catilinam, quam exhibent pleræque Salluſtii editiones.

in exisilium. Conficta vel à veteri qvodam Sophista, vel certe ab aliqvo qvi commentis suis nonnulla vere Ciceroniana inseruit, ut notat H. Dodwellus diss. 1. ad S. Irenæum p. 53. Lambino judice *inelegans, inconcinnaqve est, insulsa atqve inepta, deniqve vix latina.*

4. *Epistola* sive *declamatio* potius *ad Octavium*, qva Remp. oppressam ipsi exprobrat. Incipit: *Si per tuas legiones mihi licitum fuisset* &c.

5. *Oratio de Pace*, edita à Carolo Merovillio in editione Orationum Cic. in usum Delphini. Sane ex Dionis libro XLIV. constat hujuscemodi orationem dictam esse à M. Tullio, sed genus loqvendi non est Ciceronis, verum alicujus qvi ex Dione utcunqve sententiam & argumenta ejus expressit.

6. *Oratio pro M. Valerio*, scatens soloecismis, tantum abest ut Ciceronis haberi possit: In editionibus itaqve operum Tullii recte prætermissa.

7. *Consolationem* super Tulliæ filiæ obitu scripsisse Ciceronem, quæ prægnans à Dolabella dimissa non diu à partu obierat, ex multis Ciceronis (*) ipsius locis constat: sed quæ sub eus nomine edita est sub initium Anni 1583. pri-

(*) Confer si placet Sigonii & Andreæ Patricii notas ad fragmenta è consolatione Ciceronis, quæ cum illa Pseudo-Tullii consolatione & A. Riccoboni judicio ad Hieron. Mercurialem, qvo illam Ciceronis haud esse ostendit, & Sigonii binis pro illa Orationibus prodierunt Bononiæ 1583. 8. Oratio tertia Sigonii lucem vidit ibid. 1600. 8.

rimum Venetiis à Francisco Vianello Veneto, iceronem neutiqvam auctorem agnoscit; licet Carolus Sigonius tribus Orationibus eam onatus fuit Ciceroni vindicare. Scripta igitur reditur vel à *Francisco Vianello*, editore ut contendit Jo. Rhodi⁹ de scriptoribus pseudonymis .17.seq. vel à *Carolo Sigonio* potius, ut ipsum denive confessum esse sunt qvi tradant. Vide Latini atinii lucubrationes sive Epistolas T. 2. p. 188. igonio etiam tribuit Benedictus Menzinus de iteratorum hominum invidia c. IX. Ciceronis ion esse acriter pugnat præter A. Riccobonum anus Gvilelmius in assertione adversus Sigoium Paris. 1584. 8. & Justus Lipsius Epist. 35. 6. 75. & 91. Centuriæ I. Misc. & Epist. 14. Centuriæ ad Italos & Hispanos. Eleganter scritam lectuqve dignam nemo qvi evolverit iffitebitur. Occurrit in edititionibus qvibusam Ciceronis, ut Gruteriana: Separatim veo excusa est in variis locis non modo Italiæ sed Germaniæ qvoqve, ut Erfordiæ 1584. 8. Noimb. 1584. 1598. & translata in lingvam Gallicam à Benedicto du Troncy Lugd. 1584. 8. & lio nescio qvo auctore Paris. 1644. 12. Anglicam qvoqve versionem Catalogus memorat Bodlejanus.

8. *Liber de Synonymis* ad L. *Victurium* sive Veurium, ut vocat Morhofius libro de dilatatione Oratoria p. 10. Sub nomine *Ciceronis Victurii* editum Venetiis 1587. 8. memorat Lambecius lib.

lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 935. Mihi qvidem ad manus eſt editio Auguſtana Anni 1488. 4. cum inſcriptione: *Ciceronis de proprietatibus terminorum.* Incipit: *Inter polliceri & promittere hoc intereſt, qvod promittimus rogati, pollicemur ultro.* Catalogus Heinſianus refert Ciceronis Synonyma Victurii & Steph. Fliſci Venet. 1515. 4.

9. *De re militari* fragmentum ſub Ciceronis nomine editum in recentioribus editionibus Vegetii, & minori editioni Officiorum Ciceronis ſubjectum Amſtelod. 1625. apud Gvil. J. Cæſium. Angelo qvidem Decembrio judice parte X. politiæ literar. lib. 2. p. 56. *plenum ineptiis, & præſentis ævi vulgaritati congruens potius qvam Ciceronis dignitati.*

10. *Orpheus*, ſive *de adoleſcente ſtudioſo*, ad Marcum filium Athenis verſantem, poſt Venetam editionem vulgante Friderico Monavio. Regiomonte 1643. 8.

11. *De memoria*, qvod non nulli crediderunt *Tironis* eſſe, liberti Cic. vel potius interpolatam particulam è libro III. Rhetoricorum ad Herenn. c. 16. ſeq & de Oratore lib. 2. c. 86. ſeq. *Jacobus Lectius JCtus cultiſſimus in oratione VIII. qva eſt de memoria, meminit aliorum fide exſtare apud Florentinos Ciceronis opus de memoria artificiali inſcriptum qvod ipſi tamen fabuloſum videtur.* Morhof. 1. Polyhiſt. p. 364.

12. *Notæ* tachygraphicæ ſive *ſiglæ* qvas in Steganographia ſua Trithemius tribuit Ciceroni

Ti-

ironem ejus libertum auctorem habent, ut cam infra in Seneca Philoſopho.

Deniqve *libellus de petitione Conſulatus*, qvi in litionibus Ciceronis exſtat, non M. Tullii eſt, d ad eum ſcriptus a Q. Cicerone fratre, & le- ione haud indignus nec injucundus, qvam- s H. Stephanus in Pſeudo-Cicerone p. 180. ripſit *dictionem ejus cum fratis ſermone collatam, n minus radere delicatas aures, qvam filii Ciceronis Cœlii & Aſinii Pollionis, aliorumqve Tullii æqualium, orum ad illum Epiſtolæ exſtant.*

IX. Jam *editiones* Operum Ciceronis videa- ius.

Ægidius Menagius in Originibus Gallicis p. 98. affirmat editionem Ciceronis Romanam pud Ubertum Gallum A. 1458. nomen dediſſe eneri litterarum qvod vulgo à typographo- um filiis vocatur *Cicero*, ab Italis *antico commune*, voniam nimirum Ciceronis ſcripta characte- : illiusmodi excuſa fuerint. Sed numerus 454. haud dubie eſt corruptus, & legendum 468. fol. qvo anno non totus Cicero ſed libri us tres de Oratore in urbe Roma prodierunt, ti Tuſculanæ quæſtiones A. 1469. & alia ſcri- ta quædam A. 1471. Nihil enim Ciceronis xſcriptum typis eſt ante editionem Mogun- nam librorum de Officiis, qvam ſupra notavi rodiiſſe A. 1465. Plura deinde ſcripta Cice- onis junctim prodiere Venetiis, Neapoli & Iediolani: ut Labbeus, Beughemius & alii m annotarunt. At enim omnium quæ ex- ſtant

ſtant Ciceronis ſcriptorum prima ni fallor edi tio eſt

Aldina, A. 1519. 1522. 8. novem voluminibus Hujus paginas editionis ſecutus eſt in theſauro ſuo *Nizolius*, itaqve eas in margine ſervarunt laudabili ſtudio Argentoratenſes, & qvædam aliæ.

Poſt hanc occurrunt Pariſienſis A. 1522. fol. 2 Vol. apud *Badium Aſcenſium.*

Baſileenſis Cratandri, 1528. & altera Hervagiana A. 1534. fol. 2. Vol.

Veneta A. 1537. fol. IV. Vol. ex officina *Juntæ* editio nitidiſſima & caſtigatiſſima ad fidem MSS. Codicum, Medicei præſertim; ſed ne minus rariſſima, curante edita *Petro Victor* (*) cujus ſingularis viri induſtriæ ac ſollertiæ dici non poteſt qvantum Cicero debeat.

Ex recognitione *Joach. Camerarii*, cum P. Victorii caſtigationibus, Baſil. 1540. fol. 2. Vol.

Lugdunenſes ap. *Sebaſt.* & *Antonium Gryphio* A. 1540. 8. & 1548. 1559. 1571. 12. ex recenſione *Jo. Mich. Bruti*, novem voluminibus.

Argentoratenſis, *à Jo. Sturmio* poſt Naugerianam & Victorianam correctionem emendatæ A. 1540. 1548. 1557. 1564. 1574. 8. novem Voluminibus.

Rob. Stephani. Pariſ. 1543. ſeq. octo voluminibus. 8.

Car.

(*) Victorii explicationes ſuarum in Ciceronem caſtigationum ſunt excuſæ etiam ſeparatim, ut Lugduni apud Seb. Gryphium 1540. 8.

[C]aroli *Stephani* Parif. 1555. fol. 2. vol. nitida & luculenta editio.

[V]enetæ A. 1540. feq. 1550. & 1564. 8. decem voluminibus ex emendatione *Paulli Manutii.*

[E]x recenfione *Dionyfii Lambini*, una cum ejus notis, Parif. 1566. & 1584. Lugd. 1577. fol 2. vol. Parif. 1573. 8. novem voluminibus Argent. 1581. 8. totidem vol. Nonnunqvam ingenio plus nimium indulfiffe (**) & contra MSS. Codicum fidem mutaffe qvædam vir doctus arguitur.

[C]um commentariis exqvifitis & elaboratiffimis *Pauli* (*) & *Aldi Manutiorum*. Venet. 1578. 1583. fol. qvatuor voluminibus. Præclara neqve ubiqve obvia editio.

[E]x *Dionyfii Godofredi* recenfione, cum ejus notis, Genev. 1596. 4. charactere typorum minuto.

[F]rancofurtenfis five Hanovienfis ad Manutianam & Brutinam conformata, A. 1609. 8. decem vol. typis Wechel.

K Gene-

(**) Vide H. Stephani Pfeudo-Ciceronem p. 14. feq. p. 23. [5]7. 107. 185. 205. feq. Thuanum extremo libri LXXX Hift. [L]ipfium in Satira Menippea, & A. Schottum in Caroli Langii [v]ita. Pro Dionyfio Lambino male Lampadius legitur in ejusdem Schotti Tulliatis qvæftionibus IV. 3. p. 282.

(* Manutium etiam qvandoqve lectiones confenfu veterum librorum deftitutas in textum recipere, aliasqve probas exturbare obfervat H. Stephanus in Pfeudo Cicerone p. 59. feq. 211. 216. Idem tamen fcholia & notas doctiffime atqve accuratiffime fcriptas fatetur p. 119. 226. qvanqvam & in his qvasdam fibi non oftendit probari tum eo ipfo in libro, tum in commentariolo de variis generibus Epiftolarum Ciceronis, deqve varia earum fcriptione.

Genevenſes 1608. 8. 2. vol. ex edit. Lambini minutis typis. Iterum 1624. 8.

Hamburgenſis ex recognitione & cum not *Jani Gvilielmi* (**) (qvi 27. vix annorнm cu effet, Ciceroni ad MStos Codices recenſer do Ao. 1584. immortuus eſt) & *Jani Grute* Hamb. 1618. fol. 2. vol. Editio luculenta & capitibus diſtincta, emendataqve diligen ter, qvamqve adeo reliqvis qvæ exſtant uni verſis præferre non dubito. Ad ejus pagina aptatum penu Tullianum ſive Indices copio ſiſſimi in Ciceronem à Georgio Ludovic Frobenio ibidem in folio editum. Editi Gruteri recuſa eſt Londini 1681. fol. ſed ca pitum diſtinctione omiſſa, qvod merito do let Tho. Crenius V. C. parte 1. animadver Philolog. p. 8. Leidenſes, Amſtelodamenſe eandem ſecuti ſunt minoribus typis plus ſe mel, ac noviſſime Baſileenſes, (ſive Gene venſes potius) A. 1687. 4.

Cornelii Schrevelii, Lugd. Bat. 1661. 4. cum noti

Elzeviriana, Lugd. Bat. 1642. 12. decem volumi nibus, perqvam nitida & emendata editio.

Bla

(**) Andreas Schottus in litteris ad Eliam Putſchiu datis 15. Nov. A. 1605. *Janus Gvilielmus Lubecenſis qv Ciceronis ſcriptos Codices viderit, facilè divino. Caroli Lang notas à Suffrido Petri deſcriptas.* Gruterum præterea in con ferendis MSS. Ciceronis Codicibus adjuverunt Janus Gel hardus & David Clericus, ut Gruterus ipſe teſtatur in præ qvam in Elzeviriana & Gronoviana edit. omiſſam ægre fe Joannes Clericus V. C. T. 24. Bibl. univerſal. p. 506. & T. Bibl. ſelectæ p. 158.

leviana, Amst. 1658. 12. decem voluminibus, nitida & ipsa.

x *Jacobi Gronovii* V. C. recensione editio duplex Ciceronis lucem vidit Lugd. Bat. 1692. duobus vol. 4. & qvinqve voluminibus in 12. Præter nonnullos libros ad MSta de integro collatos, notasqve editoris hoc habet eximium, qvod Asconii Pediani, & Anonymi Veteris, licet cum Asconio neutiqvam comparandi scholia Orationibus statim per singulas paginas, qvod fecit etiam præstantissimus Grævius, substrata exhibet.

Gallice An. 1670. 12. duodecim voluminibus, auctore *Petro Ryero*, inter cujus versiones hæc Ciceronis, licet & ipsa nonnullis (præcipue in Orationibus) tamen qvam reliqvæ ejus paucioribus observata est scatere hallucinationibus.

ulvii Ursini in omnia opera Ciceronis notæ lucem viderunt Antvv. 1581. 8. cujus viri doctissimi & antiqvo Codice MS. usi ingenio & industria multis locis lux egregia affertur, loca multa male prius habita, qvæ aliorum oculos facile fugissent, integritati suæ restituuntur.

Henr. Stephani in Ciceronis qvam plurimos locos castigationes partim ex ingenio, partim ex vetustissimo & emendatiss. exemplari MS. An. 1557. 8.

Andreæ Schotti nodorum Ciceronis enodatorum

libri IV. unà cum ejus obſervatt. humanarum libris V. editi Hanov. 1615. 4.

X. Sunt & adhuc ſcripta qvædam commemoranda virorum eruditorum, qvibus vel Tullio lux affertur, vel ejus ſcripta in uſum vertenda proponuntur ac commendantur.

Vitæ ſcriptores jam ſupra §. 1. & eos, qvi de jocis Ciceronis commentati ſunt §. 3. retuli. Ciceronem cum Demoſthene olim contulerat Cæcilius Siculus, de qvo Svidas. Idem poſtea fecit Plutarchus & noſtra ætate libello Gallice ſcripto Nic. Rapinus è Soc. Jeſu, ut Perraultum & alios prætercam. Sed Plutarchus vitam, non eloqventiam utriusqve inter ſe contulit, ingenue profeſſus ſe ad hoc non ſatis callere latine, exprobrata etiam Cæcilio temeritate, qvod rem ſupra vires in ſeſe ſuſcepiſſet. Ex idoneo autem judicis, Qvintiliani ſententia X. 1. Inſt. *M. Tullius cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxit vim Demoſthenis, copiam Platonis, jucunditatem Iſocratis - - Hunc igitur ſpectemus, hoc propoſitum nobis ſit exemplum. Ille ſe profeciſſe ſciat cui Cicero valde placebit.* Imago Ciceronis in plurimis editionibus obvia, occurrit etiam apud Fulvium Urſinum in imaginibus, & è Rubeni apud Clariſſ. Græviuni ad Flori IV. 1.

Lexicon Ciceronianum, ne de Caroli Stephani indice & Antonii Schori phraſibus dicam, magno ſtudio elaboravit *Marius Nizolius*, cujus theſaurum A. 1535. editum locupletarunt

Baſi

Basilius Zanchius, Cælius Secundus Curio, Marcellus Sqvarcialupus & Jacobus Cellarius Augustanus, Francofurt. 1613. fol. in qva editione notatæ etiam sunt si qvæ, inemendata lectione deceptus, Nizolius Cicerone indigna receperat, qvalia reprehendit H. Stephanus in suo Pseudo-Cicerone A. 1567. 8. & in Nizolio didascalo A. 1578. 8

exicon Ciceronianum Græco latinum debemus eidem *H. Stephano*, cui subjunxit locos Græcorum scriptorum cum Ciceronis versione, è qvibus illud ipsum dictionarium suum laudabili industria & ad interpretandos Græcos scriptores haud inutili concinnavit A. 1557. 8.

nonyma (*) è Cicerone congessit Stephanus Ubelius & Jo. Serranus. *Epitheta* & *adjuncta* Jac. Cellarius, Jo. Petrus Nunnesius, Antonius Jolius, Herm. Figulus, Horatius Tuscanella: *Antitheta* Augustinus Gambarellus.

rmulas Epistolicas Christophorus Vladeraccus, *Oratorias, figurasqve Rhetoricas* Nicasius Baxius Morhofii τȣ̃ μακαρίτȣ cura Kiloniæ an. 1685. 8. recusus.

e imitatione Ciceronis præter Christoph. Mylæum, Henricum Farnesium & Jo. Sturmium, Joach. Camerarius ad primum Tusculanarum librum, Jo. Sambucus tribus dialogis de

(*) Confer qvæ supra §. VIII num. 8. de libro Synonymorum, qvi sub Ciceronis nomine prodiit.

imitatione à Cicerone petenda, A.Schottus in libris qvæstionum Tullianarum, Caspar item Sagittarius & multi alii. Nimis superstitiosos Tullii imitatores salse perstrinxit magnus Erasmus in Ciceroniano, adversus qvem scripsere Julius Cæsar Scaliger, sed qvem consilii sui deinde puduit, & Stephanus Doletus. Vide si placet clarissimi Bælii Dictionarium in Erasmo & Doleto.

Jo. Brantii Antvverpiani JCti *elogia Ciceroniana* Romanorum domi militiæqve illustrium lucem viderunt Antvverp. 1612. 4.

Jo. Thomæ Freigii Ciceronianus in decem libros distributus docet *locos communes* è scriptis Tullii digerere, subjuncto *Desiderii Jacot.* libello *de Philosophorum doctrina* ex eodem Cicerone, qvi a Jacobo Gronovio V.C. insertus est tomo decimo thesauri Antiqvitatum Græcarum. Utinam ibidem recudi fecisse etiam præclarum opus *Adami Bursii*, Poloni raro certe obvium qvod inscribitur *Ciceroni Dialectica*, qvam ex Stoticorum maxime sententia in scriptis disperse reliqvit. Samosc. 1604. 4.

Jasonis Denores, Nobilis Cyprii in universam Ciceronis *Philosophiam de vita & moribus* brevis & distincta institutio, post Patavinam editionem prælo data est Ambergæ A. 1597. 12.

Hæc de Cicerone dicta sufficiant, cui velut Homero non defuere etiam sui Zoili, nam c

dicti

ctionem improbatam à Calvo & Bruto refert ctor dialogi de caufis corruptæ eloqventiæ; Galli Afinii Ciceromaftigen memorat Gellis XVII. 1. ac Didymi Chalcenteri libros, nmianus XXII. ult. qvibus pertractate Ciceonem reprehendit.

CAPUT IX.

DE C. SALLUSTIO CRISPO.

lluftii ætas 1. *Scripta.* 2. *Interpretes antiqvi deperditi* 3. *Editiones.* 4.

I. C. SALLUSTIUS CRISPUS (a) natus niterni, oppido Sabinorum, à Cæfare Dictare Senatoriæ dignitati reftitutus (b) evectusve ad præturam, & præfectus (five potius exlator) Numidiæ, vitæ ipfe profligatæ, qvanmvis in fcriptis veritatis ftudiofus & alienom vitiorum Catonis ac Thucydidis exemplo

(a) Alius Salluftius Crifpus, noftri fororis filius, inventor is qvod ab eo Salluftianum eft appellatum. Plin. XXXIV. 2. hunc Horatius libro II. Oda 2. Vide & Lipfium ad I. Tai Annal. no. 35. Fuit præterea Crifpus qvidam Salluftius, i Tacitum, Apuleji Milefiarum libros & Apologeticum renfuit, ut notatum eft in antiqvis Codicibus Florentinis. De is Salluftiis vide fi placet Svidam & Onomafticon Glanrpii.

(b) Adi Hanckium V.C. de Rom. rerum fcriptoribus lib. c. VI. qvod eft de Salluftii vita. Salluftii effigiem è numo ginæ Chriftinæ habes in tomo tertio thefauri Antiqvitam Græcarum Gronoviani.

acerbissimus insectator, obiit qvadriennio an-
te pugnam Actiacam, qvæ commissa est anno
Urbis DCCXXIII. ante CHRISTUM XXXI.

II. Exstant Thucydidea gravitate & acut
brevitate styli, Catonianæque colore orationi
ab eo descripta.

1. *Bellum Jugurthinum*, contra Jugurtham Nu-
midiæ Regem anno urbis DCXLIII. seq. ge-
stum, de qvo consulendi sunt viri docti ad Flo-
rum III. 1. ubi in editione Græviana Jugurth
qvoqve imaginem in numo Syllæ contempla
poteris.

2. *Bellum Catilinarium* sive *de conjuratione Cat-
linæ* liber, qvæ incidit in annum Urbis DCXC
qvô Cicero Consul fuit, qvi de Catilinæ ing-
nio videndus in Oratione pro Cœlio cap.
seq. Hunc librum, qvem separatim cum com-
mentario suo edidit *Theodorus* J. F. *Graswinkeli*
Lugd. Bat. 1642. 12. prius scripsisse Sallusti
videtur, sed Jugurthinum, qvia prius gestu
est, præmittere placuit.

3. E *Sex* (c) *libris Historiarum* Populi Romani
morte Syllæ qvæ contigit M. Lepido & Q. C-
tulo Coss. Anno Urbis DCLXXVI. usqve ad C-
tilinæ conjurationem, *fragmenta* collecta à *L.*
Carrione in sua Sallustii editione, & ab *Anto*
Riccobono ad calcem libri de Historia, Venet. 15
8. & Basil. 1579. 8. p. 163-216. Sed Carrio
pri

(c) Male alii libros XI. vel IX. computant.

præstat industria qvam fere editores Operum Sallustii seqvuntur. Ob hoc potissimum opus Lucullo inscriptum, Sallustius Martiali XIV. 191. audit *Romanâ primus in historia.*

4. *Duæ Orationes* (sive *Epistolæ* potius) *de Rep. ordinanda* ad Cæsarem missæ, cum in Hispanias proficisceretur contra Petrejum & Afranium victo Cn. Pompejo. Has Sallustii esse citra caussam negavit Carrio, ceterum tam de Sallustio meritus haud male, qvam non bene Julius Pomponius Lætus. Qvicquid enim ferme adversus Codicum fidem in Sallustio immutatum est, id Pomponio huic tribui debere notat Vossius de Hist. Latinis lib. III. p. 615. Duas hasce Orationes separatim notis illustravit *Christophorus Colerus*, Ambergæ 1599. 8. *Jo. Loccenius*, Lips. 1673. 8.

5. *Declamatio in Catilinam*, & alia *in Ciceronem*, Porcii Latronis potius aut Vibii Crispi, vel alterius non insulsi Rhetoris antiqvi qvam Sallustii esse creditur à viris doctis. Vide Vossium lib. III. de vitiis sermonis cap. VI.

III. Sallustii Historias è veteribus Garammaticis illustraverat *Asper* & *Statilius Maximus*, laudati à Charisio: Historiarum pariter libros & bellorum Jugurthini & Catilinarii (ita enim intelligo vocabulum βελλῶν) *Græce* interpretatus erat *Zenobius* Svida teste. Sed hæc omnia hodie desiderantur, perinde ut Asinii Pollionis liber qvo Sallustii scripta ut nimis priscorum

 verbo-

verborum affectione oblita reprehendit teste Svetonio in Grammaticis cap. 20.

IV. Non reperio antiqviorem Sallustii editionem Venetis, 1470. 1474. fol. & Parisiensi eodem A. 1474. 4. qvam in membrana excusam memorat Chevillierius de origine typographiæ Parisiensis p. 36.

Ex recognitione Julii Pomponii Læti, cum commentario Laur. Vallæ & Joh. Chrysostomi Soldi Sallustius prodiit Venet. 1491. fol. 1493. & 1546. fol.

Lugd. 1496. 4. litteris Gothicis.

Cum notis Badii Ascensii, Paris. 1504. fol. Lugd. 1506. parvo fol.

Editiones *Aldinæ* A. 1509. & 1521. 8. Antwerpienses A. 1522. 4. 1543. 8. Argentoratensis A. 1524. 4.

Cum Melanchthonis & Jac. Bononiensis notis, Colon. 1536. 8. Lugd. 1538. 8. 1549. 8. & 1556. 12.

Cum Jo. Rivii castigationibus, Lipsiæ 1539. 8. 1542. 8.

Cum variis lect. edente *Rob. Stephano*, Parisiis 1544. 8.

Editio Romana A. 1550. fol.

Sallustius ap. Seb. Gryphium, Lugd. 1551. 12.

Cum Aldi Manutii, Paulli F. scholiis, Rom. 1563. 8. Antvv. 1564. 8.

Cum

um notis Vallæ, Badii, Soldi, Marliani, Rivii & Glareani, Venet. 1565. fol. 1590. fol.

um Notis Vallæ, Omniboni Leoniceni, Badii Aſcenſii, Barthol. Zanchii, Soldi, Vincentii Caſtilionei, Jacobi Bononienſis, Rivii & Glareani, Baſil. 1564. fol.

Cum notis Cypriani à Popma, Lovan. 1572. 12.

MS. Bibl. Mediceæ recenſitus à *Petro Victorio*, Florent. 1576. 8. ap. Juntas.

Præ ceteris de Salluſtio præclare promeritus *Ludovicus Carrio* eſt, nam is fragmenta e libris ſex hiſtoriarum diligenter collegit ac deinde Salluſtii ſcripta, qvæ ſuperſunt, multis millibus, ut profitetur, locis meliora edidit illuſtravitqve notis, Antvv. 1573. & 1579. 8. apud Chriſtoph. Plantinum, qvi præter Rivii, Manutii, Popmæ ac Carrionis ſcholia edidit etiam notas *Jani Douſæ* ad fragmenta, cum aliqvot fragmentorum acceſſione antea non editorum, A. 1580. 8.

Cum notis Glareani, Carrionis & Jac. Bononienſis, &, Ulr. Hutteni floſculis, Baſil. 1590. 8. 1606. 8.

Cum ſcholiis Aldi Manutii, Cypriani à Popma & Lud. Carrionis, Pariſ. 1574. 8. & Lugd. 1576. 12. apud Ant. Gryphium, & 1601. 12. apud Jacobum Stœr.

Fulvii Urſini notæ ad Salluſtium, Cæſarem &c. Antvv. 1595. 8. ap. Plantin.

Cum notis Chriſtoph. Coleri, Norimb. 1599. 8.

Cum

Cum notis Eliæ Putſchii & Petri Ciacconii Lugd. Bat. 1602. 8. apud Plantin. Prodierat etiam cum notis Ciacconii, apud Raphe-leng. Lugd. Bat. 1594. 8.

M. Antonii Mureti notæ Ingolſtad. 1604. 8.

Leidenſis editio A. 1612. 4. qvæ cum Meta-phraſi (Belgica credo) MS. fuit in Bibl. P. Francii V. C.

Salluſtius & L. Cornelii Siſennæ fragmenta cum notis Auſonii Popmæ, Franeq. 1619. 8

Ex recenſione Jo. Philippi Parei, Francof. 1622 8. cum notis.

Cum commentariis Pauli Benii Eugubini, Venet. 1624. 4.

Cum vita Salluſtii à Chryſoſt. Soldo & Pomponio Læto ſcripta, monitis politicis, ethicis militaribus aliisqve: Ciceronis Catilinariis orationibus, & Hiſtoricorum veterum fragmentis (d) ab Auſonio Popma collectis Lugd. Bat. 1634. & 1645. Amſt. 1658. 1665 1669. & 1675. 12.

Salluſtius cum notis *Dan. Parei*, Franc. 1649. 12

Ex Jo. Iſaaci Pontani recenſione, Amſt. 1649. forma minore.

Jo. Georgii Beſſereri electa ſive florilegium elegantiarum Salluſtianarum. Francof. 1656. 12.

Salluſtius à recenſione Rutgeri Hermannidæ Amſt. 1661. 12. 1666. 12.

Chriſtophori Adami Ruperti Obſervationes in Sal-

(d) De his fragmentis dicetur infra libro IV. cap. 4.

Sallustium civiles, morales, philologicæ, Norimberg. 1671. 8.

Cum notis Jo. Minelli, Roderd. 1653. 8. Hagæ Com. 1685. 12. Roterd. 1699. 12.

Jan. Hartnacci, Dresd. 1676. 12.

Jo. Vorstii, Lipſ. 1677. 12.

Samuelis Grosseri, Dresd. 1699. 12.

Cum notis Christiani Junckeri, ad modum Minelli, Lipſ. 1706. 12.

Inter editiones Sallustii præstant *Gruteriana* Francof. 1607. 8. cum Jo. Rivii, Henr. Loriti Glareani, Aldi Manutii, Lud. Carrionis, Cypriani à Popma, Jani Mellerii Palmerii, Petri Ciacconii, Fulvii Urſini, Eliæ Putſchii, Jani Douſæ & Jani Gruteri castigationibus & notis integris.

Thysiana, cum ſelectis variorum atqve Antonii Thyſii obſervationibus, Lugd. Bad. 1649. & 1659. 8.

Gronoviana è recenſione Jo. Frid. Gronovii cum ejusdem & variorum notis ibid. 1665. 1677. 8. & *Amstelodamensis* 1686. A. 1690. 8. cum integris notis Rivii, Manutii, P. Ciacconii, Fulv. Urſini & Eliæ Putſchii, ac ſelectis Gruteri, Glareani, Cypriani à Popma, Carrionis, Douſæ & aliorum, Janiqve Mellerii Palmerii ſpicilegiis.

Parisienſis in uſum Delphini, adornante *Daniele Criſpino*. A. 1674. 4. recuſa Lond. 1697. 8.

Brevi

Brevi deniqve insignem Sallustii editionen dabunt eruditi Cantabrigienses.

* * *

Anglice Sallustium vertit Elisabetha, AngliæRegina, teste Gvil. Cambdeno, & in præf. ad OperaRegis Jacobi I. Richarddo Montacutic
Gallice Jo. Bauduinus, Paris. 1617. 4. post Ambrosium Giraldum Paris. 1539. 8. & Petrun Meigretum, ibid. fol. & Lugd. 1556. 12. N dicam de Orationibus ad Cæsarem & adver sus Cic. qvas interpretatus est Petrus Saliat Paris. 1537. 8. & Steph. le Blanc. ib. 1545. 12
Germanice Balthasar Kindermann, Witteberg 1661. 8.
Belgice, Roterd. 1657. 12.
Hispanice Emanuel Sveiro, Antvv. 1615. 4.
Italice Augustinus Ortica, Venet. 1518. 8. &c.

CAPUT X.
DE C. JULIO CÆSARE.

Julii Cæsaris ætas. 1. *De bello Gallico libri VII.* 2. *Liber VII. ab A. Hirtio additus.* 2. *Libri III. Cæsaris de bello civili.* 4 *Liber de bello Alexandrino, alius de Africano, & tertiu de Hispaniensi, auctore Hirtio vel C. Oppio* 5. *De Juli Celso & commentariis de vita Cæsaris quæ ad Celsun vulgo referuntur, è qvibus petitum longius fragmentun qvod libro de bello Hisp. subjecit Jungermannus.* 6. *Cæsaris editiones.* 7. *Scripta deperdita.* 8. *Emendatio Calendarii.* 9. *Cosmographia.* 10. *Diplomata quæ Austriæ concessa à Cæsare nonnulli jactarunt, & alia quædam Cæsari ridicule supposita.* 11.

I. C

I. C. JULIUS CÆSAR (a) Dictator, eloventia doctrinaqve non minus qvam incre.ibili animi vigore (*) rerumqve gestarum ıagnitudine clarissimus, post victum Cn. Pomejum & oppressam Remp. qvum summa pöteate paullo ultra qvadriennium moderate fas usus fuisset, in curia à conjuratis confossus eriit Idibus Martiis Anno Urbis DCCX. ante HRISTUM XLIV. ætatis LVI.

II. Exstant ipsius *de bello qvod cum Gallis gessit ommentariorum* (b) *libri VII.* qvorum singuli sin-

(a) Alius C. Julius Cæsar Strabo, Luci F. Orator svavis-mus, cujus genus eloquentiæ secutus est Cæsar dictator ım adhuc adolescens esset. Vide Pitiscum V. C. ad Sveto-i Calig. c. ult. Cæsaris Dictatoris vitam è veteribus tra-unt Plutarchus, Svetonius, & de qvo infra §. VI. dicam, lius Celsus. Longe plures interciderunt. Sidonius A-pllinaris ad Burgundionem (qvi laudem Cæsaris Julii scri-erat) lib. IX. Epist. 14. *Nam si omittantur qvæ de titulis ictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus* (in T. vii libris Historiarum deperditis(*qvis opera Svetonii, qvis uvenci Martialis Historiam, qvisve ad extremum Balbi hemeridem fando adæqvaverit?* Hunc Balbum haud diver-m esse à Balbo Cornelio Theophane, cujus meminit Capi-linus, adversus præclari Vossii in Hist. lat. sententiam recte bservatum est Bælio in Lex. ubi de Cæsare. Inter recen-ores qvi de Cæsaris rebus scripserunt, sane infinitos, unum præsenti laudabo Hubertum Goltzium, qvi Cæsaris ge-alogiam vitamqve composuit atqve è numis veteribus il-ustravit. Brugis 1563. fol.

(*) Confer Plinium VII. 25. Hist.

(b) Hirtius, *Commentarios rerum gestarum Galliæ*, ὑπο-μνήματα vocant Strabo & Appianus. Sunt enim veluti qvæ-

ſingulorum annorum res complectuntur. Unde Hirtius VIII. 48: *Scio Cæſarem ſingulorum annorum ſingulos commentarios feciſſe, qvod ego non exiſtimavi mihi eſſe faciendum.* Græce tranſtulit Maximus Planudes, ſive qvis alius, qvæ verſio primum edita eſt A. 1606. 4. ex Codice Pauli Petavii à Godofredo Jungermanno. De eâ illuſtris Huetius libro de claris interpretibus p. 219. *Dubito eqvidem Gazæ ne an Planudæ, an alteri ejusdem ævi cuipiam, commentariorum de bello Gallico converſionem Græcam quæ in Petaviana Bibl. habetur, adſcribam. Cæſarem illa nonnunqvam ducem deſerit, & breves tentat excurſus, raro tamen & verecunde, ceterum non impura ea nec invenuſta.* David Hœſchelius Epiſtola ad Jungermannum 4. Cal. April. 1606. *Interpretationem Planudis potius, qvi & Ovidiana vertit qvædam non*

quædam ὕλη ἱϛορίας, ut Nicephori Bryennii vocabulo utar, non perfecta Hiſtoria, ſed memoriæ qvædam, *unde ſumerent qui vellent ſcribere Hiſtoriam*, loqvitur Cicero in Bruto c. 75. Sic etiam Auguſtus commentarios rerum ſuarum ſcripſerat, quæ ὑπομνήματα appellat Plutarchus Antonio p. 925. Idem Plutarchus in Cæſare & Svetonius, Symmachus item atqve Sidonius, tum Servius in XI. Æneid. lib. Julii Cæſariis commentarios vocant *Ephemerides*, qvia tempus utcunqve obſervant. Neqve enim aliud opus Cæſaris Ephemerides putaverim, licet qvæ à Servio ex illis proferuntur, hodie deſideramus. Sunt certe qvædam, ut norunt eruditi, in his libris de bello Gallico lacunæ. Neqve aliud exiſtimo eſſe Julii Cæſaris *Chronica* qvæ MSS. memorantur in Catalogo Bibl. Iſ. Voſſii. Græcus interpres inſcripſit ἀπομνημονεύματα τῦ ἐν τῇ Γαλατίᾳ πολέμυ.

on infeliciter, qvam Gazæ crediderim, qvod è phra-um similitudine facile conjecerim. Petrus Scrive-ius litteris ad eundem Jungermannum: *Belli-allici interpres ille Græcus non est qvidem contemnen-us, sed tamen haud ita magno litterarum emolumento gitur, ut absqve ulla studiosorum fraude poterat obli-rari qvisqvis est. Sed legatur, si qvis tamen hæc qvo-ve si qvis captus amore leget.* Occurrit in editione traqve scriptorum Cæsaris Jungermanniana atinis ex adverso per singulas paginas posita, ti versiones Latinæ scriptorum Græcorum so-ent: sed in editione nupera clariss. Daviesii se-aratim ad calcem voluminis rejecta legitur. Fallice transtulere (partem saltem) hos libros Reges Christianissimi Henricus IV. teste Is. Ca-aubono præf. ad Polybium, & Ludovicus XIV. cujus etiam typis exscripta est interpretatio. *Traduction du livre I. de Jules Cæsar par Louis XIV.* à Paris MDCLXI. fol. de l'imprimerie Royale. De portu *Itio* sive *Iccio*, è qvo Cæsar è Gallia in Britanniam solvit V. 2. de bello Gallico, exstant dissertationes Jo. Jacobi Chifletii, Antvv. 1627. & Gvil. Somneri, Caroli du Fresne atqve Ed-mundi Gibsoni Oxon. 1694. 8.

III. *Liber VIII. de bello Gallico* ad Cornelium Balbum Gaditanum, non ab ipso Cæsare scri-ptus, sed ab A. HIRTIO (*) additus, historiam

L à

(*) In qvibusdam editionibus inepte appellatur *A. Hir-tius Pansa*, notum enim est Pansam Hirtii fuisse in Consula-tu, qvo ambo Anno U. C. 711. perierunt, Collegam.

à Cæſare cœptam ad ejus è Gallia in Italiam reditum perducit. Hic eſt Hirtius Cæſaris familiaris, qvi anno proximo poſt Cæſarem interfectum Conſul in acie (c) periit. Ab eo noviſſimum Gallici belli imperfectumqve librum ſuppletum fuiſſe ſcribit etiam Svetonius in Julio cap. LVI. Lupus Ferrarienſis Epiſtola XXXVII. ad Heriboldum Epiſcopum: *Commentarii belli Gallici tantum exſtant, nec qvantum ad hiſtoriam, qvod compertum habeam, Cæſaris qvicqvam aliud. Nam ceterarum ejus rerum geſtarum poſtqvam idem Julius totius pæne orbis cauſarum molibus eſt oppreſſus, Hirtius ejus notarius in commentarios ſeriem referendam ſuſcepit.* Capite 15. hujus libri verba Hirtii hæc ſunt: *nam in acie ſedere Gallos conſveſſe ſuperioribus libris declaratum eſt.* At nihil tale legitur in Cæſaris, qvales hodie exſtant, commentariis. *Qvare ſi qvid judico,* inqvit Dionyſ. Voſſius ad hunc Hirtii locum, *vel periit hic locus, vel alicubi corruptus legitur.* Adde qvæ magnus Seldenus in mari clauſo lib. 2. cap. 1. ad hæc verba Ethelvverdi: *Hiberniam petunt, Britannidem olim à Julio magno Cæſare vocatam.*

IV. *De bello Civili Pompejano libri III.* qvos Cæſaris eſſe teſtatur qvoqve diſerte Svetonius in Julio cap. LVI. Utrosqve de bello civili ac Gallico commentarios ſimplici, eleganti & emendata dictione venuſtos Cæſari perperam ab-

(c) Sveton. Auguſto c. XI. Xiphilin. p. 33. ſeq. Martinus Hanckius de Rom. rer. ſcriptoribus lib. I. c. IV.

bjudicarunt Ludovicus Carrio, Floridusque abinus (d) & Ludovicus Caduceus libros de ello Gallico ad Svetonium auctorem referre aud veritus: qvorum ſententia mihi fere eqve abſurda videtur, atqve illius qvem Iſaa-us Voſſius in reſponſionibus primis ad objecta Rich. Simonis narrat diſſertationem conſcri-pſiſſe, qva falſa convinceret qvæcunqve in li-ris de bello Gallico continerentur, & copioſe nſuper oſtenderet, Cæſarem nunqvam tranſi-viſſe Alpes, & ne vidiſſe qvidem Galliam. Ju-ſtus qvoqve Lipſius aliqvando putavit alium eſſe, qvi de bello Gallico & qvi de civili ſcrip-ſiſſet, vel ſaltim libros de bello Gallico à Julio Celſo interpolatos ad nos perveniſſe, ut con-tendit II. 7. Elector. & II. 2. Epiſtolicar. qvæſt. & in extremo Analectorum ad lib. 2. de militia Romana. Certe unum eundemqve Cæſarem eſſe qvi de bello Gallico libros VII. & III. de civili ſcripſit, facile credimus & veterum te-ſtimoniis & ſtyli emendati ac ſimplicis miri-ficæ ſimilitudini.

V. Subjungi his ſolent,

1. *Libri de bello Cæſaris Alexandrino*, qvi Hir-tium, ut videtur, habet auctorem, certe eun-dem qvi librum VIII. de bello Gallico addidit.

2. *De bello Africano*, qvod cum Juba Numida-rum Rege Cæſar geſſit, *liber* omnium, judice Li-pſio, elegantiſſimus, atqve illi ipſi qvi ſupe-

(d) Vide Voſſium lib. 1. de Hiſt. lat. c. XIII.

riorem ſcripſit tribuendus. Plura tamen interpolatoris recentioris veſtigia in illo viſus eſt ſibi nuper deprehendere eruditiſſimus Dodvvellus in diſſ. de Julio Celſo, ſect. VIII.

Et 3. *Liber de bello Hiſpanienſi*, qvem ad Cornelium Balbum cui librum VIII. de bello Gallico Hirtius dicavit, vel ad C. Oppium refert vir inſignis judicii G. J. Voſſius. At Svetonius qvidem de Balbo ſilens *Alexandrini*, inqvit *Africiqve & Hiſpanienſis incertus auctor eſt. Alii enim Oppium* (e) *putant, alii Hirtium, qvi etiam Gallici belli noviſſimum imperfectumqve librum ſupplevit.* Hunc librum de bello Hiſpanienſi (alterius qvam duo ſuperiores, auctoris) totum militari qvodam & horrido compoſitum eſſe ſtylo, etſi bene latino, præter Lipſium II. 22. electorum monuit Joſephus Scaliger prolegom. ad Manilium. A Julio Celſo interpolatum ad nos perveniſſe, multis argumentis, non æqvalis omnibus ponderis diſputat Dodvvellus in laudata diſſ. ſectione XI.

VI. *Fragmentum*, extrema belli civilis à Cæſare in Hiſpania geſti, referens, Jungermannus libro de bello Hiſpanienſi ſubjecit ex MS. Pauli Petavii per Jacobum Bongarſium ipſi communicato, è qvo etiam Græcam verſionem librorum VII. de bello Gallico edidit. Illud Voſſius petitum eſſe obſervat è Commentariis de vita Cæſa

(e) C. Oppium intellige Cæſaris familiarem, de qvo idem Voſſius p. 67. Huic librum de bello Hiſpanienſi tribuit etiam Volaterranus.

Cæsaris qvæ ipse tribuit *Julio Celso*, atqve sane legitur in editione horum commentariorum (e) Græviana pag. 185.—191. Jungermannus vero notat in Cujaciano codice illud occurrisse sine nomine: in Petaviano, sub nomine *Petrarchæ*. Primæ Commentariorum illorum editioni A.1473. nullum nomen auctoris est adscriptum. At Julium Celsum audacter appellat Vossius lib. I. de Hist. lat. c. 13. & lib. V. Institut. Or. c. 3. tmemate 10. Idem ante Vossium videntur facere Jo. Sarisberiensis, (f) Vincentius Belovacensis libro VII. Speculi hist. & auctor incertus operis de vitis Philosophorum qvod litteris Longobardicis excusum est folii forma, non longe post repertam Typographiam, capite CIV. nam Julii Celsi Historiographi mentione facta cum dixisset eum diligenter de bello Cæsaris *libros qvinqve* exarasse, *in qvibus multa doctrinalia mirabilia continentur*, qvasdam ex eo sententias excerpit, qvæ in his commentariis utcunqve leguntur. Sed librorum tantummodo trium in his distinctio occurrit, libri secundi initium in editione Græviana est pag. 28. libri tertii longe prolixioris pag. 37. Neqve de bello tantum Cæsaris tradunt, sed

(e) Jo. Georgius Grævius V. C. Commentarios qvi Julii Celsi vulgo dicuntur ex editione unica & rarissima Anni 1473. fol. subjecit cum qvibusdam suis castigationibus editioni Julii Cæsaris cum Dionysii Vossii animadversionibus in lucem datæ Amstel. 1697. 8. Eodem anno separatim prælis subjecti sunt in Anglia, addito indice & præmissis virorum doctorum de illo testimoniis, Londini, 8.

(f) Vide testimonia editioni Londinensi præmissa.

ſed univerſum illius vitæ curſum perſeqvuntur. At pagina 118. legitur hujuſcemodi ſcholium: *Hic incipit octavus commentariorum liber, qvem fecit Julius Celſus. Septem autem primos & usqve ad hunc paſſum fecit ipſe Cæſar, qvamvis hic auctor aliqvot in locis contradicit & male Cicerone teſte & ipſo Celſo in prologo ſuo.* Nimirum poſt iſtud ſcholion referuntur ea de quibus agitur in libro octavo de bello Gallico, cujus libri octavi auctorem eſſe Celſum falſo ſcholii auctor affirmat. Sed neqve horum Commentariorum de vita Cæſaris auctor eſt Celſus, nam ipſe allegatur in iisdem p. 68. *Svetonius auctor certiſſimus Germanorum* (g) *hoc in finibus accidiſſe ait, Julius autem Celſus comes, & qvi rebus interfuit, Eburonum in finibus factum refert.* Hæc non leguntur libro VIII. de bello Gallico: itaqve aliud de rebus Cæſaris opus ſub Julii Celſi nomine ab hoc ſcriptore lectum eſſe oportet qvod hodie non exſtat: Vel potius libros ipſos ſeptem Cæſaris (*) Julio Celſo imperite tribuit auctor ſcholii qvisqvis fuit, qvoniã Julius Celſus qvidã Conſtantinopolitanus V.C. qvingentos circiter poſt CHRISTUM natum annos Cæſaris ſcripta recenſuerat, nomenqve ſuum illis, ut Terentio Calliopius, ſubſignaverat, qvod etiamnum in variis Cæſaris Codicibus MSS. deprehenditur, ut præter alios Godvvinus præf. in Cæſarem annotavit, teſtatus in codice qvodam MS. Thuano in margine libri II. de bello Gallico ſub principium

(g) In Eburonum finibus hæc accidiſſe innuit Cæſar V, 29.
(*) Confer Menagiana T. 4. p. 82. ſeq.

m hæc verba exſtare: *Julius Celſus Conſtannus V. C. legi.* In margine vero libri III. *Flavius icerius Firminus Lupicinus legi.* At commentaorum auctor à Celſo, ut vidimus, diverſus onge eſt ac recentior, ut obſervatum viris dotiſſimis Grævio in præfatione & H. Dodwello, vi Italum patria ſuſpicatur, in diſſ. de Julio Celſo ad Grævium qvæ Annalibus ejus Qvintianeis & Statianis ſubjitur Oxon. 1698. 8. ſetione XI. Sed Grævii verba adſcribere juvat: *uit Anonymus hic Chriſtianus. Laudat teſtimonium ancti Auguſtini de morte voluntaria Catonis, & non aro damnat & irridet gentilium, Romanorum præcipue in auſpiciis & ſacris, ſuperſtitionem. Nulla in illo ntiqvitatis ſunt veſtigia. Qvin vix qvadringentorum ummum qvingentorum annorum ætatem fert. Nam t omittam alia, Morinos dicit ſuo tempore Flandros ppellari, & Reges Germaniæ Cæſares.* (His Dodvellus adjungit, qvod apud hunc ſcriptorem nemorantur Baſilea & Conſtantia urbes, urbs amoſa Pariſius, Flandria & Hannonia.) *Neque amen indignus eſt Anonymus hic lectione, cum multas raves ſententias adſpergat, qvæ lectorem poſſunt erudire, ut non eſt in cognoſcendis cauſis cur qvæqve geſta int obtuſus, nec inutilis aut legentibus aut edentibus Cæſarem. Non fuit enim imperitus rerum humanarum nec pro captu illius ætatis indoctus, qvippe qvi in ſcriptis Tullianis, præcipue in Epiſtola ad Atticum minime fuerit hoſpes, ex qvibus non pauca excerpſit, qvæ faciunt ad Julium Cæſarem defendendum, qvem admiratur unice, & ad refellenda qvæcunqve in illo criminabantur.* Hæc ille.

VII. Editione Cæsaris Romana Anni 1472. fol. è Bibliotheca Illustris Episcopi Norvicensis usum se testatur Jo. Davisius V. C. Ante illam prior eodem editore Jo. Andrea Episcopo Aleriensi Rom. 1469. fol. teste Labbeo exstitit in Bibl. Cardinalis Mazarini. Utramqve habuit & Nic. Heinsius, qvas insecutæ sunt Romana 1476. fol. qvæ fuit apud Clariss. Grævium, tum Veneta An. 1482. qvam itidem Davisius inspexit. Hinc Venetæ A. 1490. 1499. fol. Beughemio memoratæ.

Philippi Beroaldi, Bonon. 1504. & 1508. fol.

Veneta per Augustinum de Zannis de Portesio 1517. fol.

Aldinæ A. 1513. 1519. 8.

Basileensis An. 1521. 8. apud Thom. Wolfium & 1535. apud Hervag. atqve iterum apud Brylingerum.

Parisiensis A. 1522. 4. curante Petro Danesio.

Florentina A. 1514. 1523. apud Junt.

Jo. Rhellicani Tigurini notæ sive prælectiones Bernenses in Cæsarem prodierunt Basil. 1543. 8.

Cæsaris commentarii collatis vetustis exemplaribus tam scriptis qvam impressis accurate emendati Paris. 1543. fol. apud. Michaëlem Vascosanum.

Cum notis *H. Glareani*. Paris. apud Rob. Steph. 1546. 8. Basil. 1566. 8. Illæ Glareani notæ separatim prodierunt Friburgi Brisgojæ 1538. 8. Lugd. 1546. 8.

Lug-

Lugdunenſes, à Seb. Gryphio 1536. 1540. 8. & forma minore 1555. ex antiqviſſ. exemplari excuſa, cum Joannis Jucundi Veronenſis expoſitionibus. Exſtant & editiones Gryphianæ admodum emendatæ A. 1538. 1549. 1560. 12.

Cum ſcholiis *Jo. Mich. Bruti.* Venet. 1564. 8. Argent. 1596. forma minore.

Cum fragmentis & emendationibus, ex Bibl. *Fulvii Urſini.* Antvverp. apud Plantin. 1570. 8. additis Bruti ſcholiis.

Lauſannenſis editio. A. 1571. fol.

Cum fragmentis & ſcholiis *Aldi Manutii*, Paulli F. & Fulvii Urſini emendatt. Venet. 1571. 8. 1575. 8. 1590. 8.

Lugdunenſis A. 1574. fol. cum Manutii ſcholiis, Urſini emendatt. & Commentario *Franciſci Hottomanni.*

Cum notis Glareani, Hottomanni, Urſini & Manutii ex muſeo Jac. Stradæ Francof. 1575. fol. 1589. fol. Urſini notæ in Cæſarem & alios prodierunt etiam Antvverp. 1595. 8. Exſtat & editio Cæſaris Plantiniana cum notis & caſtigatt. Jucundi, Bruti, Manutii, Fulvii Urſini, & ſpicilegio *Jo. Sambuci.* 1574. 8.

Jo. Glandorpii notæ à Reinero Reineccio A. 1551 excerptæ & A. 1574. editæ Lipſ. 8.

Cum Fulvii Urſini & aliorum emendationibus, & Franciſci Hottomanni commentario, veterumqve Galliæ locorum Alphabetica

commemoratione, auctore Raym. Marliano. Frf. apud. Jo. Wechelum. 1584. 8.

Plantiniana. Antvverp. 1586. 8.

Ex recognitione *Josephi Scaligeri*, Lugd. Bat. apud Raphelengium 1606. 8. atqve variis deinde locis sæpissime.

Cum notis Rhellicani, Glareani, Glandorpii, *Joach. Cammerarii*, Bruti, Manutii, Fulvii Ursini, *Petri Ciacconii* & Hottomanni. Lugd. 1613. 8. qvam editionem Grutero deberi suspiciatur Reinesius Epist. ad Hofmannum p.677.

E Bibliotheca Jo. Henr. Boecleri. Argent. 1658. 8.

Cæsaris qvæ exstant, Patavii 1605. 12. nitida editio.

Præ ceteris commendandæ sunt editiones 1. *Jungermannianæ*, prima præsertim Anni 1606. 4. (altera enim Anni 1669. 4 & minus emendata & alioqvi longe inferior est) in qvibus Græca versio adjuncta occurrit libris septem de bello Gallico, & ad calcem voluminis leguntur notæ integræ Rhellicani, Glareani, Glandorpii, Joach. Camerarii, Bruti, Manutii, Sambuci, F. Ursini, P. Ciacconii, Hottomanni, *Joannis Brantii* Antvverpiani: *Gothofredi* qvoqve *Jungermanni* notæ ad Græcum interpretem, & qvæ de ponte Cæsaris commentati sunt Jo. Jucundus, Hieron. Magius & Adr. Turnebus. Deniqve Raym. Marliani & alius ex Ortelio fere petitus nomenclator Geographicus.

2. *Ar-*

2. *Arnoldi Montani* cum notis selectis variorum, Lugd. Bat. 1651. 1658. 1665. 1670. 1686. 8.

3. *Jo. Goodwini* Professoris Regii, in usum Delphini, Paris. 1678. 4. & Lond. 1693. 1697. 8

4. *Jo. Georgii Gravii*, cum animadversionibus *Dyonysii Vossii* G. J. Filii, additis Cæsaris fragmentis. Jos. Scaligeri notitia Galliæ & notis super appellationibus locorum aliqvot & gentium apud Cæsarem, qvæ è Scaligeri autographo castigatiores & auctiores hic vulgantur, Amstelod. 1697. 8. Editionem hanc nitidam, qvamvis ut Jo. Clericus III. Bibl. selectæ p. 365. annotavit, non usqve qvaqve emendatissimam, figuris qvoqve eleganter in æs incisis, indicibusqve instructam, non mediocriter commendant subjuncti de vita Cæsaris commentarii, *Julio Celso* perperam à nonnullis tributi, ut paullo ante dixi.

6. *Christophori Cellarii* V. C. cum novis tabulis Geographicis & brevibus notis, Lips. 1705. 8.

7. *Jo. Davisii* Colleg. Reginæ in Acad. Cantabrig. Socii præstantissimi, qvi Cæsarem ad antiqvissimas editiones & MS. codicem illustris Episcopi Norvicensis recensuit, notisqve suis & selectis variorum, qvæ paginis singulis substratæ sunt, Ciacconii præcipue, Hottomanni, Brantii & Dyonis. Vossii egregie illustravit, adjecta ad calcem voluminis Græca librorum VII. de bello Gallico Metaphrasi, cujus, *qvicunqve demum*, inqvit, *sit auctor, vitiosis sane Codicibus est usus, & lingvam Latinam minus*

nus calluit, unde factum, ut à Cæsaris mente passim aberrarit, & ineptum sensum procuderit. Ideoqve non meæ voluntati sed aliorum votis sum obsecutus, cum eam interpretationem hic repræsentandam jusserim. Prodiit eximia hæc editio Cantabrigiæ 1706. 4.

* * *

Gallice *Rob. Gagvino* Interprete, ad Regem Carolum VIII. A. 1488. fol.

Stephano Aqvæo, Parisſ. 1531. fol.

Blasio Vigenerio, Parisſ. 1576. 4. 1589. fol. 1625. 4. & Genev. 1602. 4. cum eruditis commentariis. Ducis qvoqve Rohanii liber qvi inscribitur *le parfait Capitaine*, Parisſ. 1636. 4. Cæsaris commentariorum Epitomen cum observationibus qvibusdam strategicis & tractatu de bello complectitur. Ut Stephani Ambrosii Schiappalariæ observationes politicas in vitam Cæsaris, Italice A. 1600. 4. Veronæ editas prætercam.

Perroto Ablancurtio Parisſ. 1650. 4. Amst. 1678. 8.

Hispanice, 8. Toleti 1570. 8. auctore *Petro Garsia Oliva* & *Didaco Lopesio* interprete. Madrit. 1621. 4. ut Anonymi versionem omittam, editam Compluti 1529. fol.

Italicæ, Venet. 1572. 12. *Francisco Baldello* interprete, & 1575. 1619. 4. cum figuris haud contemnendis, curante Andrea Palladio.

Eadem lingva de arte militari in Cæsarem commentatus est Brancatius, Venet. 1585. 4.

Belgice, Delphis 1614. 8. per *Jo. Fenacolium*.

Ger-

Germanice per *Christoph. Feyerabend*, Francof. 1588. & nova versio nescio qvo auctore, Lips. 1682. 8. durch den Verlassenen.

Anglice cum *Clementis Edmondi* Observationibus, Lond. Alia interpretatio *Bladenii* recentior.

Arabicam versionem (h) cum voluptate dicitur lectitasse Turcarum Imperator Solimannus.

VIII. Scripta Cæsaris deperdita, è qvibus fragmenta qvædam in plerisqve editionibus à Fulv. Ursino & Petro Scriverio collecta ac recognita leguntur, hæc sunt:

Orationes, 1. Divinatio. 2. qva Cn. Dolabellam annos natus unum & viginti insectatus est, qvam cum admiratione lectam scribit auctor de causis corrupte eloqv. c. 34. 3. Pro Decio Samnite, id. c. 21. 4. pro Bithynis, 5. pro lege Plautia, 6. pro Sextilio, 7. de conjuratis, 8. in funere Juliæ, 9. in funere Corneliæ uxoris &c. Nonnullas ab actuariis exceptas male subseqventibus verba dicentis, vel plane Cæsari suppositas notavit Svetonius in Julio cap. 55. ut illam pro Q. Metello & duas ad milites in Hispania.

Eipistolarum libri ad Ciceronem, ad C. Oppium & Balbum Cornelium, ad Q. Pedium, ad Pisonem, ad M. Antonium. Epistolæ ad Senatum (qvas primum ad paginas & formam memorialis libelli convertit sive opistographas fecit, confer J. Mabillonium de re diplomatica p. 41.) Ad familiares domesticis de

(h) Mottanus Vayerus T. 1. Opp. p. 366. edit. in fol.

de rebus &c. Qvod vero Plinius VII. 25. Hist. narrat, Cæsarem scribere & legere simul, dictare & audire solitum, epistolas vero tantarum rerum qvaternas pariter, aut si nihil aliud ageret, septenas dictasse librario; Simile qvid de Cardinali Granvellio referri memini. Vide sis Morerii Lexicon in *Perrenot.*

De Analogia libri duo, ad M. Tull. Ciceronem. Horum librorum qvos τέχνην γραμματικὴν videtur vocare Svidas in Γάϊος Ἰέλιος, jacturam resarcire utcunqve conatus est Jacobus Operarius in Analogiis lingvæ Latinæ sive 20000. circiter vocabulis Latinæ lingvæ per classes analogorum dispositis, Paris. 1698. & Amst. 1700. 8.

Dicta collectanea sive *Apophthegmatum volumina* qvæ Augustus vetuit publicari. Sveton. Julio c. 56. Cic. IX. 16. Epist. ad Pætum.

Anti Catones sive Orationes duæ prolixæ, qvibus veluti ad judices accusavit Cæsar Catonem Uticensem, adversus Ciceronis librum qvo eundem laudibus ad cœlum extulerat. Cæsari videtur respondisse Brutus, Bruto Augustus Imp. Vide qvæ viri docti ad Svetonii Augustum cap. LXXXV.

Libri auspiciorum, qvorum *decimus sextus* laudatur à Macrobio lib. I. Saturnal. c. XVI.

Auguralia, Priscian.

Poëmata de qvibus auctor de causis corruptæ eloqventiæ cap. XXI. *Fecerunt & carmina*

(Cæ-

(Cæsar ac Brutus) *& in Biliothecas retulerunt, non melius qvam Cicero, at felicius, qvia illos fecisse pauciores sciunt.* Ex his Poëma *Iter* memorat Svetonius in Julio c. 56. & *Tragœdiam Oedipum*, qvam perinde ut *laudes Herculis* ab adolescentulo scriptas publicari Augustus vetuit. Asconius in Orat. pro M. Scauro tragœdiam Cæsaris *Julios* memorat his verbis: *Idem inter primos temporis sui Oratores & tragicus Poeta admodum habitus est. Hujus sunt enim tragœdiæ qvæ inscribuntur Julii.* Alia etiam versu scripsisse constat è Plinii XIX. 8. & Donato in Terentii vita. Sed Tragœdiam Tecmessam male Cæsari tribuit Lescaloperius ad Ciceronem de natura Deor. p. 624.

IX. Utrum *Arati* Phænomena Latino carmine verterit Cæsar, dubito, licet hoc affirmant Firmicus libri 2. procemio & lib. 8. cap. 5. ac Svidas in Γάϊος Ἰέλιος. Vereor enim ne Cæsarem Dictatorem cum Cæsare confuderint Germanico, de qvo infra suo loco. Priscianus qvoqve Cæsarem laudat in Arateo carmine, sed versus qvos inde producit, Germanici sunt. At *de siderum motu* libros scripsisse Cæsarem, Sosigene perito illius scientiæ adhibito, certissimum est: latine, an qvod Plinius in indice libri XVIII. videtur innuere græce, non omnino exploratum. Magis tamen mihi placet eorum sententia, qvi latine ut cetera sua scripsisse suspicantur. Plinius enim veluti excipiens L. Arruntium, addit: *qvi græce de astris scripsit*, ut adeo non

sit

ſit repetendum de Cæſare dictatore, *qvi item*, qvod ſcripſerit græce, ſed tantum qvod de aſtris ſcripſerit, qvia alioqvi nomen ejus facilius potuiſſet Arruntio ſtatim adjungere. Aliud tamen videtur præſtantiſſimo Voſſio qvem ſi placet vide lib. de ſcientiis Mathemat. capite XXXIV. Ejus ſententiæ videtur ſuffragari, qvod Cæſaris opere non tantum uſi ſunt latini ſcriptores ut Plinius XVIII. 25. ſeq. & Macrobius lib. I. Suturnal. c. 16. ſed qvoqve Græci, ut Claudius Ptolemæus in *Φάσεσι ἀπλανῶν*. Singularis porro Cæſaris laus eſt, qvod ſiderum cognitione uſus eſt ad annum emendandum, (i) cujus ratio ante eum apud Romanos perturbatiſſima fuerat. Hinc *Calendarium Julianum* (k) de cujus Hiſtoria præter Scaligerum, Petavium ac Gaſſendum conſulendus peculiari libro Gallice edito Franciſcus Blondellus. *Hiſtoire du Calandrier Romain*, Pariſ. 1682. 4. Hagæ Com. 1684. 12. Rationem vero litterarum A B C D E F G H in Calendario Juliano, non ut Scaligero & aliis viſum nundinas, ſed Cycli lunaris rationes reſpicere, acute nuper demonſtravit eruditiſſimus & ingenioſiſſimus vir Franciſcus Bian-

(i) Cæſar ipſe apud Lucanum X. 185. ſeq. — *media inter prælia ſemper ſtellarum cœliqve plagis ſuperisqve vacavi, nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.* Alanus in anti Claudiano p. 49. — *Speculatur ut Argus, temporis excurſus ut Cæſar cogit, ut Atlas ſidera perqvirit* — — —

(k) In theſauro Antiqvitatum Rom. Tom. VIII. exſtat vetus Calendarium Julianum qvod cum aliis antiqvis Calendariis recenſeo infra libro IV.

Bianchius in dissertatione de Calendario & Cyclo Cæsaris. Rom. 1703. fol.

V. Jussit etiam Cæsar omnem orbem Romani nominis admetiri per viros peritos, & hanc *descriptionem Cosmographicam* in literas referri, ut auctor est Æthicus scriptor Christianus, qvi post Constantini M. tempora vixit in præf. testatus argumentum & ordinem in Cosmographia sua esse eundem, qvem mensores orbis sub *Julio Cæsare* & *M. Antonio* atqve sub Imp. *Augusto*, Zenodoxus (Xenodoxus) in Oriente, Theodotus ad Septentriones, Polyclitus ad Meridiem observarint. Unde non absurde colligunt viri docti hoc ipsum opus esse *Cosmographiæ* & *Itinerarii*, qvod Julio Cæsari à Baldrico & aliis adscribitur, sed à variis postea interpolatum, immutatum, truncatum, auctum, qva Ethnicis qva Christianis ad nos pervenit, sæpenumeroqve editum est(l) sub nomine *Æthici Istri* & *Antonini Augusti*. In aliis qvibusdam Codd. MSS. *Antonio Augusto* vel *Augustali*, in aliis *Julio Honorio* Oratori tribuitur, sub cujus nomine librum hujuscemodi laudat etiam Cassiodorus de divinis lectionibus cap. XXV. Consule Vossium libro de Philologia p. 59. & de Hist. lat. p. 64. atq; Cangium in C Poli Christiana parte I. pag. 62. Barthius in suo se codice *Antonini Æthici* nomen reperisse testatur, cujus rei apud ipsum fides esto. Nicolaus vero Bergierius in præclaro opere

M

(l) Editiones refero infra libro II. c. 8 ubi de Pomponio Mela Geographo.

pere de publicis & militaribus Romanorum viis lib. III. c. 6. non dubitat deſcriptionem orbis factam ſcriptoqve ſignatam eſſe ſub Cæſaris jam & Auguſti principatu, ſed auctam deinde ſub Antoninis, deniqve ab Æthico recenſitam & pro ſui ingenii ac temporum modo auctam ſtyloqve ſuo tempori aptatam.

XI. Feruntur deniqve bina *diplomata*, qvæ velut à Julio Cæſare ac Nerone Impp. *conceſſa Auſtriæ*, pridem commentus eſt neſcio qvis: ſed merito exploſit Franciſcus Petrarcha libro IV. Epiſtolarũ ſenilium, Epiſtola V. ad Carolum IV. Æneas Sylvius in Hiſtoria rerum Friderici III. & Jo. Cuſpinianus in deſcriptione Auſtriæ; primoqve intuitu futilia, inſulſa & ridicula apparere affirmat Petrus Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindobonenſi p. 692. Vide etiam Bœclerum ad Æneæ Sylvii Hiſtoriam p. 126. ſeq. Sane his qvi habeat fidem, idem ſibi perſvaſerit qvoqve *Leubuſienſe* ſive *Lubenſe* in Sileſia cœnobium Julio Cæſari origines debere, ut viſum inepto cuidam verſificatori, qvem deridet Clariſſ. Chriſtianus Stieſius in Epiſtola de urnis in Sileſia Lignicenſibus & Pilgramsdorfienſibus. Verſus ſi qvis forte deſideret, hi ſunt:

Eſt locus iſte Lubens Julio *de Cæſare dictus*
Sclavoniſando loqvens conſvevit dicere vulgus
Lubens *pro* Julius, *qvi primus caſtra metatus*
Iſthic, & populus ejus phanum veneratus.

Epigrammata inſuper duo elegantia ſane illa

ſed

sed falso ad Cæsarem auctorem relata: & *decretum* sive *exemplum fidei publicæ*, Viterbii ut ajunt inventum, qvod dederit Cæsar *Ciceroni*, tanqvam spurium rejiciunt, qvi fragmenta Julii Cæsaris collegerunt. Nullum qvoqve exstat genuinum ejusmodi C. Julii Cæsaris *testamentum* qvod *L. Pisone socero recitatum in domo, idibus Septembris* refert titulus adscriptus in instrumento plenariæ securitatis, quod in cortice seu papyro Ægyptiaca scriptum A.C. 564. (m) servatur in Bibliotheca Regis Christianissimi. Vide Jo. Mabillonium in Opere admirandæ industriæ & eruditionis, de re diplomatica p. 344. & 460. & dignum Mabillonii hyperaspisten Justum Fontanini in Vindiciis diplomatum antiqvorum p. 98.

(m) Hoc *Instrumentum plenariæ securitatis* An. 38. Justiniani Imp. scriptum vulgavit Gabriel Naudæus Romæ 1630. 1641. 4. & ante Naudæum (qvod ipsum fugiebat) Barnabas Brissonius libro VI. de formulis antiqvis Romanorum p. 581. qvi illud accepit à Gosselino Bibliothecæ Regiæ præfecto. Brissonii Apographum emendatius esse testatur Paulus Colomesius in Miscellaneis Historicis p. 23. *Ayant conferé à Paris ces deux copies, je trouve que celle du President Brisson est un peu meilleure que l' autre qui vient pourtant du méme lieu, mais qui n' a pas été faite avec tant de soin, bien que c' ait esté par l' Ordre du Cardinal de Bagny.*

CAPUT XI.

DE T. LIVIO.

Livii ætas. 1. *Historia Romana libri CXLII.* 2. *Ex his qui supersunt XXXV.* 3. *Eorum editiones.* 4. *Epitome. Supplemen-*

plementa & alia scripta virorum doctorum ad Livium spectantia. 5. Deperditorum Livii Historiæ librorum recuperandorum vana hactenus spes. 6. Alia ejus scripta deperdita. 7. Livii alii scriptis celebres. 8.

I. T. LIVIUS Anno Urbis Romæ DCXCV. (a) natus Patavii (b) opido vetustissimo Italiæ ad Timavum fluvium, Romæ posteà Claudii Imperatoris studia moderatus, ut colligas è Svetonii Claud. c. XLI. Scriptor sublimi & lactea sermonis ubertate unus res Romanas æqvare feliciter ausus, obiit in patria septuagenario major, qvarto anno Tiberii Imp. Urbis DCCLXX. post CHRISTUM natum XVII. Cum viveret paucis probatum, sed post fata demum meritos honores consecutum affirmat vetus auctor apud Svidam in Κορνῦτος. Tamen nec vivi exiguam famam fuisse fidem fa-

c-

(a) Si Eusebio fides in Chronico.

(b) Hinc Asinius Pollio ajebat se in Livii scriptis *Patavinitatem* qvandam, hoc est dictiones nonnullas Patavinis proprias & Romanis auribus insolentes observare, qva de re adeundus magnus Salmasius in funere lingvæ Hellenistica p. 236. & Dan. Georgius Morhofius ὁ μακαρίτης in libro singulari de Patavinitate Liviana Kilon. 1684. 4. & inter alia ejus diss. Hamb. 1699. 4. In hujus libri capite III. Morhofius disserit etiam de sepulchro ac monimento Livii, qvod Patavini hodieqve ostentant ac pluribus celebravit Jac. Philippus Thomasinus in T. Livii vita (Patav. 1630. 4. Amster. 1670. 12.) capite IX. Confer si placet Sertorii Ursati marmora erudita Epist. VIII. Trewenschrœderi fastos Livianos pag. 304. & Joannem Mabillonium T. 1. Musei Italici pag. 3[illegible] Marqvardus vero Gudius V. C. observavit monumentum hoc non esse T. Livii, sed cujusdam ejus Liberti, cui T. Livius Halys nomen erat, filiæ.

cit Gaditanus (c) ille qvi Livii nomine gloriaqve excitatus ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venit, statimqve ut viderat, abiit. Nec mortuo impetum (d) qvorundam aut criticorum (e) rigorem constat pepercisse. *Candidissimum omnium magnorum ingeniorum æstimatorem* vocat M. Seneca svasoriâ VII. & Tacitus IV. 34. Annal. *eloqventiæ ac fidei præclarum imprimis*, magno & vero elogio.

II. *Historiam Romanam*, sive ut ipse XLIII. 13. & Julius Firmicus (f) appellat *Annales* ab Urbe con-

(c) Refert Plinius II. 3. Epist. & S. Hieronymus Epist. 103. ad Paulinum.

(d) Caligulam de scriptis T. Livii abolendis cogitasse narrat Sveton. cap. 34. Idem de Gregorio I. Pontifice infra referam. Caligula vero Livium reprehendit ut verbosum in historia negligentemqve, Gregorius ut prodigiorum nimis freqventem prædicatorem. Mentitum in qvibusdam notavit etiam Vopiscus Aureliano c. 2.

(e) Jo. Brodæus ad III. 23. Antholog. p. 379. *Livium citare qvid attinet, sempiternum Gallorum adversarium (sicuti recte collegit Glareanus) cujus fides merito infamatur, atqve ut invidiæ plena ab Antonino Pio* (respicit locum in Antonini Itinerario) *ut gloria à Plinio* (præfat. Hist. nat.) *ut mendacii ab Augusto, Liviomastige scilicet, Pompejanum eum appellante* (Tacit. IV. 34. Annal.) *ut perperam cum Halicarnasseo, Diodoro, Polybio, à multis, ut secum pugnans, à Laurentio Valla; ut fabulosa veluti de Caco & Evandro liqvet, notatur lactea illa ubertas &c.* Jac. Palmerius in Exerc. ad optimos auctores Græcos pag. 188. seq. carpit, ut aretalogum & Romanorum mancipium, plagiarium Polybii, Galli nominis inimicum &c.

(f) Vide Jo. Friderici Gronovii Monobiblon Observationum in scriptores ecclesiasticos p. 95.

condita ad bellum Germanicum mortemqv
Drusi h. e. ad Annum DCCXLIV. August
XXXVIII. persecutus est libris CXLII. (g.
qvos scripsit aliqvot & forsan pluribus u
videtur (h) annis post clausum ab Augu
sto Imp. prima vice templum Jani, cun
ille Anno Urbis DCCXXV. in pugna Actiac
M. Antonium vicisset. Ex his non exstant plu
res hodie qvam XXXV. in qvorum secundi, ca
pite 21. qveritur haud facile fuisse etiam ill
temporibus certi qvid & explorati de ant
qvioribus Romanorum ætatibus tradere. *Tan
ti* inqvit, *errores implicant temporum, aliter apu
alios ordinatis magistratibus, ut nec qvi Consules s
cundum qvosdam, nec qvid qvoqve anno actum sit
in tanta vetustate non rerum modo sed etiam auctoru
dicere possis.*

III. E

(g) *Epitomas* habemus librorum tantummodo CX
Sed libri CXXXVI. & CXXXVII. epitome desideratur,
observatum Sigonio, qvi in MS. Codice vacuum intervallu
deprehendit, adeoqve assentitur Petrarchæ libros non CX
sed CXLII. à Livio scriptos esse testanti. Vide Tomum te
tium editionis Gronovianæ p. 1076.

(h) Lipsius lib. 1. c. 20. Electorum, Vossius de Hist. la
& Hanckius V. C. lib. 1. de scriptoribus rer. Rom. cap. I
ante Cantabrigos A.U.C.729. domitos scriptum librum s
tim primum Historiarum Livii non dubitant. Sed Joann
Masson Historiæ & Chronologiæ veteris peritissimus lib.
Jani templo CHristo nascente reserato p. 51. seq. & 165.
rius Livium in Historiam scribendam incubuisse non absu
dis contendit argumentis, Anno Urbis 725. cœpisse scribe
Livium & A. 745. ultimam Historiæ suæ manum imposu
se, H. Dodwelli conjectura est in Annalibus Vellejanis, p. 6.

III. Ex illis XXXV. (i) libris, qvos dixi exstare, sunt *primi decem*, qvi origines Urbis historiamqve usqve ad annum CCCCLX. complectuntur. Deinde *vicesimus primus*, & qvi seqvuntur, *usqve ad qvadragesimum qvintum* qvibus historia ab initiis belli Punici secundi, qvod Anno DXXXVI. cœpit, ad annum DLXXXVI. perducitur.

IV. In antiqvioribus (k) Livii editionibus, libri tantummodo XXIX. neqve illi integri occurrunt, ut in Principe Romana An. 1470. fol. curante Jo. Andrea, Aleriensi Episcopo, ex Codice Victorini Feltrensis & in altera itidem Romana A. 1471. & 1472. fol. ex emendatione Jo. Antonii Campani, Interamnensis Episcopi, cum omnium librorum *Epitomatis*.

Andreæ editionem secuta in plerisqve Mediolanensis est A. 1478. foi. arte & impensis Philippi Lavagniæ: & 1480. fol. ibid. ex recensione Petri Justini Philelphi, apud Antonium Zarottum.

Parmensis Anni 1480. (Beughemio memorata) apud Melchiorem Svessam.

(i) Ita malui Libros qvam Decadas numerare, qvia Livium in Decadas non ipse qvi scripsit, sed legentium ignavia scidit, ut pridem monitum Francisco Petrarchæ in Epistola ad Boccatium. Vide Petrum Crinitum XII. 7. de honesta disciplina & Sigonium in limine notar. Vossium arte Historica c. 25. p. 131.

(k) Harum editionum notitiam fateor me magnam partem debere viro de his litteris ac de Livio immortaliter merito Jo. Frid. Gronovio, prolegom. ad Livium.

Tavisina, recensente Luca Porro. A.1482.fol. qvæ fuit in Bibl. Marq. Gudii.

Tarvisina altera, à priore diversa. A.1485.fol.

Veneta Anni 1491. cum Sabellici annotationibus fol. altera Anno 1498. per Bartholomæum de Zanis à Portesio, & tertia A.1501 per Georgium de Rusconibus, Mediolanensem fol. Qvarta Anni 1506. fol. qvæ fuit apud clarissimum Grævium. Qvinta 1511. in Bibl publica Amstelodamensi.

Parisiensis A 1511. 8. ex Sabellici recognitione, cum Augustini Bacharii alloqvio ad studiosos, apud Badium Ascensium.

Parienses cum Scabellici notis apud eunder Ascensium An. 1513. & 1516. fol. ex decer exemplaribus collatis per Gerh. Vercellensem Burgundum.

Liber XXXIII. (sed prioribus 17. fere capitibu truncatus (*& pars posterior libri XL.* à capite 3; primum prodiit in editione Livii Moguntina An. 1518. fol. e codice antiqvo Longobardicis litteris scripto ædis S. Martini illiu urbis, ex officina Jo. Scheferi, qvi Jo. Faust nepos fuit, curantibus Nic. Carbachio Wolfg. Angusto, cum præfationibus Hutteni & Erasmi, & variis lect. ex eodem codice librorum septem posteriorum de bel Macedonico.

Aldina An. 1518. 1519. 1520. tribus vol. 8. cu Francisci Ausulani, è variis codd. & Mogun n-

na editione castigata. Hanc secuti sunt heredes Philippi Juntæ, Florentiæ 1522. 8. Heredes vero Aldi Manutii A. 1533. 8. ex Grynæi editione addiderunt tomum qvartum.

Basileensis ex castigatione Jac. Sobii. Basil. 1525. fol.

Coloniensis, Eucharii Cervicorni. A. 1528. fol.

Parisiensis A. 1529. edente Andrea Lavescatio.

Librum XLI. & qvatuor proximos primus in editione Basileensi A. 1531. fol. cum præfat. Erasmi ad Car. Montiojum edidit Simon Grynæus ex codice antiqvissimo, majusculis litteris sine ulla vocum distinctione exarato, qvi fuit in Monasterio Wormatiæ Laurisseno & hodieqve occurrit in Bibl. Augustissimi Imp. teste Lambecio libro II. commentar. de Bibl. Vindob. p. 943. seq. ubi specimine insigni ostendit ex diligentori inspectione illius MSti non pauca posse in Livio restitui, summaqve industria & fide hoc se facturum pollicetur in *dissertatione de XII. Codicibus MSS. Historiæ Romanæ T. Livii*, qvi unà cum XXXII. ejusdem Historiæ primariis editionibus impressis in Augustissima Bibliotheca Cæsarea asservantur. Sed dissertatio illa nunqvam lucem adspexit. Huic porro Livii editioni Chronologia adjecta est auctore Henrico Glareano.

Basileensis editio eximia cum *Sigismundi Gelenii* & *Beati Rhenani* notis atqve Erasmi præfatione A. 1535. fol. apud Frobenium. Decimo

libro ſubnotata leguntur hæc verba, qvæ & alii (l) viri docti in ſcriptis Livii codicibus deprehenderunt: *Nicomachus Dexter V.C. emendavi ad exemplum parentis mei Clementiani. Victorianus V.C. emendabam Domnis Symmachis.* Iterum editus cum Rhenani & Gelenii notis Livius Lugd. ex Trechſeliorum officina 1537.8. & Baſil. 1539. & 1543. fol.

Henr. Loriti Glareani notæ in Livium, Carolo V. Imp. inſcriptæ ſunt cum Chronologia Hiſtoriæ Romanæ recognita in editione Livii Lugdunenſi A. 1540. fol.

Veneta Livii editio A. 1541. apud heredes Lucæ Antonii. fol.

Lugduni A. 1542. 8. 1548. 1554. & Livius prodiit apud Gryphium, qvi etiam Glareani notas A. 1542. excudit, & A. 1555. 8. notas Rhenani, Gelenii, Sabellici, Jo. Velcurionis, & Jo. Saxonii, cum Chronologia Glareani.

Baſileæ è recenſione Cœlii Sec. Curionis cum Rhenani & Gelenii notis & Glareani Chronologia 1549. fol.

Francofurti A. 1551. 8. cum notis haud contemnendis *Gvil. Godelevæi.*

Pariſ. 1552 fol. cum Laur. Vallæ emendationibus, & Epiſtola Apologetica de duobus Tarqviniis ad Alphonſum Siciliæ Regem, Sabellici item, Rhenani & Gelenii notis Lugduni apud Jo. Frellonium 1553. fol. additis præterea notis Velcurionis, Glareani, & emendatio-

(l) Vide Sirmondum ad Sidonium VIII. 3. Epiſt.

dationibus Theodorici Morelli. Notæ Jo. Velcurionis in librum I. & II. prodierunt Argentorati 1544. 8. Petri Nannii in lib. III. Lovan. 1545. 4.

Basiliæ ap. Hervagium Livius editus cum castigationibus & notis Laur. Vallæ, Cocci Sabellici & Cœlii Secundi Curionis, qvi ad ducentos se locos restituisse testatur. A. 1554. 8. & 1555. fol.

Editiones à *Carolo Sigonio* (m) emendatæ cum præclaris ejus scholiis in Livium & Epitomas, novaqve Chronologia. Venetiis 1555. fol. ex officina Paulli Manutii, atqve iterum 1566. fol. 1572. fol. & apud Aldum Nepotem cum scholiis Sigonii auctis, eorumqve aliqvot defensione adversus Henr. Glareanum & Franciscum Robortellum A. 1592. fol.

Francofurtensis A. 1568. fol. cum Laur. Vallæ emendationibus, notisqve Sabellici, Velcurionis, Rhenani, Gelenii, Glareani & Sigonii, Joannis item Saxonii commentariolo & Godelevæi observationibus. Repetita editio A. 1578. & 1588. fol. apud Sigismundum Feyerabendium ex recensione *Francisci Modii*, qvi Sigonii scholiis interposuit objecta *Robortelli* (n) & *Glareani* defensiones.

Paris.

(m) Laudat ex merito Turnebus XI. 18. Adversar, cujus verba J. F. Gronovius adscripsit. Sigonii Scholia separatim etiam prodiere Basil. 1556. 8.

(n) Robortellus Sigonium perstrinxit in scripto de convenientia annorum supputationis Livianæ cum marmoribus Capitolinis, Patav. & Basil. 1557. fol.

Parif. 1573. fol. cum Sigonii Chronologia & fcriptis qvibusdam Pomponii Læti.

Francofurtenfis A. 1588. 8. & Lugdunenfis A. 1589. 8. cum Chronologia ac notis Robortelli & Godelevæi.

Prodiit etiam Francofurti Livius A. 1588. 12. & Genevæ 1622. forma minore.

Fulvii Urfini notæ in Livium & alios fcriptores, Antvverp. 1595. 8.

Marcelli Donati dilucidationes in Livium, Tacitum, Sveton. Ammianum & fcriptores Hift. Auguftæ, Francof. 1612. 8. in face Artium Gruteriana, five thefauro Critico, Tomo VI.

Latini Latinii caftigationes in Livium, T. 2. Bibl. facroprofanæ p. 4. feq. Rom. 1677. fol.

Gruterianæ Livii editiones ad MSS. codices recenfitæ & *in capita diftinctæ* à *Jano Grutero* Francof. 1607. fol. & 1619. 8. & tertia cui cum ultimam manum impofuiffet, non integrum menfem fupervixit 20. Sept. 1627. defunctus. Lucem vidit hæc tertia editio parum alioqvi, ut clariff. Gronovio animadverfum, emendata A. 1628. fol. cum noti Godelevæi, & Gruteri obfervationibus maximam partem politicis (qvæ cum ejus dif fertationibus in Tacitum excufæ etiam fun feparatim cura Chriftiani Friderici Frar cken fteinii τȣ̃ μακαρίτȣ, Lipf. 1679. 4.) adj ct

ctis fragmentis Historicorum veterum Latinorum, Antonio Riccobono collectore.

Prodiit præterea Livius Genevæ 1609. fol. inter scriptores Latinos veteres Historiæ Romanæ, & separatim Lugd. 1614. 8.

In editione Parisiensi A. 1625. fol. præter ea qvæ in editione Francofurtensi A. 1588. fol. cum notis Francisci Modii & variorum occurrunt, habes Sigonii contra Glareanum & Robortellum defensiones, Fulvii Ursini notas, Macelli Donati dilucidationes & Fed. Morelli excerpta è Livio Politica & Historica.

Liber XXXIII. priore parte sive prioribus capitibus 17. auctior è MS. Codice Bibl. Ecclesiæ Cathedralis Bambergensis primum editus est Romæ apud Barthol. Zannettum A. 1616. 8. mox Venetiis apud Jo. Baptistam Ciottum & Parisiis eodem anno 8. recusus. Vulgavit autem Caspar Lusignanus, descriptum à Francisco Bartholino Urbinate, & ab ipso atqve Antonio Qværengo castigatum. At male qvidem in fronte atqve per omnes paginas inscribitur liber XLIII. Tam incassum etiam à Vossio aliisqve tanqvam hypobolimæa illa hic primum edita traducuntur, licet Græce fere eadem occurrunt apud Polybium, qvam à Jo. Fried. Gronovio recte vindicantur. Emendatius hunc librum suppresso nomine suo 1617. 8. Paderbornæ edidit, qvi Bartholino eum communicaverat Joan-

Joannes Horrion è Soc. Jesu. Deniqve ex Veneta editione eundem Livio suo è Gruteri editione recuso subjecit Jo. Gerardus Arnoldus Erf. 1696. 8. Gallice interpretatus est Franciscus Malherbe, cum cujus Epistolis & aliis opusculis sæpius præla subiit.

Ex recensione *Danielis Heinsii* Livius vulgatus est admodum nitide Lugd. Bat. 1624. 12. ex officina Elzeviriana, tribus voluminibus.

Francofortenses editiones A. 1609. A. 1612. 8. A. 1634. 8. & 1659. 8. ad Gruterianum excusæ sunt, additis notis Godelevæi. Idem dicendum de illa Anni 1696. 8. apud. Frid. Knochium, qvam à Jo. Gerardo Arnoldo, Gymnasii Francof. Rectore curatam jam memoravi. In hac capitum qvoqve distinctio & Anni Urbis in ora libri notati comparent, præmissa editoris dissertatione de Livii vita & scriptis.

Ex recensione *Jo. Frid. Gronovii*, Lugd. Batav. 1645. 12. tribus vol. apud Elzevirium: emendata & nitidissima editio, capitibus etiam, qvod in Heinsiana desideratur, distincta. Eodem anno notæ Gronovii separato volumine similiter prodierunt, atqve recusus iterum Livius A. 1654. & 1661. 12. Amstelodami unico parvo volumine typis minutissimis. In qvarto qvoqve observationum J. F. Gronovii libro Daventriæ 1652. 12. vulgati promissi in notis ad Livium qvorundam locorum uberiores tractatus repræsentantur.

Pra

Præ ceteris Livii editionibus eminent, qvæ cum Car. Sigonii & Jo. Frid. Gronovii notis viderunt lucem Amstelod. 1665. 8. & 1679. 8. apud Danielem Elzevirium, sed è qvibus posterior non uno nomine est præferenda, cui Jac. Gronovii V.C. & Henr. Valesii aliorumqve notæ accesserunt. Ad calcem tomi primi legitur Sigonii Chronologia ad Livium cum scholiis & adversus Glareanum ac Robortellum defensionibus. Ad calcem tomi secundi, Epistolæ Jac. Gronovii (o) separatim antea Lugd. Batav. 1678. 8. editæ, in qvibus loca qvædam Livii Geographica emendantur. Ad calcem tomi tertii deniqve, Ismaëlis Bullialdi erudita ad J.F. Gronovium Epistola de anachronismo defectus solis cujus meminit Livius XXXVII. 4. Laudat eam diatribam Sarravius Epistola XLIX.

In usum Delphini prodiit Livius cum notis *Jo. Doujatii*, & XCV. præclaris supplementorum libris *Jo. Freinshemio* auctore, Paris. 1679-1682. sex voluminibus. Doujatius ipse ex ingenio supplevit lacunas sedecim, qvæ in libro XLI. XLIII. XLIV. & XLV. adhuc occurrebant.

Cantabrigiæ 1679. 8. duobus vol. ad editionem Gronov. Pata-

(o) In his p. 25. — 28. contendit inter alia apud Livium XVI. 9. non legendum *Algido Tusculum petiit*, sed *ab Pedo Tusculum petiit*. Hanc emendationem rejicit Raph. Fabrettus diss. 3. de aqvis & aqvæductoribus Rom. 1680. 4 p. 183. seq. Hinc Gronovius Lugd. Bat. 1684. 8. edidit responsionem ad cavillationes Fabretti, qvibus hic sub nomine Jasithei opposuit ad Gronovium Apologema in ejusqve Titivilitia sive omnia de Tito Livio animadversiones, 4.

Patavii 1694. 12. qvinqve vol. Livius optimorum exemplarium collatione recognitus, & novis additamentis illustratus.

Londini 1703. 8. 2. vol. ad editionem Gronovianam recensitus, cum lemmatibus historicis ad paginarum oras notatis, tabulisqve Geographicis.

Eximiam deniqve novam Livii editionem moliuntur eruditi Oxonienses.

Illustris viri Ulrici Obrechti & eruditissim Schurtzfleischii notæ in Livium nondum viderunt lucem.

* * *

Prodiit & T. Livius *Gallice* per Blasium de Vigenere, qvi notas qvoqve in primam decaden scripsit, Paris. 1583. 1606. 1617. fol 2. volum atqve ex versione Gallica Petri Ryeri, qv suplementorum itidem Freinshemii libro sexaginta transtulit, Paris. 1653. fol. 2. vo Lugd. 1653. 12. qvatuordecim volum. & Roterd. 1700. 12. octo vol. Prætereo versic nes Claudii Gvichardi, & Antonii Fayi Pa ris. 1562. 8.

Belgice Antvverp. 1541. apud Jo. Gymnicum, fo & 1571. fol.

Anglice &c.

Italice pridem vertit præter Christoph. Land num Rugerus Ferrarius, ut notatum Lamb cio lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 974. Prodi ejus Livius Romæ A. 1476. fol. atqve exinc

Vene

Venet. 1478. 1481. fol. Recentior interpretatio Jacobi Nardi Venet. 1547. 1554. fol. *Germanice* Mogunt. 1546. Argent. 1594. fol. &c. *Hispanicè* ad Philippum Principem, Colon. apud Arnoldum Byrkmannum 1553. fol.

De *Arabica* verſione dixi infra num. VII.

V. *Epitome* librorum Livianorum ſive *breviarium T. Livii*, qvod notis Sigonii, Martini Antonii Delrii (p) Jo. Doujatii & J. F. Gronovii illuſtratum habemus, etiam eorum librorum qvi interciderunt (duobus forſan 136. & 137. ut ſupra dixi exceptis) à *L. Annæo Floro* ſcriptum eſſe communiter exiſtimatur, cum cujus libris qvatuor epitomes rerum Romanarum ſæpiſſime prodiit: etſi vel ideo qvod in his ſubinde à Livio diſſentit, nonnulli duos diverſos voluerunt Floros comminiſci, ut Balthaſar Bonifacius XV. 5. Hiſt. ludicræ: alii vero ut Dionyſium Gothofredum facere memini, ſuſpicati ſunt Livium ipſum ex more veterum epitomas illas veluti indices præfixiſſe ſingulis libris, qvæ deinde cum altera epitome rerum Romanarum confundi, atqve adeo ad Florum auctorem referri facile potuerunt. *Junium* qvoqve *Maximum* æqvalem Statii Poëtæ, Hiſtorias Salluſtii Liviiqve in epitomen contraxiſſe viri docti obſervant ex his verbis IV. ſilvar. 4.

(p) Brevia Delrii in Epitomen Livii ſcholia prodierunt cum ejus notis in Solinum Antwerp. 1571. 8. Edita eſt etiam Epitome illa cum Sigonii & Delrii notis, Genev. 1606. 8.

Omne qveis mundi senium remensus
Orsa Sallusti brevis & Timavi
reddit alumnum.

Notum præterea est ex Servio ad Æneid. X. 388. qvod *Rufus Festus Avienus* totum Livium Jambis olim expresserat. Sed & alia Avieni metaphrasis pridem intercidit.

Perditos Livii libros ex ingenio supplevit vir doctus *Jo. Freinshemius*, argumento ex epitomis petito, & adhibitis græcis & latinis antiqvis qvæ exstant monumentis, tanta industria ut ipse non dubitet profiteri, *se neutiqvam metuere ne qvis ex omnibus his scriptoribus qvi sunt in hominum manu aliqvid efficiat in hoc genere concinnius, copiosius, verius*. Primi decem libri Reginæ Christinæ dicati viderunt lucem, Holmiæ 1649. 12. Libri sexaginta deinde Argentorati An. 1654. 4. qvos Gallice etiam reddidit ut jam dixi Petrus Ryerus. Deniqve adjunctis XXXV. postumis, qvos ab heredibus Galli redemerunt universi libri XCV. supplementorum vulgati sunt à Jo. Doujatio in editione Livii ad usum Delphini, sed vulgati sunt parum emendate ut dolet Jo. Clericus V. C. Tomo 3. Bibl. selecta p. 366. *Il seroit à sourhaiter qu'on les fit imprimer in 8. comme le Tite Live de J. Frid. Gronovius, & qu'on eût soin de les bien revoir. C'est un ouvrage tres bon & tres agreable à lire, & qu'on ne peut voir gaté par tant de fautes sans chagrin.*

Supersunt & alia qvædam scripta recentio-

rum

rum nondum à me commemorata, qvibus Livio vel ejus rebus aut ſcriptis lux nonnulla affertur.

Nic. Machiavelli in Decadem primam Livii Diſſertationes tribus libris diſtributæ, & Italice primum, deinde Latine, Gallice atqve in aliis fortaſſe lingvis editæ, deqve Republica & religione Romanorum veterum acutiſſime diſputantes.

Caſparis Facii *Politica Liviana*, qvibus artibus comparatum auctumqve, & qvibus erroribus ac vitiis amiſſum Imperium veteris Romæ fuerit, Altenburg. 1617. 4.

Ant. Cicarelli de Foligno diſſertationes in Livium, Rom. 1598. 4. lingva Italica.

Jo. Schefferi in librum I. Livii, Exercitationes VII. Upſal. 1665. 4.

Nic. Belli ſive Bellermontani (q) diſſertationes in optimos veteris ac novæ Hiſtoriæ ſcriptores inprimis Curtium, Svetonium, Tacitum, Livium &c. Francof. 1626.

Jo. Gilleyus in laudem Hannibalis apud Livium, Baſil. 1550. 8.

Georgii Martini Dorn ſpecimen Inſtitutionis Politicæ Livianæ, Gieſſæ 1657. 8.

Juſti Reiffenbergii monita, exempla, conſilia Politica Liviana, Francof. 1629. 8.

(q) Nomen ut videtur fictitium. Vide Thomaſ. de plagio §. 238. Liber ipſe undiqve corraſus, nec magnæ adeo rei.

Philippi Loniceri Icones Livianæ versibus illustratæ, ibid. 1573. 8.

Sebastiani Maccii de Historia Liviana volumen satis amplum laudat Erythræus pinacotheca I. p. 277.

Livium cum *Thucydide*, ut Tullium cum Demosthene contulit vir ingenio & doctrina præstantissimus Renatus Rapius è Soc. Jesu, singulari diatriba Gallice plus semel excusa post editionem Paris. 1681. 12.

De *Polybii* Liviiqve diversa scribendi ratione & qvantum hic illum imitatus fuerit, consulendæ Jo. Henr. Bœcleri Lectiones Polybianæ p. 199. seq. Is. Casauboni præfatio ad Polyb. & Fulvius Ursinus in notis ad excerpta de legationibus.

Fastos Romanorum *Livianos* vulgavit Elias Constantinus von Trevven Schrœder, JCtus Gedanensis, unà cum Encomiastico Liviano (in qvo præter alia Sabellici & Beroaldi Orationes & Steph. Nigri præfatio, Basil. 1532. edita, atqve Thomasini de vita Livii liber integer exhibetur) & Coronide Liviana sive duplici Historiæ Livii breviario è vite Historic Christiani Gveintzii & Dejorei Whear relectionibus hiemalibus repetito, Gedanl A[illegible] 1675. 4.

Petri Lambecii Orationes binæ prælectionibu in Livium, Hamburgi in Gymnasio habit præmissæ exstant inter alias ipsius edit Hamb. 1660. 4.

Ori

Orationes è Livio & aliis Latinis, tum Græcis qvoqve Hiſtoricis excerptæ cura H. Stephani prodierunt A. 1570. fol. Atqve illæ qvidem è Latinis Hiſtoricis freqventer deinde recuſæ ſunt, Coloniæ & in Belgio, tum Lipſiæ qvoqve, Joach. Geſenio recenſente, deniqve ex accuratiore recognitione Chriſtophori Cellarii V. C. Lipſ. 1699. 12. Sigillatim Livii Orationes ſive Conciones argumentis & notis illuſtravit Joach. Perionius, Pariſ. 1532. 8. Sic in Orationes è decade tertia Rhetoricam & dialecticam analyſin contextuit, & miſcellanea, obſervationes & apophthegmata à ſe enodata ſubjunxit Reinhardus Lorichius Hadamarius, Francof. 1537. 8. Orationum XVIII. Analyſis Rhetorica à Chriſtophoro Schradero, Helmſt. 1676. 1700. 4. Memini etiã in hoc ipſo genere elaboraſſe Dan. Hartnaccium, & univerſas orationes veterum ab H. Stephano collectas artificio Rhetorico & Dialectico explicato dilucidaſſe, qvi ejus labor prelum exſpectat. Orationes rectas in Livio & Salluſtio olim reprehendit Pompejus Trogus teſte Juſtino XXXVIII. 4. nullas niſi obliqvas in Hiſtoria ferens. Neqve dubium eſt, Conciones ejusmodi Livium ex ingenio ſuo compoſuiſſe, ut illuſtris Noriſius diſſ. 1. Cenotaph. Piſan. cap. 1. demonſtrat exemplo petito è Livii XXXIV. 5. ubi L. Valerius tribunus inducitur M. Porcio Catoni 37. vix annos nato, Origines ipſi ſcri-

ptas objiciens, de qvibus illa ætate Cato ne qvidem cogitaverat. Herodoto conferens Livium Fabius X. 1. Inst. Or. eum vocat *cum in narrando miræ jucunditatis clarissimiqve candoris, tum in concionibus supra qvam enarrari potest eloqventem.* Metium vero Pompusianum à Domitiano Imp. interfectum narrat Xiphilinus p. 222. qvod Conciones Imperatorum Ducumqve apud Livium freqventer lectitans imperium affectare videretur.

Sententiosè (r) à Livio dicta collegit Nic. Cragius, Hafniæ 1582. forma minore, & Jacobus Corbinellius, Paris. 1694. 12. *les anciens Historiens latins reduits en maximes. Premier volume, Tite Live.*

Utinam deniqve vir aliqvis doctus indicem idoneum sive *lexicon* in Livium componeret & qvod Berneggerus Tacito, Svetonio Freinshemius, aliis alii dederunt scriptoribus, hoc latinæ lingvæ auctori si à Cicerone discesseris facile principi, non sine fructu studiosorum; Musis faventibus tribueret.

VI. Perditorum ex Livii historia librorum sæpe vana spes facta, vani sumptus impensi, qva de re legendus doctiss. Morhofius libro de Livii Patavinitate capite 1. Apud Arabes qvidem universos exstare, pridem affirmavit Tho

Erpe

(r) Laudavit merito Livium eo nomine Corbinellius qvod sententias non ita historiæ suæ intexuit, ut emineant extra corpus orationis expressæ, sed intexto veluti colore niteant. Confer Bælii Lexicon in *Theon* nota C.

:rpenius Orat.2. de lingva Arabica. Et in CPo-tanaBibliotheca integrum fuiſſe Livium Ara-ice, non dubitavit Petrus de Valle, part. 1. Iti-erar. Epiſt. IX. ſed oblatis à magno Duce Flo-entino 5000. piaſtrorum & à legatoRegisChri-:ianiſſimi decies mille thaleris inveniri nus-vam potuit: neqve jactatum opus Regi Gal-iæ afferre potuit, longe majore etiam 50000. :utatorum propoſito præmio, vanus promiſ-or Juſtinianus Chius. Alii in Feſſana Biblio-heca aſſervari ſcripſerunt. *Utinam ex Feſſanis te-ebris*, inqvit Abr. Hinkelmannus ὁ μακαρίτης præfat. ad Coranum Arabice editum lit. k. *in-omparabilis Livius integer erueretur, & vel rudi ver-one in lucem ederetur! ſane qva felicitate Curtium reinshemius, eadem & forte majore Livium illuſtris ironovius nobis facile reſtitueret.* Richardus Mon-acutius præf. in Apparatum ad Origines Eccle-iaſticas negat *Decades Livii unqvam reſtaurandas, iſi forſitan, ut ſplendide mentitur Hiſpanus qvidam ταυτονορά ψωδ ὁ, apud ultimos hominum Æthiopes n montis Amaræ* Βιβλιοταφίῳ. Latina ipſa Livii raditur habuiſſe & ex Bibliotheca Drunthe-nenſi in Norwegia accepiſſe Martinus Grœ-iingius, Cantor Bremenſis Capituli A.C. 1521. lenatus: Aliud librorum Livii deperditorum :xemplar ſcriptum in membranis fertur fuiſſe n Gallia, in Abbatia fontis Ebraldi, qvod ab Abbatiſſa theſauri ignara conceſſum pharma-:opolæ cuidam, ab hoc venditum eſt homini qvi membranis illis reticula ſphærulis ſive pi-

lis

lis volantibus mittendis & accipiendis obdu-cebat, qvod à viro aliqvo docto forte observatum tunc demum est, cum membranæ illæ ad unam omnes essent consumtæ, ut ex ore Joannis Capellani accepit Colomesius in Opusculi p. 105. & in Bibl. selecta p. p. 31. seq. ubi etiam Epistolam ejusdem Capellani profert de hoc argumento. Idem relatum memini in Pithœanis & in parte II. Menagianorum p. 97. Qvod autem in Catalogo MSS. Bibl. Bodlejanæ p. 60. inter libros Guil. Laudi num. 127. memoratur T *Livii Decas secunda*, error est, nam tertiam leg debere in præfatione Voluminis annotatur Porro Gregorii I. Pontificis κακοζηλία atqve intempestivo Zelo Livianorum librorum jactu ram tribuere non dubitat Rich. Montacutiu præf. ad Analecta, qvoniam in Antonini sum ma legitur Gregorium M. (ita Imp. Caligula olim cogitavit de Virgilii, Liviiqve scriptis abo lendis teste Svetonio) qvoscunqve nancisci pc tuit Livii codices combussisse, qvod nempe a eo multa prodigia (s) narrarentur, qvæ faceren

a

(s) Tot prodigia Livio commemorata, qvibus inte grum librum Julius Obseqvens implevit, ita defensitavit ho mo minime superstitiosus è Gallis Mottanus Vayerus: *n' est pas dire q'il ait ú intention de faire croire ce dont il estoit pas lui même persvadé, au contraire il debite tous ces pr diges de telle sorte, qu'on void bien qv'il n' a ú autre but qve fa re comprendre de qvelles erreurs le peüple estoit alors abusé, loix de l'Histoire l'obligeant à cela.* T. I. Opp. p. 117. edit. in fo adde p. 227. & 371. Idem dicere liceat de Dione, Appiano

Pa

d idolorum superstitionem probandam. Hanc Antonini narrationem in dubium vocat Jacobus Gretserus lib. 1. de jure prohibendi libros malos c. XXX. p. 228. Librorum Livii qvi exstant exemplum eleganter scriptum ut A. 1455. à Poggio Florentino sibi compararet, agrum, qvem habebat, vendere non dubitavit Antonius Beccatellus, Panormitanus, ut ex ejus Epistola ad Arragoniæ Regem Alfonsum refert Gallæsius libro de Bibliothecis p. 186.

VII. Scripta Livii etiam alia apud veteres memorantur, ut:

Dialogi, qvos non magis Philosophiæ qvam Historiæ annumerari potuisse ait Seneca Epistola centesima.

Libri Philosophici sive ex professo Philosophiam continentes, id.

Epistola ad filium qva Demosthenem atqve Ciceronem illi legendos unice svasit, brevissima & tutissima ad eloqventiam via. Qvintil. X. 1.

Pausania Historicis Græcis qvi superstitione populari abrepti vulgo arguuntur. Uti è contrario palam prodigia illa floccipendens Polybius contemtæ propterea religionis reus audit, mediam sententiam probante Plutarcho, qvo judice τοῖς τοιούτοις καὶ πιστεύειν σφόδρα καὶ τὸ λίαν ἀπιστεῖν æqve durum & periculosum est, in Camillo f. 132. Confer, si placet, Jo. Rualdum in Plutarchi vita cap. XXIX. Neqve omnibus fidem habuisse se Livius ipse pluribus locis testatur, ut XXIV. 10. *Prodigia eo anno multa nunciata sunt, quæ quo magis credebant simplices ac religiosi homines, eo plura nunciabantur.* Sic Tacitus III. 56. Hist. post prodigia qvædam memorata. *Sed præcipuum*, inqvit, *ipse Vitellius ostentum erat, ignarus militiæ, improvidus consilii.*

Fragmenta duo insignia Livii de Cicerone qvæ exstant apud M. Senecam svasoria sexta ex historiarum libro CXX petita sunt.

Etiam Livii filii scriptis usum se profitetur Plinius libro V. Hist. natural. *nisi locus mendosus est*, inqvit Harduinus, *& ex præpostera Livii repetitione Livii filii conficta vox.*

VIII. Alius ab utroqve fuit Livius patria Pœnus, qvem Valerius qvidam in Epistola ad Rufinum de non ducenda uxore, qvæ legitur inter Opera S. Hieronymi, *gravem & uxoratum Historiographum* vocat (fortasse confundens eum cum T. Livio) refertqve his verbis reprehendisse Cannium à Gadibus Herculis Poëtam facundiæ lenis & jucundæ, (Martialis, qvi ejus sæpe meminit æqvalem) qvod multarum gauderet amoribus: *Nostram Philosophiam participare non poteris, dum a tot participaris. Non enim eo jecore Junonem amat Titius, qvod multi vultures in multa divellunt.* Hujus Livii nullam fieri mentionem in præclaro Vossii opere de Historicis Latinis, miratur Colomesius notis ad Gyraldum de Poëtis p. 235. Alius Livius Poëta Christianus sæculo post natum CHRISTUM qvinto clarus, cujus meminit Honoratus in vita Hilarii Arelatensis. Vide Casp. Barthii Adversaria XLVIII. 16. Prætereo Livium Andronicum Tragicum latinum antiqvissimum, de qvo infra libro IV. & de qvorum scriptis nihil constat, ut Livium Augusti tabularium Atalianum in vete-

ꝛteri inſcriptione apud Laur. Begerum V. C. ſpicilegio Antiqvitatis p. 78. vel deniqve re-ntiores, ut Titum Livium Burattinum Regis oloniarum Architectum, cujus litteras ad ſe riptas exhibet Athanaſius Kircherus T. 2. Oe-ipi Ægypt. parte 2. p. 303.

CAPUT XII.

DE P. VIRGILIO MARONE.

rgilii ætas. 1. *Bucolica.* 2. *Georgica.* 3. *Æneis.* 4. *Editiones cum commentariis veterum, ubi de Servio, Probo, Tib. Donato, Junio Philargyro & Fulgentio Planciade.* 5. *Editiones ſine commentariis vel cum notis ac commentariis virorum doctorum recentis ætatis.* 6. *Codices quidam MSti ac perdita veterum ſcripta in Virgilium & de Virgilio nonnulla.* 7. *Virgilii Ciris, Culex & alia Catalecta in Appendice Virgilii.* 8. *Virgilius Græcorum imitator. Virgiliocentones, & Zoili Virgilii. Scripta nonnulla ad Virgilium ſpectantia.* 9. *Sortes Virgilianæ, & alia quædam.* 10. *Virgilii alii.* 11.

I. P. VIRGILIUS MARO, natus in agro Mantuano, (qvæ civitas Taſſum qvoqve po-tea, Poëtarum Italicorum Principem protulit) Anno U. C. DCLXXXIV. Idibus Octobris: non Euſebii (a) tantum, ſed omnium facile judicio ἐξοχώτατος τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποιητῶν, *princeps Poëtarum latinorum.* Auguſto Imp. & Mæcenati percharus obiit Brunduſii Anno Urbis DCCXXXV. ante CHRISTUM natum XIX. æta-

(a) Cap. 19. Orat. Conſtantini in Sanctor. cœtum.

ætatis LI. (b) X. Cal. Octob. Epitaphium eju hoc refertur apud Jo. Mabillonium V. C. T. 1 Musei Ital. pag. 113. SISTITE. VIATORES QVÆSO. PAUCA. LEGITE. HIC. MARO SITUS. EST. Vide etiam, qvæ idem vir doctus p. 107. narrat de statua Virgilii à Carolo d Malatestis Mantuæ eversa. Præter alias virtutes & artificium carminis, in Virgilii proprietatem sermonis latini admiratos etiam vetere accepimus, unde Ausonius Epistola XVII. a Symmachum: *qvis ita ad opulentiam Tullianam aut proprietatem nostri Maronis accedat?*

II. Exstant ejus *Bucolica* sive *Eclogæ X*. de qvibus credat qvi volet Ti. Donato ita scribenti *Cur non plures qvam decem Eclogas conscripserit Virgilius, neqvaqvam mirandum videbitur ei, qvi consideraverit varietatem scenarum postoralium, qvæ ultr hunc numerum proferri non potest.* Nomina Eclogarum hæc sunt:

1. *Tityrus*.
2. *Alexis*:
3. *Palæmon*.
4. *Pollio*, qvæ Ecloga scripta est Anno U.C 613. cum filius Asinius Gallus C. Asinio Pollioni Consuli jam designato natus esset. Itaqv de Cosulatu tanqvam futuro loqvitur:

Teqv

(b) Confer præter alios vitæ Virgilii scriptores Carc lum Rucum in Vita Poëtæ per Consules digesta, qvæ exsta in editione ad usum Sereniss. Dephini, & hinc in illa qva V. C. Christianus Junckerus amicus noster cum notis su edidit.

Teqve adeo decus hoc ævi, Te Consule inibit,
Pollio, & incipient *magni procedere menses*
Te duce, si qva manent &c.

Asconius qvoqve Pedianus apud Servium :fert ex ipso Asinio Gallo Salonini fratre, filio ollionis se audiisse, qvod hanc Eclogam in sius laudem Poëta scripsisset. Unde apparet Virgilii sententia alienam esse utcunqve dotam atqve ingeniosam viri egregii conjectuam, qvi in Memoriis litterariis Trivultinis ve Dombensibus Anno 1703. mense Januario . 8. seq. Virgilium existimat hanc Eclogam omposuisse in honorem Drusi Tiberii F. Neve minus à Poëtæ sententia aberrarunt Euseius lib. 1. præparat. Evangel. ad Orat. ad Santorum coetum c. 19. S. Augustinus X. 27. de C. D. & in Rom. 1. & Epist. 258. & auctor Honiliæ ad Catechumenos contra Judæos, Pagaios & Arianos, aliiqve hos insecuti, (c) qvi de CHRI-

(c) Marsilius Ficinus cap. 24. de veritate religionis Christianæ, Rich. Montacutius p. 130. seq. Apparatus ad Origies Ecclesiasticas, Isaacus Vossius de Sibyllinis Oraculis c. 5. Beveregius Codice canonum vindicato p. 145. multiqve alii 'aulus Sherlogus in dioptra antiqvitatum Hebraicarum ib. 1. diss. 4. p. 175. *Hoc Virgilii metrum cum Marcellianus)rator eloqventissimus Secundiano & Veriano interpretatus uisset de Salvatoris ortu ex immaculata genitrice, & germaam hanc esse constructionem probasset, à paganismo ad fidem onversi cum eodem Marcelliano fortiter pro Christo martyium subiere, ut habet Calendarium Romanum nona Augusti lie.* Hæc ille è Vincentii speculo hist. XI. 50. cui miror anqvam narrationem seriam adjungi â Theodoro Zwinge-

CHRISTI Salutificatoris noſtri adventu præclara ceciniſſe Poëtam,& exSibyllino carmine hauſiſſe ſibi perſvadent. Græce verſiculos qvosdam ex hac Ecloga Euſebius dicto loco profert p. 993. edit. H. Valeſii. Integram græca metaphraſi donatam edidit Fed. Morellus Pariſ. 1580. 4. Alia DoricaDanielisHalſworthi Angli exſtat apud Poſſevinum XVII. 16. Bibl. ſelect.

5. *Daphnis.*

6. *Silenus*, qvam perinde ut Pollionem ac Gallum bucolicas eclogas proprie eſſe negat Servius. Hanc eclogam à Cicerone auditam narrat Ti. Donatus, illumqve admirabundum exclamaſſe: *Magnæ ſpes altera Romæ.* Sed videtur Cicero jam interfectus eſſe anteqvam hanc Eclogam ſcriberet Virgilius. Vide, ſi lubet, Vavaſſorem de ludicra dictione, p. 122. ſeq.

7. *Melibœus.*

8. *Phar-*

ro T. 1. theſauri Vitæ hum. p. 1143. & Balth. Bonifacio XV. 7 hiſt. ludicræ, qvod in poëmate de purgatorio carm. 21. ſeq commentus eſt Dantes, Statium poëtam ad Chriſti ſacra amplectenda permotum eſſe his Maronis verbis: *Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.* Vide etiam, ſi placet, rhythmos veteres Germanicos qvos refert Jo. Conradus Dietericus in prolegomenis ad Antiqvitates Biblicas V. T. pag. 21 Porro Virgilium in hac Ecloga de CHRISTO non loqvi jam obſervarunt Jo. Henricus Boeclerus & ampliſſimus Frid Benedictus Carpzovius, tum admodum adoleſcens, ſingularibus Exercitationibus. Auguſtus item Buchnerus in Oratione de hoc argumento, ut alios omittam. Per *Cumæum carmen* Heſiodum potius qvam Sibyllina reſpici à Poëta, recte notavit Probus, ut diſputavi lib. 1. Bibl. Græcæ cap. 30 num. 14.

8. *Pharmaceutria*, ex qva anſam petiere nugivenduli ridicula qvædam de Magia Virgilii comminiſcendi. Vide, ſi placet, Naudæum in Apologia pro Magis, Gallice plus ſimplici vice & nuper Germanice vulgata cap. XVI. & Bælii Lexicon in *Virgile*, nota (E) Bergierium de viis Rom. T 10. Antiqv. Rom. p. 164. 689. De Theocriti, qvam imitatus Virgilius eſt, Pharmaceutria dixi Bibl. Græc. III. 17. p. 431.

9. *Mœris*.

10. *Gallus*, qvam Dorico carmine reddiderunt Joſephus Scaliger & Dan. Heinſius, Utraqve Metaphraſis occurrit in Theocrito Heinſii. Antibucolia obſcuri cujusdam Poëtæ, Virgilio oppoſita, qvæ auctor vitæ memorat, intercide-runt.

III. *Georgica* C. Cilnio Mæcenati inſcripta libris IV. qvibus, ut ait Columella, *agricolationem fecit carmine potentem*. Græco carmine Epico donaverat *Arrianus* qvidam Poëta, Svida teſte, ſed qvod pridem intercidit. Argumentum de hortorum cultura, qvod Virgilius prætermiſit (confer, ſi placet, Plinium præfat. libri XIV.) occupavit poſtea *Columella*, de qvo infra ſuo loco: & noſtra memoria *Renatus Rapinus* libris IV. hortorum, atqve *Jacobus Vanierius* in prædio ruſtico, non ſane infeliciter. Inedidus Antonii Majoragii in Georgica Commentarius fuit in Bibl. Marqv. Gudii Gnifonis & aliorum veterum commentarii non tulerunt ætatem.

V.

IV. *Æneidos libri XII.* (d) Poëma illud Heroicum elegantissiimum atqve incomparabile, cui Virgilius duodecim annos (uti Georgicis annos septem, & Bucolicis tres) impendisse traditur, tametsi nec sic auctoris, à qvo paulo ante obitum flammis pæne traditum fuisset, ultimam manum (e) est expertum. Imperfectum qvoqve Poëma nonnullis est visum atqve extremum librum desiderari, unde *decimum tertium librum* conscripsit haud absurda vena (f) *Mapheus Vegius* Laudensis, qvi in Pulmannianis, & in editionibus Nic. Erythræi atqve aliis qvibusdam legitur. Sed & nuper admodum *C. S. de Novavilla*, Ducis Aurelianensis Archi-tricliniarcha Paris. 1698. 8. librum supplementi in Æneidem edere ausus est cum interpretatione sua, paraphrasi & notis, nec dubitavit nomen suum carmini ipsi intexere, vers. 215.

Villa-

(d) Servius in VI. Æneid. p. 457. *Qvi bene considerant, inveniunt omnem Romanam historiam ab Ænea adventu usqve ad sua tempora celebrasse Virgilium, qvod ideo latet, qvia confusus est ordo — Unde etiam in antiqvis invenimus opus hoc appellatum esse non Æneidem sed* gesta populi Rom. *qvod ideo mutatum est, qvi nomen non à parte sed a toto debet dari.*

(e) Abbas Urspergensis in Chron. p. 51. *Varius & Tucca Virgilii & Horatii, contubernales poëtæ habentur illustres, qvi libros Æneidum postea emendandos susceperunt ab Augusto, ea lege, ut nihil de suo adderent.*

(f) De hoc Maphæo Vegio consulendæ Additiones ad Naudæana p. 194. seq. Diem obiit supremum A. C. 1458.

Villanovas qvondam meritum affectabit honorem.

Versus imperfectos in Æneide additis hemistichiis supplevit Joannes de Peyrarede, nobilis Aqvitanus. Argumenta singulorum librorum Georgicorum & Æneidos, versibus olim scripsit *Modestinus* JCtus, qvæ in pluribus editionibus ante singulos libros præmittuntur. De Æneidos parte in Græcum versa mentio apud Hug. Grotium Epist. 576. ad Voisinium. Commentarii Annæi Cornuti & aliorum veterum in Æneidem, uti qvoqve Carbilii Pictoris Æneomastix diu est, qvod perierunt.

V. Editiones Virgilii jam referre animus est non sane omnes sed potiores, atqve initio eas qvæ commentaria veterum adjuncta habent. Princeps editio cum *Mauri Servii Honorati* (g)

O Gram-

(g) Inter editiones Servii dici non potest qvanta sit varietas: ceteris vero facile præstant duæ Parisienses, una Rob. Stephani atqve altera Petri Danielis. Qvanqvam neqve in his ut ut minus contaminatis, neqve in Francisci Modii, neqve in alio qvi hodie exstat qvocunqve, vel integrum vel sincerum se Servium legere persvasi sunt viri docti, sed jam truncatos ejus commentarios, jam recentiorum Grammaticorum observationibus interpolatos. Vide Tan. Fabri lib. 1. Epist. 62. Illustris Gisb. Cuperi Observationes p. 202. Jo. Clerici V. C artem Criticam T. 1. p. 37. Barthii ad Statium T. 1. p. 1386. Hic porro est Servius, qvi in Macrobii Saturnalibus colloqvens inducitur, & de cujus aliis qvibusdam scriptis dicam infra libro IV. inter Grammaticos. Lapsus qvosdam Servii annotarunt Philippus Beroaldus justo ferme opusculo (dum pæne adhuc puer esset, ut notat Hieron. Magius lib. 1. Misc. cap. 2.) & Bochartus parte 2. Geogra-

Grammatici commentariis prodiit Venetii: 1475. fol. memorata Labbeo Bibl. nov. MSS pag. 340. qvi p. 342. etiam veterem Servi editionem sine contextu Virgilii comme- morat, eam credo innuens qvæ vulgata Ratisbonæ est A. 1471. fol.

Hinc Virgilius una cum Servio excusus Venet 1482. fol.

Venetiis 1492. in secundam, ut habet titulus Donati editionem, & 1497. fol. Norimb 1492. fol. Argentorat. 1502. fol. Paris. 1500 1507. & 1515. fol. apud Badium Ascensium & 1517. fol. Venet. 1507. 1520. 4. additis Tib Lugd. Donati, Christoph. Landini & Domitii Calderini notis, itemqve Mancinelli Augustini Dathi, &c.

Cum Servii commentariis, antiqvorum exemplarium ope integritati suæ restitutis, Paris apud Rob. Stephanum 1532. fol. perqvam nitida editio, castigationes & notas Jo. Pieri Valeriani eruditissimas in Virgilium haben adjunctas, qvæ separatim prodierunt Rom 1521. fol. & apud Rob. Steph. 1529. fol.

Ex recensione Jo. Baptistæ Egnatii Veneti, Virgilius, Servii commentariis illustratus, apud Jo. Walderum, Basil. 1534. 4 qvi vetust

præ

graphiæ sacræ lib. 2. c. 10. ubi Punica Servii ad examen revocat. Nonnulla ejus loca emendavit ac restituit laudat Cuperus libro secundo Observationum, & Tho. Munckeri ad Mythographos latinos.

præterea exemplari uſum ſe eſſe ſignificat.

Cum Probo & Servio, Venet. 1534. 8. apud Alex. Vellutellum.

Editio Pariſienſis 1541. 4. cum Servii commentar.

Cum Servii & *Tiberii Claudii Donati* (h) commentariis, ex recenſione Georgii Fabricii, additis Jo. Hartungi in Æneidem annotationibus, Baſil. 1551. fol. Idem Fabricius Indicem ſcriptorum à Servio allegatorum præfixit.

Editio Veneta A. 1562. fol. 1574. fol. cum notis Servii & varior.

Cum Commentariis Servii & Donati ex editione G. Fabricii, *Probi* (i) præterea Grammatici antiqvi in Bucolica & Georgica, notis item recentiorum Pomponii Sabini, Phil. Beroaldi, Jo. Hartungi, Jodoci Willichii, G. Fabricii, Bonfinis, Jo. Lud. Vivis, Cœlii Rho-

 di-

(h) Hic Donatus (Ælio Donato junior) commentarios iſtos ſcripſit ſenex in uſum filii ſui Tiberii Claudii Maximi Donatiani. Idem auctor eſt vitæ Virgilii, qvi ut Voſſio VI. 2. Inſt. Or videtur, vix Lucilianum illud meritus eſt elogium: *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime.*

(i) Non videntur ſcholia hæc eſſe M. Valerii Probi qvi ſub Nerone vixit, licet neutiqvam ſint pro illa brevitate contemnenda: ſed vel Probi illius, qvem laudat Lupus Ferrarienſis Epiſt. 20. & 34. vel ex M. Val. Probo aliisqve excerpta. Confer qvæ de Commentariis in alios Poëtas Probo tributis Barthius p. 514. ſeq. Adverſar.

digini, Adriani Barlandi, Scoppæ, Constantii, Campani, Crucii & aliorum Basil. 1561. 1575. 1586. fol. & curante Ludovico Lucio, ibid. 1613. fol.

Virgilius & in ea Servii Commentarii ex antiqvissimis exemplaribus longe meliores & auctiores è Bibliotheca *Petri Danielis*: accessit *Fabii Planciadis Fulgentii* liber de continentia (k) Virgiliana Chalcidio Grammatico dicatus, auctior è MSS. Codd. item *Junii Philargyrii* (l) commentariolus in Bucolica & Georgica Virgilii ad Valentinianum, Paris. 1600

(k) *Continentia Virgiliana* hoc loco notat περιοχὴν sive argumentum Virgiliani poëmatis si moraliter vel allegorice exponas. In Vaticano Codice viri docti testantur hanc se reperisse inscriptionem: *Fabius Plancius de Fulgentio Morali expositio Virgiliana continentiæ.* Prima editio hujus libelli est, qvam A. 1589. Hieron. Commelinus dedit ex officina Sant-Andreana in 8. subjecto *Junii Philargyrii* veteris Grammatici in Bucolica & Georgica Virgilii commentariolo, *Fulvii Ursini* castigationibus in *Servium* ad Virgil. Velio Longo de Orthographia & Cassiodori de Orthographia libro cum castigationibus Commelini, qvi in Longo emendando fatetur se adjutum opera Francisci Junii. Fulgentii libellum eodem anno cum Hygino aliisqve Fulgentii (de qvibus infra lib. IV.) scriptis & Albrico, iterum edidit Commelinus in 8. Deniqve Tho. Munckerus V. C. notis suis illustratum recudi fecit inter Mythographos latinos Amstelodami 1681. 8.

(l) Barthius XIX. 2. Adversar. verum hujus nomen fuisse contendit *Pilargurum* occurrens inter servilia in tesseris vulgatis ab Aldo & illustratis á Pignorio lib. de servis & Thomasino de tesseris hospitalitatis. Mentio tamen etiam

Per-

1600. fol. Præter vitam Virgilii brevem prosa scriptam à Servio, & alteram prolixiorem auctore, ut creditur, *Donato*, præmittitur & tertia à *Foca* (m) Grammatico urbis Romæ scripta versibus Hexametris sed mutila. Subjiciuntur deniqve loca multa Servii in 1. & 2. Æneidos restituta & locupletata ex insigni MSto Codice Fuldensi. Repetita hæc editio Genevæ 1610. 1620. & 1636. 4.

Cum commentariis Servii (ex Salmasii & Nic. Heinsii Codd. castigati, sed haud sane integri) & variorum, curante Cornelio Schrevelio, Amst. 1646. 4.

Cum notis integris Servii, Philargyrici, necnon Pierii variis lectionibus, & selectis annotationibus Donati, Probi, Nannii, Sabini, Germani, Cerdæ, Taubmanni aliorumqve, qvibus accedunt Observationes Jacobi Emmenessii, & index luculentus Valerii Erythræi per Anton. Mariam Bassum Cremonensem libris & versibus accommodatus, in-

O 3 ser-

Persannii Philargyrii apud Isidorum Hispal. lib. 1. Orig. cap. 21. Itaque nolo nomen auctoris solicitare cujus brevia & erudita scholia neminem legisse pœnitebit. At in Jo. Hallervordi Bibliotheca curiosa p. 224. ubi Junii Philargyrii notæ ad Catonem, Varronem & Columellam de re rustica memorantur, excusæ Rom. 1587. 8. pro Junio Philargyrio Fulvii Ursini nomen reponendum.

(m) Hujus Focæ sive Phocæ artem inter Grammaticos edidit Putschius p. 1683. seq.

ſertis qvas Baſſus omiſerat Erythræi notis, Lugd. Bat. & Amſt. 1680. 8. tribus vol. contextu Virgilii ex edit. Nic. Heinſii caſtigato.

VI. Editiones præcipuæ ſine commentariis veterum, per recentis ætatis viros doctos recenſitæ atqve illuſtratæ hæ fere ſunt:

Pariſiana A. 1478. 4.

Editio Aldina 1501. 8. primus liber eorum qvos typis ut vocat Italicis ſive currentibus Aldus impreſſit. Vide Novellas Reip. litterariæ præſtantiſſimi viri Jacobi Bernhardi A. 1704. menſe Majo p. 521.

Editiones Aldinæ A. 1505. 1514. 1527. 8.

Pariſina 1539. 4.

Rob. Stephani 1540. 8. & 1549. forma minore.

Ex caſtigatione Antonii Goveani, Lugd. 1542 8. apud Seb. Gryphium.

Virgilius innumeris locis ad veterum P. Bemb & A. Naugerii exemplarium fidem caſtigatus, Venet. 1525. fol.

Editio Paulli Manutii. 1558. 8.

Cum ſcholiis Melanchthonis, & Culice ex P. Bembi recognitione, Lugd. 1537. 8.

Jul. Pomponii Sabini commentar. in Virgilium, Baſil. 1544. 8.

Lamberti Hortenſii Montfortii, Baſil. 1559 1577. 1596 fol. cum Naſcimbæno Naſcimbænio in ſex libros Æneidos priores.

P. G

.Gabiæ variæ lectiones, Brixiæ 1565. 8.

ebaſt. Corradus in lib. 1. Æneidos, Florent. 1555. 8. Bonon. 1563. 8.

rancifcus Robortellus edente J. Baptiſta Busdrago, Lugd. 1543. 8. Florent. 1548. 8.

n librum tertium Hadr. Junius, in librum IV. Petrus Nannius &c.

etrus Nannius in Bucolica, Baſil. 1559. 8.

Mich. Barthius, id. 1570. 8.

Lud. Vives, 1509. 8.

Rich. Gorræus, Lugd. 1554. 8.

.. Kulmannus & Eobanus Heſſus, Colon. 8.

oach. Camerarius, Argent. 1555. 8.

Melanchthon & Steph. Riccius, 1568. 8.

od. Willichius, Baſil. 1539. 8.

o. Stigelius, Mulhuſ. 1574. 8.

Herm. Torrentius Antvverp. 1548. 8. & Seb. Macer, Leſnæ 1642. 8.

Petrus Ramus in Bucolica & Georgica, Pariſ. 1572. 8. Francof. 1578. 8. Eobanus Heſſus, Hagenoæ 1529. 8.

In Georgica Herm. Torrentinus, Colon. 1500. Benedictus Cerutus, Veron. 1598. 8.

Virgilius è *Thedori Pulmanni* emendatione Antvverp. 1561. 8. addito *Maphæi Vegii* Laudenſis libro qvem velut *decimum tertium* Æneidi ſubjunxit & appendice variorum Poëma-

matum & carminum veterum Virgilio à nonnullis tributorum.

Virgilius *Germani Valentis Gvellii,* Antvv. 1575. fol. una cum commentario & appendice Virgiliana, Jos. Scaligeri notis illustrata.

Cum scholiis *Joannis à Meyen*, Bergizomii Belgæ ad Vinc. Gonzagam Principem Mantuanum, Venet. 1580. 8. apud Aldum Paulli F. & Francof. 1629. 1664. 8.

Cum notis Georgii Bersmanni, Lips. 1581. Servestæ 1586. Lips. 1596. 1616. 8.

Ex castigatione G. Fabricii, Lips. 1591. 8.

Virgilius à Pulmanno correctus, una cum notatis Paullo Manutio ad Homeri loca quæ Virgilius imitatus est, & G. Fabricii observationibus, Antvv. 1566. 1580. apud Plantin. & Lugdun. Bat. 1596. ap. Rapheleng. 8.

Cum *H. Stephani* scholiis 8. atque iterum 1583. & 1599. 8. tertia editio apud Paullum Stephanum, addita H. Stephani diatriba de delectu in diversis apud Virgilium lectionibus adhibendo. Vide etiam ejusd. H. Stephani diss. de Criticis, Paris. 1587. 4.

Virgilius è MS. Carpensi recensitus cum notis Paulli Manutii, Venet. 1583. 8.

Steph. Riccii in libros Æneidos, Witteb. 1588. 1593. 8. in Bucolica, Germanica interpretatio, 1589. 8.

Nic. Frischlini paraphrasis Bucolicorum, Georg. & Æneidos Virgilii, Francof. 1602. 8.

Edi-

Editio Virgilii Commeliniana, A. 1603. 8. ex antiqvissimo *MS. Palatino* sed haud optima fide vulgata, ut notat Allatius p. 58. ad antiqvitates Hetruscas.

Alberici Gentilis lectiones Virgilianæ in Bucolica, Hanov. 1603. 8.

Tatqvinii Gallutii Virgilianæ vindicationes, Romæ 1621. 4.

Virgilius cum argumentis, paraphrasi sive explicatione & commentario luculento *Jo. Ludovici de la Cerda* è Soc. Jesu, fol. tribus vol. Lugd. 1619. atqve iterum Coloniæ 1628. & 1647.

Cum commentario eximio *Jac. Pontani*, ex eadem Soc. Lugd. 1604. fol. qvi in calce voluminis adjunxit paraphrasin librorum trium primorum & trium postremorum Æneidos.

Cum *Nic. Erythræi* Veneti scholiis, & indice omnium verborum rerumqve & diatriba de licentia ac diligentia carminis Virgiliani, Francof. 1583. 8. 1613. 8. editio à plurimis nævis per Jo. Obsopœum & Frid. Sylburgium perpurgata.

Cum commentario insigni *Frider. Taubmanni* Francof. 1618. 4. in qva editione Culicem etiam & Cirin doctis annotationibus illustratos habes, qvæ duo poëmata à plerisqve aliis omittuntur.

Pauli Benii Eugubini in Virgilii Æneidem commentarius, Venet. 1623. fol.

Nic. Abrami è Soc. Jeſu commentarius in Æneidem, Muſſiponti 1632. 8. Toloſæ 1633. Rothomagi 1637. Toloſæ 1644. Rothomagi 1648. 8.

Jo. Weitzii, Francof. 1647. 8.

Joſephi Seitzii clavis Æneidos, itinera Æneæ tabulis reſerans, Halæ Svevor. 1657. 4.

Jod. Willichii Chronologia in Æneidem, Francof. 1551. 8.

Melch. Laubani Analyſis Æneidos, laudata M. Frid. Wendelino in Inſtitutionibus Logicis, Vide Tho. Crenii partem IV. animadverſ. p. 10.

Seb. de Matienzo commentar. in Virgil. Lugd. 1662. 4.

Virgilius ex *Dan. Heinſii* recenſione perqvam nitide apud Elzevir. Lugd. Bat. 1636. Amſt. 1652. & *Nic. Heinſii* 1664. 1671. 12. Et majoribus typis Pariſ. 1641. fol. è typographia Regia.

Cum notis poſthumis, *Jo. Henrici Bœcleri*, qvi Virgilium è *Codice Argentoratenſi* recenſuit, Ulm. 1698. 8.

Cum notis eruditis *Tan. Fabri*, Salmur. 1675. 12.

Cum ſcholiis brevibus ſed perqvam utilibus *Tho. Farnabii*, Lond 1634. 8. Amſt. 1642. 12. Lipſ. 1702. &c.

Cum ſcholiis *Jo. Minelli* Roterd. 1674. 1697. 12. Herborn. 1700. 8.

Et

Et *Christiani Junckeri*, V. C. Lipſ. 1703. 8. Præmiſit vitam Virgilii à Donato ſcriptam, cum caſtigationibus J. Fr. Gronovii, & alteram *Poëtæ vitam deſcriptam per Conſules* à Carolo Rueo.

Cum notis integris Farnabii & variorum, opera & ſtudio Cornelii Schrevelii, Lugd. Bat. 1652. 1666. 8.

In uſum *Delphini*, curante *Carolo Rueo*, S. I. Pariſ. 1675. 4. Lond. 1686. 8. Amſt. 1690. 4. & ſecundis curis Anno 1692. 4. textu etiam è Nic. Heinſii caſtigatione emendato. Hæc ſecunda editio recuſa eſt Lond. 1707. 8. Venet. 1713. 4. Rueus perinde ut in aliis Poetis ac ſcriptoribus Galli fecerunt, præter notas & indicem omnium verborum, utiliſſimo inſtituto *interpretationem paraphraſticam* adjecit, qvalem expoſitionem in omnia Virgilii pridem confecit Nicod. Friſchlinus, & in tres primos, totidemqve ultimos Æneidos libros Jac. Pontanus è Soc. Jeſu.

Deniqve Codd. MSS. pæne tringinta iisqve antiqviſſimis Virgilium de integro recenſuit *Nic. Heinſius*, Amſt. 1676. 12. qvæ caſtigatiſſima eſt editio viri de Poetis latinis eorumqve principe præclariſſime promeriti. Dicata eſt Reginæ Svecorum Chriſtinæ. Sed exemplo qvod Regi Chriſtianiſſimo editor obtulit, hoc præfixit tetraſtichon:

Grandiloqvum tueare precor Rex Maxime Vatem,
Cui nihil æqvandum Roma canore tulit,

Tan-

Tangere si dias fas est mortalia laudes
Carmina, debuerant his tua bella cani.

Editio Virgilii luculenta Cantabrigiensis ad optimor. exemplarium fidem A. 1710. 4. cum dissertatione Critica.

Gallice, ex versione J. Renaldi Segræsii, Paris. 1668. 4. Amst. 1700. 12. duob9 vol. Et cum Marollesii prosaria versione & notis, Paris. 1662. 8. tribus vol. Æneis latine & Gallice cum observatt. P. Perrini ibid. 1664. 8. duobus vol.

Paulli Scarronii *Virgile travesti* sive Æneidos libri VII. versib9 Gallicis ludicris expositi Paris. 1655. 1667. Amst. 1668. 12. Postremos qvinqve libros simili genere carminis nuper supplevit Jacobus Morellus Braseus (Messire Jaqves Moreau Chevalier Seigneur de Brasey, Capitaine de Cavallerie dans le Regiment de Cuirassiers Espagnols du Comte de Louvigni) Amsterd. 1706. 12. Hoc institutum indigne ferunt Menagius in Originibus Gallicis p. 141. & Franciscus Vavassor libro elegantissimo de ludicra dictione p. 180. &c.

Prætereo versiones Malingrei, Martigniaci &c. Andreæ vero Dacerii interpretis felicissimi versio promissa nondum credo ad umbilicum perducta est. Voiturii Metaphrasin Gergicorum in editam, versibus compositam Gallicis memorat Vignolius Marvillius, personatus scriptor, parte 1. Miscell. Historico litterar. p 44.

Italice, variis auctoribus, Hippolyti Medices,

Pic-

Piccolominei, Jo. Pollionis Polaſtrini &c. Venet. 1568. 8. & cum commentariis B. Danielis, Venet. 1549. 4. Jo. Fabrini, ibid. 1623. fol.

ÆeneisAnnibalisCari,Rom.1608.8.LæliiGvidiccioni &c.

Barthol.Beverini, in Lucca 1680. 12.

Omitto antiqvam translationem Thomæ Cambiatoris Regienſis, qvem Hetruſcarum interpretationum primum auctorem celebrat Jo. MariaCreſcimbenus in hiſtoria poeſeos Hetruſcæ patrio idiomate edita Rom. 1698. 4. p. 528.

L' Eneide traveſtita dal Sr. Giovanni Battiſta Lalli, Venet, 1651. 12. dictione ludrica.

Polonico carmine Nicolaus Cochanovius.

Hiſpanice Las obras de Virgilio truducidas en proſa Caſtellana por Didaco Lopez de Alcantara. Pinciæ 1601. 4. Madriti 1614. 4.

Æneis à Gregorio Ferdinando de Velaſco, Compluti 1585. 7.

A Chriſtoph. deMeſa, Madrit, 1615. 8. Eclogæ & Georgica eodem auctore, id. 1618. 8.

Eclogæ à Jo. Ferdinando Idiaqveſio, proſa Caſtellana, Barcinone 1574. 8 Georgica à Joanne de Guzmann, Salmanticæ 1586. 12.

Anglice.

Carmine per J. Ogilby Eqvitem, cum notis, Lond. 1649. 8. & 1654, 1673. fol.

Æneis à Joh. Drydenio poetarum Anglorum noſtræ ætatis principe, neſcio an abſoluta.

Geor-

Georgica à Tho. Majo, Lond. 1628. 8.

Scaronides, ſive libri duo primores Æneidos, carmine Anglico ludicro, Lond. 1664. 8. neſcio qvo auctore.

Germanice.

Præter Henricum von Veldeck, Bernh. Melethræus, Con-Rector Hamb. 1644. 8.

Carmine, Jo. Sprengerus, Auguſtæ Vindel. 1610. Francof. 1630. 4. Bucolica Fr. Calemus, Hall. 1648. 8.

Belgica I. V. Vondellus, Amſt. 1646. 4. & carmine ludrico W. U. Fockenbrogh.

Bucolica *Danico* reddidit carmine Petrus Barous Ripenſis.

VII. Tempore Gellii adhuc Idiographum Virgilii oſtentabatur, ad qvod provocat IX. 14. Supereſt & hodie præclarus Virgilii Codex MS. in Bibliotheca magni Hetruriæ Ducis, correctus manu Turcii Rufi Aſterii Aproniani qvi Conſul fuit A. C. 494. Confer H. Noris ad Cenotaph. Piſan. diſſ. IV. cap. 2. & Jo. Mabillonium de re diplomotica p. 354. ubi ſpecimen ejusdem & inſcriptionem integram exhibet. Aliud MStum Virgilii volumen, qvod mille annorum eſſe creditur, exſtat in Bibl. Vaticana, licet illius characteres ad Gothicos ductus accedentes, juniorem ætatem prodere videntur Maximiliano Miſſono in itinere Italico p. 463. editionis Lipſenſis.

Ex

Ex antiqvis Grammaticis Virgilium illustraverat Alexander qvidam artigraphus, Arusianus Messus, Æmilius Asper, L. Annæus Cornutus, Carminius, Aruntius Celsus, Flavius Caper, Grillius, Julius Hyginus, Martius Salutaris, Octavius Avitus, Q. Asconius Pedianus, Pius, M. Valerius Probus, Rufus Apronianus, Scaurus & Velius Longus. In Georgica scripserat etiam M. Antonius Gnipho. Sed horum omnium lucubrationes perierunt, perinde ut Calvi & Julii Titiani Rhetorum, qvi controversiarum materias è Virgilio petierant, vel Avieni qvi Virgilium versibus Jambicis latinis reddidit. Vide Catalogum scriptorum qvem Servio suo Georgius Fabricius præmisit, & Barthium XLVII. 14. Adversar.

Perieunt etiam Virgilii ipsius nonnulla, sed his non accensendum *Scylla* poema, qvod laudat Seneca Epistola XCII. Illud ipsum enim est qvod Ciris inscribitur, ut statim dicam infra cum ad illud pervenero.

VIII. Refertur præterea ad Virgilium veluti auctorem *Culex*, dicatus Octavio Augusto Imp. Poëma Heroicum venustum & jucundum, qvod senem Virgilium lusisse putabat Josephus Scaliger, etsi Papinius in Epistola ad Stellam adolescentis potius proludium fuisse innuit, cui sententiæ favet etiam Martialis VIII. 56. Emendavit Culicem Virgilii P. Bembus laudatus P. Victorio XXV. 5. var. Lect. Post

Bem-

Bembum P. Pithœus in Poematum veterun editione. Notis illuſtrarunt Joſ. Scaliger & Frid. Lindenbrogius in appendice Virgilii,& in Virgilio ſuo Frid. Taubmannus.

Ciris qvoqve Val. Meſſalæ inſcriptus, ſive u à Seneca Epiſt. CXII. vocatur *Scylla*, contine enim fabulam de Scylla Niſi F. in egrettam mu tata, videtur recte ad Maronem referri, qvan qvam Gifanius & III. 21. Adverſar. Barhiu Cornelio Gallo, Raphael Eglinus in vindicii Ciris Catullianæ adverſus Scaligerum Franco 1606. 12. & alii Catullo maluerunt tribuere. Vir gilio aſſerere non dubitaverat etiam Barthiu cum hoc poema ſeparatim cum commentari ſuo ederet natus annos duodeviginti, Ambe gæ 1608 8. Cirin qvoqve inter poemata antiqv P. Pithœus recenſuit, Joſ. Scaliger, Fried. Linde brogius in appendice Virgilii, & Taubmannu in Virgilio ſuo notis illuſtrarunt.

His reliqva ſubjicere animus eſt, qvæ legun tur in *Virgilii Catalectis* Venet. 1484. fol. & apu Aldum A. 1517. 8. atqve ad calcem editionur Virgilii Antvverp. 1561. & 1575. fol. & ſub titu lo appendicis Virgilii cum notis Joſ. Scalige & Frid. Lindenbrogii prodierunt Lugd. Ba 1595. & 1617. 8. licet pauca genuina Virgil poemata continent, & pleraqve ex iis fer conſtat non eſſe tanti auctoris.

1. *Ætna*, qvod Poema *Cornelio Severo* tribuer dum eſſe obſervavit Joſephus Scaliger ex hc

loc

loco Senecæ Epist. LXXIX. ad Lucilium: *donec Ætnam describas tuo carmine, & hunc solennem omnibus Poëtis locum attingas, qvem qvo minus Ovidius* (Lib. XV. Metamorph.) *tractaret, nihil obstitit, qvod jam Virgilius* (lib. III. Æneid.) *impleverat, ne Severum qvidem Cornelium uterqve deterruit.* Qvintilio Varo adscribit Julius Cæsar Scaliger, Pater: Manilio Barthius pag. 1044. ad Claudianum. Eidem plane in mentem venit Christiano scriptori vindicare XLIX. 6. Adversar. Jam olim esse de auctore dubitatum, scribit Tiberius Donatus in Virgilii vita: *Poëticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludimagistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit. Deinde Catalecton, & Priapeia, & Epigrammata & diras, item Cirim & Culicem, cum esset annorum XVI. Scripsit etiam de qva ambigitur Ætnam.*

2. *Cornelii Severi* carmen sive fragmentum *in necem M. Tullii Ciceronis*, ex M. Annæi Senecæ Svasoria VII. Hoc & superius Severi carmen cum perspicua interpretatione & eruditis notis Scaligeri, Lindenbrogii suisqve & indice separatim edidit, & alia qvædam Severi fragmenta, Petri item Bembi Ætnam prosa latina scriptam adjunxit Theodorus Gorallus, sive qvi hoc sub nomine latet Jo. Clericus V. C. Amstelodami 1702. 8.

3. *Moretum* (*) qvod Virgilio ipsi adscribere aliqvi cum If. Vossio non dubitant, & Parthe-

(*) Intritum, eine Merde.

nium Nicænum poëtam Græcum in illo imitatum esse observant. Sub *Svevii* nomine laudat Salmasius in Solin. *A. Septimo Severo* post Scaligerum, Barthium aliosqve tribuit Jo. Weitzius, qvi notis illustravit Francof. 1642. 8. ad calcem Copæ. Græca Metaphrasis Jos. Scaligeri inter ejus Poëmata occurrit, ab auctore oblata Petro Ronsardo A. 1563.

4. *Diræ* Valerii Catonis in Battarum fluvium; qvas copioso neqve inerudito commentario illustratas separatim edidit Christophorus Arnoldus, Lugd. Bat. 1652, 12. Num ob agros suos inter creditores divisos in has exsecrationes se effuderit, vide, si placet, disputantem Boxhornium p. 41. seq. Epist.

5. *Priapeia* sive lusus atqve epigrammata in Priapum LXXXVII. obscœna maximam partem, & cum Scaligeri & Lindenborgii, Casparisqve Scioppii (n) notis, & verborum phrasiumqve indice separatim edita (o) Amstelod (licet titulus Patavium præfert) A. 1664. 8. Hæc *Vir-*

(n) Annos XVII. tum natus fuit Scioppius, cum Anno 1595. commentarium illum componeret, qvem postea scripsisse se negavit & Goldasto tribuit. Vide Bælii Lex. in Scioppio nota B.

(o) Subjicitur in eadem editione, Apuleji ἀνεχόμενος cum Scioppii notis, & commentitiæ Epistolæ latinæ Heraclii Imp. ad Sophoclem Sophistam, Sophoclis ad Heraclium, C. Antonii ad Q. Soranum, Cleopatræ Reginæ ad eundem. Q. Sorani ad M. Antonium & Cleopatram, de priapismo Cleopatræ Reginæ ejusqve remediis, è Bibliotheca Goldasti.

'irgilio tribuit Jo. Maria Catanæus ad Plinii V. :pist. 3. *Ovidio* Politianus, c. 59. Misc. alii ut rancifcus Gvietus (p) *Domitio Marso*. Alii deiqve existimant Poëtarum, Mæcenatem accedentium unumqvemqve versiculos aliqvot jocosos in parietibus sacelli Priapei adscripsisse, ostea à Poëta qvodam in unum fasciculum ollectos, qvi & carmen ad lectorem præfixit. :a sentit Scioppius & Jac. Maria Cennus in vi1 Mæcenatis Italice scripta. *Catullo* deberi vædam ex illis notavit P. Victorius XII. 3. & XV. 12. Var. lect. Bernardini Veronensis, cujus in Tibullum commentarii prodiere Ronæ 1475.) Commentum MS. in Priapeia fuit 1 Bibl. Gabrielis Naudæi, teste Labbeo p. 236. ibl. nov. MSS.

6. *Copa* sive Cupa (*καπηλίς*) qvod Carmen Virilio ex Charisii testimonio tribuunt Scaliger, asaubonus & alii, qvorum loca editioni suæ ræfixit J. Weitzius, qvi separatim vulgavit um notis Francof. 1642. 8.

7. *C. Pedonis Albinovani elegia in obitum C. Mænatis*, qvam Pedonis esse negat Vossius p. 32. e Poëtis latinis, & II. 27. de arte Grammatin, Pedoni vindicat post Scaligerum Henricus leibomius, qvi notis illustratum commentao suo de vita Mæcenatis inseruit, Lugd. Bat. 653. 4. & Theodorus Gorallus, de cujus edione mox dicam.

(p) Vide Antonium Periandrum in Gvieti vita, b. 5.

Ultima verba Mæcenatis, qvæ incipiunt à versu: *Sic est Mæcenas*, atqve in anterioribus editionibus cum elegia in obitum Mæcenatis post versum 144. cohærebant. Sed divellenda ex Scaligeri judicio statuit Theod. Gorallus.

8. Ejusdem *Pedonis elegia* perqvam elegans ad Liviam Augustam *De morte Drusi* Neronis & *de navigatione Drusi Germanici* per Oceanum septentrionalem, A. U. C. 769. CHRISTI 16. suscepta fragmentum ex Senecæ svasoria I. Has Pedonis reliqvias universas recensuit ac seorsim cum interpretatione notisqve & suis & Scaligeri ac Lindenbrogii atqve in Elegiam de morte Drusi annotationibus Nic. Heinsii, & utili indice edidit Theodorus Gorallus, sive qvem supra latere sub hoc nomine dixi, vir doctissimus Jo. Clericus, Amstelod. 1703. 8. In codicibus antiqvis Ovidio tribui Elegiam de morte Drusi Nic. Heinsius affirmat, qvod tamen ipsi nullo modo videtur verisimile, licet nec Pedoni eam certò adscribere velit. Recensuit tamen illam atqve illustravit in Ovidio suo. Confer T. 1. edit. Cnippingianæ p. 761. seq. Vide etiam Lipsium lib. III. Epist. qvæst. 3. ac de Pedone ipso Gaddium T. 2. de scirptoribus non Ecclesiasticis p. 253.

9. *M. Annæi Lucani* Panegyricum Carmen *ad Calpurnium Pisonem*, qvod Virgilio vel Ovidio contra temporum rationem adscriptum à qvibusdam, rectius Lucano ex autoritate MSti Codicis vindicavit Josephus Scaliger, & Had

Ju

Junius, à qvo emendatum eſt lib. VI. c. 1. Animadverſ. Eqvidem Tho. Dempſterus ad Roſinum p. 99. objicit qvod v. 241. ſeq. paupertatem ſuam auctor carminis deflet, Lucanum verò marmoreis in hortis jacere ſcripſit Juvenalis Sat. VII. 79. Poſſit forſan reſponderi, divitiis, qvarum Tacitus qvoqve meminit, auctum demum eſſe Lucanum Piſonis Neronisqve beneficio, poſt carmen hoc ſcriptum, qvo admodum adoleſcens ſe Piſoni commendat:

Eſt mihi, crede, meis animus conſtantior annis.
Qvamvis nunc juvenile decus mihi pingere malas
Cœperit, & nondum viceſima venerit æſtas.

Verum (q) *humilis* qvoqve *domus* objicitur, qvæ Lucano qvadrare minus videtur.

— — ſupereſt animoſa voluntas,
Ipſaqve neſcio qvid mens excellentius audet:
Tu nanti protende manum. Tu, Piſo, latentem
Exſere, nos humilis domus & ſincera parentum
Sed tenuis fortuna ſua caligine celat.

Igitur adhuc duxerim de auctore dubitandum, præcipue cum Inſcriptio ipſa, qvam Scaliger reperit, hoc jubere videatur, fuit enim hæc: *Lucani catalecton de laude Piſonis.*

10. *C. Petronii Arbitri de mutatione Reip. Romana.*

11. *Vita Virgilii* verſibus edita a *Foca* Grammatico.

(q) Vide Nic. Antonii Bibl. Veterem Hiſpanam p. 47. & Illuſtris Viri Gisberti Cuperi Obſervationes lib. III. c. 1.

12. Ejusdem *Focæ*, *Modestini* JCti & *C. Sulpitii Apollinaris*, aliorumque Scholasticorum Poëtarum *in Virgilium*, & *librorum Virgilianorum argumenta.*

13. Duodecim Poëtarum Scholasticorum, *Vomani*, *Euphorbi*, *Juliani*, *Hilasii*, *Palladii*, *Asclepiadii*, *Eusthenii*, *Pompejani*, *Maximiani*, *Vitalis*, *Basilii* & *Asmeni* argumenta in Æneidem, aliiqve lusus Poëtici.

Deniqve Josephus Scaliger in Appendice Virgilii exhibuit etiam una cum castigationibus suis *Catalecta* (r) *veterum poëtarum* in *duos* à se digesta *libros*, in qvibus præter plurima innominatorum, occurrunt Epigrammata latina aliaqve poëmatia minuta vel fragmenta, *Q. Ennii*, *M. Terentii Varronis*, *P. Terentii Varronis Atacini*, *Puppii*, *M. Actii Plauti Sarsinatis*, *C. Nævii*, *M. Pacuvii*, *Domitii Marsi*, *C. Cæsaris Germanici*, *M. Tullii Ciceronis*, *Q. Ciceronis*, *P. Virgilii Maronis*, *Furii Bibaculi*, *C. Petronii Arbitri*, *Afranii*, *C. Laberii*, *Porphyrii Poëtæ*, *Porcii Licinii*, *Q. Catuli*, *L. Apuleji*, *Gallieni Imp. Val. Æditui*, *C. Plinii Cæcilii Secundi*, *C. Cæsaris Octaviani Augusti*, *Laureæ Tullii*, *M. Val. Martialis*, *C. Helvii* (s) *Cinnæ*, *P. Syri*, *L. Pomponii*, *L. Manilii*, *Ablabii Cos*

Juli

(r) Catalecta dicuntur qvasi καταλεγόμενα de qvorum auctoribus ambigitur; Sed qvandoqve etiam scriptum reperias *cata dicta*, h. est, dicta cautè, argute, sapienter, qv sensus plerisqve horum melius congruit.

(s) Hinc Cinna citatur ab Isidoro VI. 12. Originum.

Julii Flori, Hadriani Imp. C. Julii Cæsaris dictatoris, C. Silonis Poëtæ, C. Cassii Sereni Parmensis, C. Val. Catulli, A. Septimii Sereni Falisci, C. Volcatii Sedigiti, Sentii Augurini, Pollucis, Citerii Sidonii Syracusani, Sulpitii Servasti junioris, C. Julii Solini & Romanæ Sapphus *Sulpiciæ.*

Similes collectiones veterum Epigrammatum & Poëmatiorum latinorum à P. Pithœo & aliis editas recenseo infra libro IV.

IX. Assiduus Græcorum imitator Virgilius fuit, Theocriti præsertim in Eclogis, in Georgicis Hesiodi, & in Æneide (t) Homeri. Vide Gellium, Macrobium & è recentioribus H. Stephanum, (u) Julium Cæsarem Scaligerum (x) & singularem librum Fulvii Ursini, qvo Virgilium collatione Græcorum Scriptorum illustravit, Antvverp. 1568. 8. Exstat & præclara dissertatio Renati Rapini, qva Virgilium contendit cum Homero, qvæ Gallice primum, tum latine reddita (V. C. Jano Broukhusio, ni fallor, in-

P 4

(t) Qvod Homeri Virgilius nusqvam meminerit, *ingratissimus erga eum cui nihil non debebat* vocatur ab If. Casaubono ad XIV. Strabonis p. 236. Virgilium ab hoc crimine excusat, qvod non imposuit Poëmatici suo ultimam manum.

(u) H. Stephani observationes in Virgilianas & Nasonianas f. Ovidianas imitationes Theocriti exstant ad calcem Theocriti ab eodem Stephano vulgati A. 1579. 12.

(x) Jo. Dunæi carmen Scazonticum qvo vindiciæ Virgilianæ pro Jul. Cæsare Scaligero Virgilium Homero præferente, adversus Justum Lipsium continentur, exhibet Georgius Hackewill Anglus in Apologia pro providentia DEI p. 288. seq.

interprete) lucem adſpexit ſub titulo: Obſervationes in Poëmata Homeri & Virgilii, Traject. ad Rhen. 1684. 12. Prætereo, quæ ex Rapino & aliis diſſerit Bailletus parte 2. judiciorum de poëtis. Qvam longe reliqvis latinis Poëtis Maro præferendus ſit, oſtendit Alexander Roſſæus in Virgilio triumphante. Roterdam. 1661. 12. Virgilii verſus in Jure civili laudatos illuſtrat Scipio Gentilis lib. 2. parergon, c. 16. 17. 18.

Centones Virgilianos memorat Tertullianus de præſcript. cap. 39. *Vides hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materia ſecundum verſus, verſibus ſecundum materiam concinnatis. Deniqve Hoſidius Geta* (y) *Medeam tragœdiam* (z) *ex Virgilio pleniſſime exſuxit. Meus qvidem propinqvus ex eodem Poeta inter cetera ſtili ſui otia Pinacem Cebetis explicuit.* Ab eo tempore *Valeria Faltonia Proba* uxor Adelfii Proconſ. (qvam ab Anicia Faltonia trium Conſulum matre Proba pulchre diſtingvit (*a*) Tho. de Simeonibus V. C.) circa A. C. 400. centonem ex Vir

(y) Cn. Hoſidius Geta qvi cum L. Vagellio Conſul fuit imperante Claudio A. U. C. 800. Vide Reineſii Inſcript. p. 475. 477. Mentio hujus Hoſidii apud Dionem, ubi male ὁ Σίδιος pro Ὁσίδιος, ut Rigaltio notatum.

(z) Fragmentum inſigne hujus tragœdiæ edidit P. Scriverius in fragmentis Vett. Tragicorum latinorum p. 187. 180. teſtatus integram fuiſſe apud Salmaſium, qvi ex vetuſtiſſimis membranis vulgare voluit.

(*a*) Confer Ephemerides Pariſ. A. 1694. p. 249. ſeq & Pagium ac Sam. Baſnagium ad A. C. 395.

Virgilio de fabrica mundi & Evangeliis plenissime expressit. Sic qvoqve & qvidam *Pomponius* ex eodem poeta inter cetera styli sui otia Tityrum (carmen bucolicum) in honorem CHRISTI composuit, ut refert Isidorus lib. 1. Originum c. 38. Pomponii carmen non tulit ætatem, at Probæ centones Honorio Imp. dicati sæpius lucem viderunt, ut dicam infra libro IV. editi primum sunt ab Aldo A. 1501. 4.

Ausonii Cento nuptialis itidem è Virgilio est expressus. Recentiores vero in hoc genere elaborarunt multi, ut *Lælius Capilupus* Mantuanus in Virgiliocentonibus de vita monachorum: *Julius Capilupus* qvi superioris nepos fuit, in sex Centonibus varii argumenti ad Vincentium Gonzagam Mantuæ ducem. *Saulus Mercerus* sive qvi transpositis litteris sub hoc nomine latet (b) *Marcus Velserus* in Proteo Virgiliano, *Henricus Meibomius* avus in Virgiliocentonibus qvos cum hactenus laudatis junctim edidit, subjunctis Jul. Roscii Hortini contexendorum centonum præceptis, Helmstad. 1597. 4. His addere licebit Ottonis Gryphii vitam CHRISTI, Virgilianis versibus scriptam Ratisbonæ 1594. 4. & Alexandri Rossæi libros XIII. ejusd. argumenti, sub titulo Virgilii Evangelici editos, Christophori Dieterici Steinmanni Jerxheimensis centonem de Nativitate Servatoris, Helmst. 1670. 4. Joannis Czernovice-

(b) In Velseri operibus editus est hic Proteus Norimb. 1682. fol. curante Christoph. Arnoldo.

ni Pragensis centonem de Imperatoribus Austriacis: Menapii Centonem Virgilianum & Ovidianum de fratribus roseæ Crucis, Alexandri Rossæi Psychomachiam Virgilianam &c. Laurentius vero le Brun è Soc. Jesu, in Virgilio suo Christiano Dilingæ 1696. edito Virgilii scitum imitatorem, non centonum συῤῥαπτάδην se profitetur.

Neqve Zoilos suos Virgilio defuisse constat, de qvibus, ne recentioribus exemplis insistam, consulenda Virgilii vita lectu inprimis digna, qvæ Tiberio Donato tribuitur. In ea memoratur etiam Asconii Pediani liber adversus Virgilii obtrectatores scriptus, qvorum unus Carbilius Pictor scripto suo titulum præfixerat, *Æneidomastix.*

X. Alii vicissim Virgilium coluere ad superstitionem usqve, uti rarus solet esse in plerisqve mortalibus vel amoris & admirationis vel vicissim odii modus. Qvis vero non miretur ex ejus poematis velut ex oraculis sortes lectas in rebus maximi momenti, cujus rei plura exempla collegit Antonius Vandalen libro erudito de Oraculis p. 301. seq. edit. secundæ. Sed omnem admirationem superant recentia Christianorum hominum exempla qvæ leguntur in Memoriis Jacobi Welvvodi. Nam illud qvidem fabulis adscripserim, qvod Lojola dicitur malum dæmonem ab homine expulisse pronunciato versu Virgilii IV. Æneid. 165.

Spelun-

Speluncam Dido, Dux & Trojanus eandem
Deveniunt — — —

In præfatione ad Scaligerana A. 1667. edita legas: *Virgilii speculum, & qvidem inter sacra monumenta, Dionysiani in agro Parisiensi Monachi non sine risu visendum præbent. Sic Italos Petrarchæ sui non modo tumulum ædesqve, sed urceum & sedile, imo & domesticæ felis sceleton cadaver aliasqve nescio qvas ejusdem farinæ qvisqvilias magna pompa peregrinantibus ostentare refert Jac. Philippus Thomasinus libro qvem de divini Poëtæ rebus composuit.*

IX. Fuit & Virgilius qvidam Tragœdus sub Nerone Imp. cujus meminit Scholiastes Persii ad Sat. V. 9. Sed & Virginius Romanus Poëta Comicus, sub Trajani Imperio clarus, cujus apud Plinium lib. VII. Epist. 21. mentio occurrit, à Lilio Gyraldo, Petro Crinito, Glandorpio & Vossio Virgilius appellatur.

CAPUT XIII.

DE Q. HORATIO FLACCO.

Horatii ætas, 1. Poëmata, 2. Editiones cum veterum commentariis, ubi de Acrone, Porphyrione &c. 3. Editiones sine commentariis, & cum notis atqve commentariis virorum doctorum recentioris ætatis 4. Versiones & scripta quædam Horatium spectantia 5.

I. Q. HORATIUS FLACCUS (a) Venusii

(a) Φλάκκος ὁ ποιητὴς Plutarcho in Luculo, p. 518. ubi respicit hæc Horatii I. Sat. VI. — — — *chlamydes Lucullus, ut ajunt, si posset centum canæ præbere.*

ſii Apuliæ natus eſt VI. Id. Decembr. (b) L. Cotta & L. Torqvato Coss. Anno .U. C. 689. ante CHRISTUM 65. *Lyricorum fere ſolus legi dignus* judice jam olim Qvintiliano, cum plures hujus generis Poetæ (c) exſtarent Titius, Cæſius Baſſus & alii, qvorum ſcripta qvod abolita ſint huic Qvintiliani cenſuræ tribuendum ſentiunt Barthius LVI. 11. Adverſ. ejusqve familiaris Chriſtianus Daumius libro erudito de amiſſione latinarum radicum p. 61. Vita deceſſit Horatius Epicuri favens (d) dogmatis, at non ineptus morum ſcriptorumqe Cenſor, Mæcenati atqve inde Auguſto mire probatus, eodem qvo Mæcenas Anno U. C. 746. C. Marcio Cenſorino & C. Aſinio Gallo Coss. anno ætatis LVII. ante CHRISTUM VIII. viginti ante mortem Auguſti Imp. Sed de univerſis Poetæ rebus carminumqve plerorumqve qvo ſcripta ſunt tempore accuratiorem notitiam lector petet ex Horatii vita Chronologica, quam nuper in lucem dedit vir antiqvitatis ac rei Chronologicæ, ut inſignibus jam ſpeciminibus demonſtravit, haud vulgariter peritus *Joannes Maſſon.*

II. Scripta Horatii ita recenſet Sidonius Apollinaris Carmine IX. 218. *Non*

(b) Vide antiqvum vitæ Horatii ſcriptorem, qvæ ad Svetonium auctorem vulgo refertur.

(c) De his aliisqve Lyricis latinis Vosſius III. 15. Inſtitut. Poëtic.

(d) Addictus nolui dicere, qvia lib. 1. Epiſt. 1. ſe ipſe dicit Nullius addictum jurare in verba Magiſtri. Confer D. Rappoltum τὸν μακαρίτην in Horat. p. 27. 36. &c.

Non qvod per Satiras Epistolarum
Sermonumqve sales, novumqve Epodon,
Libros carminis ac Poeticam artem
Phœbi laudibus & vagæ Dianæ
Conscriptis voluit sonare Flaccus.

Hæc universa Horatii etiamnum hodie exstant.

Carminum sive Odarum libri IV. ad C. Cilnium Mæcenatem, licet primam Odam libri primi (uti non paucos Virgilii versus) pro spuria habuit Franciscus Gvietus, doctus sed nimis delicati fastidii Aristarchus. Librum qvartum ex longo intervallo addere jussit Augustus, ut in vita Horatii Svetonius memoriæ prodidit.

Epodon liber unus, perinde ut libri carminum vario genere versuum proodico & epodico scriptus, de qvibus consulendus Aldi Manutii tractatus de XIX. generibus metrorum Horatii.

Epodon libro subjicitur *Carmen sæculare*, qvod Horatio componendum injunxit Augustus Anno U. C. DCCXXXVI. ætatis Horatii XLVIII. Meminit auctor vitæ, & Sidonius innuit per *Phœbi laudes & vagæ Dianæ conscriptas*. Sunt qvibus carmen sæculare videtur etiam libri I. Oda XXI. & libri IV. Oda VI. Vide Petri Taffini lib. I. de ludis sæcularibus cap. XVI. & XVII. in Tomo. VIII. thesauri antiqvitatt. Romanar.

Sermonum libri IV. ad eundem Mæcenatem,

E pi-

Epico carmine conſcripti, qvorum duo priores complectuntur *Satiras* (e) ſive Eclogas ut Cruqvius appellat: poſteriores duo ad docendum & inſtruendum facti, *Epiſtolarum* vulgo veniunt nomine, qvorum in altero Ethicum Philoſophum, in altero Criticum profitetur. Alter conſtat Epiſtolis viginti, alter vero tribus, una ad Auguſtum (f) de Poetis, præcipue Romanis: ſecunda ad Julium Florum, tertia ad Piſones patrem & filios à Chariſio diſerte Epiſtolæ nomine memorata, qvæ vulgo ut Sidonii etiam ætate factum, ſejuncta à reliqvis, Fabii auctoritate III. 8. Inſt. Or. inſcribitur *Liber de arte Poetica*, in qvem Porphirio obſervat Horatium congeſſiſſe præcepta Neoptolemi Pariani de arte poetica, non qvidem omnia ſed eminentiſſima. Hæc Epiſtola ſi cum duabus prioribus jungatur, mole & verſuum numero fere æqvabunt priorem Epiſtolarum librum, aut certe parum inter ſe uterqve different, ut pridem notavit Dan. Heinſius.

Verſus octo in qvibusdam Codd. & editionibus

(e) Nonnullas Satiras ante Carmina qvædam in Epodon libro, ſcriptas ab Horatio eſſe diſputat Samuel Petitus lib. 1. Obſervationum capite IX.

(f) Svetonius in Horatii vita.: *Poſt Sermones vero lectos qvosdam nullam ſui mentionem factam ita eſt qveſtus Auguſtus.* Iratum me tibi ſcito, qvod non in plerisqve ejusmodi ſcriptis mecum potiſſimum loqvaris. An vereris ne apud poſteros infame tibi ſit, qvod videaris familiaris nobis eſſe. *Expreſſitqve eclogam, cujus initium eſt:* Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus.

bus præfixi lib. I. Satiræ X. & à Gyraldo dialog. IV. de poetis, Gvil. Cantero aliisqve pro Horatianis habiti: *Lucili qvam sis mendosus teste Catone* &c. tanqvam spurii à Criticis rejiciuntur. Vide H. Stephanum, Lævinum Torrentium, alios.

Svetonius in vita testatur, venisse in manus suas & *elegos* sub Horatii titulo, & *Epistolam* prosa oratione, qvasi commendantis se Mæcenati. *Sed utraqve*, inqvit, *falsa puto. Nam elegi vulgares, Epistola autem obscura, qvo vitio minime tenebatur.* Auctor libri de Orthographia qvi Bedæ vulgo tribuitur p. 2800. edit. Putschii: *Nonnulli veterum ipsa carmina soles nominare, sicut Horatius in principio cujusdam voluminis qvod ita exorsus est:* Soles meos omni Ecclesiæ (Barthius LII.4. legit *Etesiæ*) vestræ commendo. Et *Maro*: sæpe ego longos cantando puerum memini me condere soles.

III. Inter editiones Horatii eas primo loco referam qvæ commentarios veterum adjunctos habent.

Cum commentariis *Helenii Acronis* (g) & *Pomponii Porphyrionis* (h) Antonii Mancinelli & Christoph. Landini, Venet. 1494. fol.

Cum

(g) Acron interpretandi laude qvam Porphyrion inferior est judice Vavassore in libello pereleganti de vi & usu qvorundam verborum latinorum. Ætatem utriusqve qva vixerint non possum exacte definire.

(h) Inter doctos fere constat Commentaria Acronis pariter & Porphyrionis si non auctores mentiri, saltem misere trun,

Cum commentariis Acronis, Porphyrionis, Mancinelli & Jodoci Badii Ascensii, recensente eodem Badio Paris. 1519. fol.

Cum commentariis Acronis, ad voluminis calcem, Basil. 1527. 8.

Cum Acronis & Porphyrionis commentariis, Basil. 1545. 8.

Cum commentariis Acronis & Porphyrionis, admixtis *C. Æmilii*, *Julii Modesti* & *Terentii Scauri* annotatiunculis, emendante G. Fabricio, Basil. 1555. fol.

Cum enarrationibus *commentatoris veteris* (i) e MSto recensiti auctiqve, ac Jacobi Cruqvii Messenii commentario, atqve notis & succidanea appendice Jani Dousæ, Patris, Antvverp. apud Plantin. 1578. 4. & 1597. 1611. 4.

Cum

truncata & interpolata ad nos pervenisse. Vide Jani Parrhasii Epist. 5, Thomam Reinesium in defensione Var. Lect. p. 107. Porphyrionem multo pleniorem & integriorem se habere, & cum notis editurum se scripsit Lud. Carrio lib. 1. emendationum cap. 14. Scholia MSta vetera in Horatium qvæ exstant in Codice Biblioth. Franeqveranæ allegantur à Guthberleto in libro erudito de saliis p. 9. E scholiaste suo inedito locum qvoqve profert Græviu in lectionibus Hesiodeis cap. 17.

(i) Imperfecta & mutilata vetera scholia à Cruqvio edita esse, ita ut aliis editionibus simul opus sit, qveritur Barthius XLII. 22. Adversar. Multa tamen habet hic enarrator Crucqvianus qvæ in vulgato Acrone ac Porphyrione non leguntur. De Crucqvii ipsius commentariis minus præclare sentit Tan. Faber lib. I. Epist. 2. & libri II. Epistola 54.

Cum commentariis vel notis XL. Grammaticorum, in qvibus familiam ducunt veteres Acro & Porphyrio, Basil. 1580. fol.

Cum scholiis perpetuis veteribus (selectis qvidem illis & passim emendatis atqve ab interpolatione purgatis) notisqve accuratis Wilelmi Baxter. Lond. 1701. 8. Insignis hæc est & ad usum legentium perqvam accommodata & emendata editio.

IV. Ceteræ editiones sine veterum commentariis hæ fere sunt præcipuæ:

Non memini antiqviorem Mediolanensi Anno 1476. cui successit Veneta Anno 1478. & qvæ cum *Christophori Landini* interpretationibus, charta & typis nitidis prodiit ibidem 1483. fol. apud Joannem de Forlivio & socios, & cum commentariis *Joannis Arriabeni*, Venetiis An. 1490. fol.

Horatii Epistolæ impressæ Cadomi Anno 1480. cujus editionis exemplar membranæ impressum habuit V. C. Tho. Galeus.

Horatius ex editione *Jacobi Locher*, cum scholiis & glossa interlineari ac figuris, Argentorat. 1498. fol.

Horatii Odæ cum argumentis & tabula legum carminis, Paris. 1498. 4. Fuit in Bibl. Bigotiana.

Aldina editio litteris qvas vocant Italicis sive currentibus A. 1501. 8. atqve iterum emen-

datius & ratione metrorum demonſtrata A
1509. 8. ad Jafredum Carolum, Regii Sena
tus in urbe Mediolano moderatorem, &
1519. 1527. 1559. 8.

Cum notis Badii Aſcenſii, Pariſ. 1506. 4.

Cum *Antonii Boſinii* commentariis, Rom. 4. & in
editione Aſcenſiana, Pariſ. A. 1519. fol.

Friburgenſis 1533. 8. cum notis *Henrici Glarean*
& Anno 1540. 8. cum Nic. Perotti libello de
metris Odarum Horatii qvi exſtat etiam in
edit. Aldina. A. 1519. 8.

Rob Stephani editio, Pariſ. 1539. 1544. 8.

Horatius cum ſcholiis & argumentis *H. Stepha
ni*, & diatribe duplici ſine notatione anni, 8
& ſecunda editio An. 1588. 8. tertia Genev
1600. 8.

Lugdunenſes editiones apud Gryph. An. 1535
1542. 1559. 1567. 8. &c.

Cum *M. Antonii Mureti* commentariis, Venet
apud Aldum jun. 1555. 8. additis ſcholiis *Jo
Mich. Bruti* ad libros Odarum & Epod. id
1561. 1564. 1570. 1582. 8.

Cum notis *Joannis Hartungi*, Baſil. 1555. fol.

Franciſci Irenici, Lugd. 1567. 8. & Dillinga
1585.

Antonii Sebaſtiani Minturni commentarius in Ho
ratium, Venetiis editus.

Horatius è decem codicibus emendatus cum
commentariis eximiis *Dionyſii Lambini*, Lug
dun

duni 1561. 4. & Venetiis 1566. 4. (*) apud Paulum Manutium, tum magnis accessionibus locupletatus, Paris. 1568. 1579. fol. Francof. 1577. fol. apud Wechel. & ib. 1596. 4. Genev. 1605. 4. Francof. 1612. 4. & Paris. 1605. fol. in qva editione accedunt notæ Turnebi & *Theod. Marcilii.*

x castigatione *Theodori Pulmanni*, A. 1566. apud Plantin. minore forma. & 1577. & 1580. cum Pulmanni & Manutii notis. Notæ *Jani Dousæ* patris, & ejus appendix ad commentariolum Horatianum 1582. 12.

eorgii Fabricii, Lips. 1578. 8. 1588. 8. 1605. 8.

loratius *Petri Gvalterii Chabotii* Pictonis Sanlupensis Paris. 1582. Basil. 1588. 8. & cum ejusdem uberioribus commentariis Dialectico, Grammatico & Rhetorico, absoluto A. 1587. & editio Basileæ 1549. fol. ac post auctoris fata iterum (circa A. C. 1597. enim è vivis excessit) recensente Jac. Grassero Basil. 1615. fol. qvæ locupletior est editio, non emendatior. Absurde qvibusdam Chabotius Torrentii commentaria compilasse dicitur, cum Torrentio longe prior scripserit, ut probe animadversum Bælio est T. 1. Lexici p. 888.

Cum argumentis, notis & indice *Gvil. Xylandri*, Neostad. 1590. 8. Heidelb. 1575. 8.

(*) In hac nitida nec ubiqve obvia editione adjunctæ sunt ...ctæ *Jo. Mich. Bruti* ad IV. libros carminum & Epodon li... rum notæ.

Cum erudito commentario *Lævini Torrentii* Episcopi Antvverpiensis bonis Codd. MSS usi: ex officina Plantin. apud Jo. Moretum Anno 1608. 4. Additæ sunt & *Petri Nanni* Alcmariani in artem Poëticam notæ.

Federici Ceruti Medici Veronensis paraphrasi totius Horatii, Veronæ 1585. 4.

Paraphrasis *Eilhardi Lubini*, Rostoch. 1599. 4 Francof. 1612. 4.

Horatius cum scholiis *Greg. Bersmanni* 1602. Lipsiæ 8.

Cum notis Dan. Heinsii, ap. Rapheleng. 1610 8. & 1612. 8. addito libro ejusdem Heinsii de satira Horatiana, una cum fragmentis satirarum *Lucilii*, qvi primus, ut ait Plinius, condidit styli nasum, qvalia Rob. Stephanus in fragmentis latinor. Poëtarum dederat & fragmentis Græci Sillographi *Timonis*, petitis è Poësi Philosophica H. Stephani. Tertia Heinsii editio, Lugd. Bat. 1629. 12. & qvarta sine notis Amstelod. 1676. forma minore.

Cum notis *Jani Rutgersii*, Paris. 1613. 12.

Horatius ab omni obscœnitate Romæ expurgatus, Colon. 1616. 8.

Jodoci Desmarez Antvverpiensis, è Soc. Jesu brevis commentarius ad Horatium ab omni obscœnitate purgatum, Duaci 1636. 8.

Cum

Cum notis brevibus & perspicuis *Joannis Bond.* Hanov. 1621. 8. Amst. 1630. 12. 1636. 1650. 12. & sæpius deinde alibi.

Horatius è typographia Regia, Paris. 1642. fol. typis luculentis.

Cum commentariis selectis *Variorum* & scholiis integris Joannis Bond, curante *Cornelio Schrevelio*, Lugd. Batav. 1653. 1658. 1668. & 1670. 8. in qva editione præfatio promittit Rurgersii Venusinas lectiones in Horatium, sed has diu postea demum integras è Bibliotheca Nic. Heinsii A. 1699. edidit Clariss. Burmannus.

Cum notis *Jo. Minelli*, Roterd. 1668. 1673. 12.

Cum castigationibus *Tan. Fabri*, Salmur. 1671. 12.

Cum Minelli notis commentarioqve eximio D. *Frid. Rappolti* & supplemento *Joachimi Felleri*, Lips. 1675. 8. duobus volum.

In usum Delphini, at privato ausu Horatium edidit *Petrus Rodellius*, è Soc. Jesu, cum paraphrasi ac notis, Tolosæ 1683. 8. Postea auspiciis Regiis idem præstitit *Ludovicus Desprez*, Paris. 1691. 4. in qva editione exstat etiam omissus à Rodellio index omnium verborum. Recuderunt Desprezii Horatium Londinenses A. 1694. 8. & omissa adulatoria præfatione adjecere vitam Horatii, Andreæ Dacerii notis illustratam, ejusdem Chronologiam Horatianam & dissertationem de origine ac progressu satiræ Romanæ, ex Gal-

lico idiomate latine versam. In Amstelodamensi editione Anno 1695. 8. ad Londinensem expressa omissus est index omnium verborum.

Horatii carmina expurgata, cum notis eruditis & eleganti interpretatione *Josephi Juvenii* S. J. Paris. 1696. 8. *Qvod spectat*, inqvit, *a rationem, qvam in interpretando secutus sum, nol eam esse nimis exsangvem & jejunam, qvalem ce nere est in iis commentariis qvæ haud ita pride exierunt, in qvibus interpretatio fere est horrida hirsuta, dum verbum verbo religiose ac putide p tius reddit: amœnitatem qvandam sectatus sum explicando amœnissimo poëta, & malui ut ubert qvam inopia culparetur.*

Horatius cum scholiis eruditis *Eduardi à Zurc.* Harlem. 1697. 8. Lond. 1702. 8.

Cum lectionibus Venusinis *Jani Rutgersii*, edente Petro Burmanno V. C. Trajecti Batavo. 1699. 12.

Horatius perqvam nitide ad optimorum exemplarium fidem excusus cum castigationibus qvibusdam & variis lectionibus notatu dignioribus *Cantabrigiæ* typis majoribus Academicis An. 1699. 4. atqve iterum minoribus typis A. 1701. 12. curante potissimum viro doctissimo Jac. Talbortio. Ibidem à Clariss. Bentleio aliam adhuc editionem hujus Poëtæ, aliqvot centenis locis restitutam & notis illustratam erudi exspectant.

I

In *Artem Poeticam* ſeparatim ſcripſere plurimi, qvorum non nullos annotavit etiam Adrianus Bailletus in judiciis eruditorum de ſcriptoribus hujus argumenti, ſingulari volumine recenſitis.

Vitus Amerbachius, Argent. 1543. 8.

Franciſcus de Caſcales, Valentiæ 1659. 8.

Nic. Colonii expoſitio, Bergomi 1587. 8

Tho. Corræus Luſitanus, Venet. 1587. 8.

Tryphonis Gabrielii, Pariſ. 1544. 8.

Henricus Glareanus, Pariſ. 1533. 4. apud Rob. Steph.

Jac. Grifoli Florent. 1550. Pariſ. 1552. & Venet. 1562. 8. cum apologia adverſus Jaſonem de Nores.

Sigismundi Julii Paraphraſis, Laugingæ A. 1600.

Andreæ Kragii Analyſis dialectica & Rhetorica, Baſil. 8.

Franciſci Luiſini commentarius, Venet. 1554. 4. apud Ald. Manut.

Vincentii Madii Brixiani, Venet. 1550.

Aldii Manutii Junioris, ibid. 1576. 4.

Herculis Manzonii, Bergomi 1604. 4.

Petri Nannii, ad calcem edit. Horatii cum Torrentii commentario, Antvv. 1608. 4.

Jaſonis de Nores, Cyprii, Pariſ. 1544. 8. Venet. 1553.

Jani Parrhaſii, Neap. 1531. 4. Pariſ. 1553. Lugd. 1536. Venet. 1553.

Fr. Philippi Pedimontii Ecphraſis, Venetiis 1546. 4.

Jo. Piſcatoris, Spiræ 1595. 8.

LambertiLudolphiPithopœiParaphraſis, Heidelb. 1595. 8.

Franciſci Robortelli commentaria cum ejus explicationibus deSatira,Epigrammate,Comœdia, ſalibus &Elegia, Florent. 1548. fol.

Jo. Sambuci Paraphraſis, Antvv. 1564. 8.

Franciſci Sanchez annotationes, Salmanticæ, 1591. 8. Antvv. 1592.8.

Achillis Statii notæ, Antvverp. 1553. 4.

Jo. Sturmii commentarius, Argentorat. 1576.8.

Jod. Willichii, Francof. 1539. 8.

In *Epiſtolas* Claudius Minos, Pariſ. 1584. 4. Jo. Amarito, ib. 1553. Nicod. Friſchlini paraphraſis,Francof.1586.1596.8.&Jo. Piſcatoris AnalyſisLogicaEpiſtolarum, artis poeticæ & ſelectarum aliqvotOdarum,Spiræ.1595.8

In *Satiras*.

Jacobi Cruqvii notæ excuſæ ſeparatim 8. apud Plantin.

Sigismundi Julii Mynſingii paraphraſis in lib. 1 Satirarum 1602. 4.

Julii Aurelii Haurechi commentarius in ſatiras duas primores, Antvv. 1541. 8.

In *Odas & Epodon librum*, Jo. Mich. Brutus de qvo ſupra. Hermannus Figulus, Francof. 1546.

Bernhardinus Parthenius Spielenbergius, Venet. 1584. 4. PhilippusEugentinus, Jo. Tho. Freigius &c.

In librum 1. Odarum Adr. Turnebus, Pariſ. 1577. & 1586. 8. una cum animadverſioni-

bu

bus ex ejusdem Adversariis in varia Horatii loca, notisqve Mureti & Manutii in Horatium.

Pauli Franci commentarii Horatiani in I. & II. librum Odarum, Francof. ad Viadrum 1521. 8.

Joannes Cæsarius in Odas triginta duas libri primi, Rom. 1566.

Hugolinus Martellus, Episcopus, in Odam 2. libri IV. de Pindari laudibus, Florent. apud Juntas 1579. 4.

Joannis Piscatoris Analysis in Odas selectas, Spiræ 1595. 8.

Julianus Aurelius Lessigniensis Belga in Odam 1. & 2. cum paraphrasi in easdem, Antvverp. 1541.

Blasius Bernhardus de laudibus vitæ rusticæ ad Horatii 2. Epodon. Florent. 1613. 4. Aldus Manutius de eodem argumento, Venet. & Jo. Weitzius, Francof. 1625. 8.

Jac. Cruqvii notæ in Epodon librum excusæ separatim apud Plantin.

Philippi Bebii è Soc. Jesu commentarius in Lyrica Horatii ab obscœnitate expurgata, Colon. 1633. fol.

V. Horatii versiones Vernaculæ.

Gallicè.

Ars Poëtica per Pelletarium, Paris. 1540. 8.

Satiræ & Epistolæ qvædam Francisco Haberto interprete, Paris. 1551. 8.

Martignaci verſio cum notis, Pariſiis 1596. 2. volum.

Portæſii (de la Porte) id. 1584. 12.

Fratrum Roberti & Antonii Chevallerii Agnelli (de Chevallier d' Agneaux) id. 1588. 8.

Beneventani (Bienvenu) Pariſ. 1633. 8.

Michaelis de Marolles, ibid. 1652. 8. duobus vol. & 1660.

Horatius cum luculenta *Andreæ Dacerii* (*) Gallica verſione ſermone ſoluto, & animadverſionibus doctiſſimis, qvibus & ſenſus Poetæ &, qva occaſione qvove tempore qvæqve ſcripſerit diligenter & copioſe exponuntur, Pariſ. 1681. & Amſt. 1691. 12. decem voluminibus.

Satiras, Epiſtolas, artemqve Poeticam noviſſime Gallica proſa ſcite tranſtulit *Tarteronus* è Soc. Jeſu, Pariſ. 1685. 12. Odas & Epodon librum *Bellegardeus* qvæ interpretatio & ipſa male ad Tarteronum refertur in edit. Pariſ. Ao. 1704.

Italice prodiit Horatius cum commentario Johannis Fabrini, Venet. 1584. 1599. 4.

Hiſpanice Villeno de Biedma interprete, Granat. 1599. fol.

Anglice Odas verſibus reddiderunt Tho. Havvkinus & H. Riderus, Lond. 1635. 1638. 8.

Ger-

(*) Hæc editio omnium optima eſſet judice Jo. Clerico part. 1. Artis Criticæ p. 81. ſi notæ latine exſtarent firmarenturqve veterum teſtimonis plurima, qvæ ſine probationibus proferuntur, & inutilia circumciderentur.

Germanice Jacobus Rothius Poeſeos Prof. in Academia Baſil. (1703. denatus) 1671. 8.
Belgice interprete J. van Vondel. Amſt. 1656. 12. & Ars poëtica ab Adriano Pels, ib. 1677. 8.
Deniqve in *Rusſorum* idioma nuper Horatium convertiſſe traditur Elias Kopyevvitz.

Scripta varia Horatium illuſtrantia.

Th. Treteri Poſnanenſis index omnium vocabulorum in Horatio, Antvverp. 1576. 8. & Francof. 1600. 8.
Ant. Tanii Index in Horatium & Boetium, Mediolan. 1610 8.
Dan. Avemanni Hodegeta ſive Index Horatianus, Brunſvig. 1667. 8. Jodoci Deſmarez Horatius in uſu, ſive Horatianæ Phraſis puritas, copia, elegantia, Colon. 1648. 12.
In locos communes Horatium utili poeſeos ſtudioſis conſilio digeſſit Joſephus Langius, Lugd. 1604. 12. uti Virgilium Mich. Coiſſardus è Soc. Jeſu, Pariſ. 1683. 12.
Emblemata Horatiana cum elegantiſſimis iconibus ære deſcriptis edidit Otto Vænius pictor, freqventer recuſa nec latine modo, ſed Gallice qvoqve & Germanice edita.
Cum *Pindaro* Horatium contulit Franciſcus Blondellus ſingulari diſſertatione vulgata Gallice, Pariſ. 1673. 12. atqve inde Amſtelodami, docetqve Horatium magis uſum judicio, Pindarum Enthuſiaſmo poetico plus indulſiſſe. Vide etiam, ſi placet, egregii Poetæ

tæ Hurtadi de la Motte, dissertationem Gallice nuper editam de ratione & virtutibus Odarum.

Parodias Horatianas ediderunt Casp. Cunradus, Jo. Otto Mariana, Melch. Adamus, H. Meibomius, Tho. Sagittarius, & novissime Joachimus Henningius ὁ μακαρίτης. E veteribus huc spectat aliqvo modo *Metellus* Tegerensis seu Tegerensis Monachus in Bavaria qvi circa A. C. 1060. metris Horatianis scripsit Qvirinalia in laudem S. Qvirini martyris, Philippi Imp. filii, Episcopi Laureacensis: edita ab Henrico Canisio appendice Tomi I. lectionum antiqvarum. Laudat hunc scriptorem pro sæculi qvo vixit barbarie non inelegantem & Odas nonnullas ex eo refert Petrus Taffinus de anno Sæculari part. 1. cap. VIII. & part. II. cap. ult. Tomo VIII. thesauri Antiqvitatt. Rom. Græviani.

Metrorum Horatianorum rationem explicarunt ex antiqvis Diomedes III. artis Grammat. p. 517-528. è recentioribus Nic. Perottus & Aldus Manutius qvos jam supra memoravi, tum Franciscus Patricius qvi MS. fuit in Bibl. Heinsiana, ut Dan. Bambergium aliosqve omittam.

Horatium à Jul. Cæsaris Scaligeri censuris defendit Bernhardus Parthenius Spielenbergius commentario ad Odas.

CA-

CAPUT XIV.

DE CORNELIO GALLO, Albio TIBULLO, & Sexto Aurelio PROPERTIO.

Cornelii Galli nomen & ætas. 1. Sex elegiæ Maximiani, falsò illi tributæ. 2. Alia sub ejus edita nomine, 3. Scripta deperdita, 4. Ciris Virgilii à quibusdam relata ad hunc Gallum veluti auctorem, 5. De Tibullo, 6. Ejus editiones, 7. De Propertio. 8. Ejus editiones.

I. CORNELIUS GALLUS Forojuliensis, Orator & Poeta clarissimus, cui Virgilius Eclogam X. & Parthenius Græcus scriptor Erotica sua inscripsit, à Strabone Lib. XVI. p. 780. vocatur Ælius Gallus, ad qvem locum vir summus If. Casaubonus: *Hic est Gallus ille Poeta egregius, qvi Euphorionem latinis versibus expresserat, Virgilio apprime charus, ut testatur ecloga postrema, & ibi Servius. Fuit & Augusto aliqvando charissimus, à qvo primus omnium constitutus est* ὕπαρχος Αἰγύπτου *qvi vocatur præfectus Augustalis, ejusdemqve jussu suscepit expeditionem quæ hic à Strabone describitur. Postea in odium Augusti ita venit, ut coactus sit ipse suis manibus se interficere* (a) *ut testatur Eusebius in Chron. & Svetonius ac Dio, qvi modo eum Gallum Cornelium appellat, ut Svetonius Cornelium Gallum: modo Ælium Gallum, ut Strabo & Josephus. Eusebio dicitur Cajus Cornelius Gallus, aliis ut Eutropio Cnejus Cornelius Gallus. Historiam hujus expe-*

(a) Hoc factum est Anno U.C. 728. ante CHRISTUM 26. Vide Dionem LIII. p. 512.

expeditionis refert Dio libro LIII. Alia de hoc Gallo lectorem docebit doctissimus & humanissimus vir Justus Fontanini in libro de Scriptoribus Forojuliensibus.

II. Præsenti qvidem loco memorandus nobis venit Gallus iste propter *Elegias VI.* sub ejus nomine editas, & in qvibusdam Catulli, Tibulli ac Propertii editionibus, & in poematis veteribus à P. Pithœo collectis, atqve inter Catalecta Ovidii à Goldasto vulgata obvias, sed in qvibus nihil observarunt viri docti antiqvo illo Poeta illustri dignum. *Miratus sum qvorundam impudentiam*, inqvit Gyraldus, *ne dicam amentiam, qvi tralatitios qvosdam & ementitos versus sub Galli Poetæ nomine ediderunt, cum in iis neqve phrasis nec tempus Gallo conveniant, qvi tertio & qvadragesimo ætatis suæ anno sua sibimet manu mortem accersit, in iis autem se senem describit. Sed nec in plerisqve versibus purus & sincerus est sermo latinus, qvin & syllabarum moræ & tempora, metri leges nonnunquam excedunt.* Maximiani (b) *vero nugatoris cujusdam & nebulonis potius eorum versus plurimi sunt. Et si hoc avetis nosse, ex vetustioribus adhuc quibusdam exemplaribus* (c) *est*

vide

(b) Cornelium Maximianum Gallum Etruscum intellige, qvi sub Anastasio Imp. floruit, & cujus nomine sæpius deinde editæ sunt hæ sex Elegiæ. Ejus carmina super senectute, regulam metricam, carmen de virtute & invidia, ira & patientia atqve avaritia memorat Labbeus Bibl. nova MS. p. 63.

(c) MStum ejusmodi memorat etiam Aldus; & Vossius

p. 25

videre, in qvibus Maximiani ipsius nomen legitur, illius inqvam Maximiani, cujus & insignis Grammaticæ nugator Alexander nugas irridet: qvod nomen in editis & excusis nuper libellis per fraudem est prætermissum.

III. Addit Gyraldus: *Unam vero vel alteram legiam ipsius Galli esse non abnuerim.* Qvibus verbis respexit fortasse ad Elegiam à prioribus diversam qvam sub Galli nomine cum tribus epigrammatibus separatim deinde Florentiæ vulgavit Aldus Manutius Pauli F. cujus hoc est initium:

Non fuit Arsacidum tanti expugnare Seleucen,
Italaqve ultori signa referre Jovi.

Sed hanc elegiam Gallo abjudicant P. Pithœus & alii viri docti, qvemadmodum & carmen lyricum qvod incipit: *Lydia bella puella candida*, & decastichon ad Augustum de morte Virgilii, cujus hic primus est versus: *Temporibus letis tristamur maxime Cæsar.* Omnia hæc leguntur in collectionibus P. Pithœi & Goldasti, & in editionibus qvibusdam Catulli, Tibulli, Propertii, ut illa qvam Simon Abbes Gabbema adornavit.

IV. Allegatur Gallus à Vibio Seqvestre libello de fluminibus p. 333. *Hypanis Scythiæ, qvi tait Gallus,*

Uno tellures dividit amne duas,

Asiam

25. de Poetis latinis. Adde plurium virorum doctorum testimonia apud Bailletum judic. de Poetis parte 2. 126.

Asiam enim ab Europa separat. Fugiebat hic locu elegantissimum Brockhusium, cum in præ claris illis suis ad Propertium notis p. 209. scri beret ne unum qvidem Galli fragmentum ex stare hodie apud Grammaticum ullum. It enim ille ad hæc Propertii II. 25. v. 91.

Et modo formosa qvi multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lavit aqva.

Ex Euphorione Chalcidico expressum notat eruditis simus Schottus lib. 2. Observ. Human. c. 26. cuju Poetæ scripta omnia interciderunt, qvamvis eum la tinum (d) *fecisset hic ipse Gallus, qvi nec in sui qvidem carminibus mitiorem habuit sortem. Ade enim funditus perierunt omnes viri eximii lucubra tiones, (nam præter Euphorionem latio donatur qvatuor Amorum libros laudat Servius ad Eclog* 10.*) ut ne unum qvidem inde fragmentum exste hodie apud Grammaticorum ullum. Qvod vald mirum videri potest, qvum in magno pretio fuerit etiam post mortem. Nam ne famæ ejus obfuisse pu tes indignationem Augusti, satis superqve evin cunt luculenta testimonia magnorum hominum, qi cum Augusto vixerunt. Itaqve nihil nobis resta*

a

(d) Servius in Eclog. VI. *Hoc autem Euphorionis cont nent carmina qva Gallus transtulit in sermonem latinun* Et in Eclog. X. *Hic est Cajus Asinius Gallus Orator, Asin. Pollionis filius, qvi ante omnes primus Ægypti præfectus fu. eximius poeta: nam & Euphorionem, ut supra diximus, tran. tulit in latinum sermonem & amorum suorum de Cytheride l. bros scripsit qvatuor.* Probus Grammaticus: *Euphorion el giarum scriptor Chalcidensis fuit, cujus in scribendo colore secutus videtur Cornelius Gallus.*

Cornelio Gallo præter solam memoriam. Nam libel- *lus ille, qvi vulgo sub ejus nomine circumfertur, aucto-* *rem habet nescio qvem Maximianum, scriptorem bar-* *barum, lutulentum, ac tantum non stercoreum. Pri-* *mus fucum studiosis hominibus facere ausus est sub no-* *mine tam bono Pomponius Gauricus, & successit ei* *Pangonium, qvanquam contra starent viri eruditissimi,* *applaudentibus inficeti vulgi suffragiis. Verum qvum* *lucem claram ferre non posset fœtus hic nocturnus, pro-* *diit paulo post alia elegia auctorem ementita Asinium* *Gallum, cujus hoc est initium,* Non fuit Arsaci-um &c. *Edita autem fuit Florentiæ ab Aldo Manu-* *tio P. F. de ea qvid senserit jam tum Josephus Scaliger,* *notum est, plus quam verum. Qvid igitur sibi voluit* *homo multi nominis Renatus Rapinus, qvi post com-* *posita nescio qvam feliciter tot paria summorum ex* *antiquitate virorum, præferre ausus est Cornelium Gal-* *lum (in elegia ne erres) Catullo ac Mæcenati? Ecce* *ejus verba:* Il nous est resté qvelqves Elegies de Catulle, de Mecenas, de Cornelius Gallus, qvi sont d'une grande pureté, & d'une grande de-licatesse: mais le vers de Catulle & de Mecenas est d'une trop grande molesse, & d'une negli-gence trop affecté: celui de Cornelius Gallus est plus rond, & il soutient mieux. *O judicium!* *Et tamen hæc qvi libenter legunt, multum sibi profice-* *re videntur.*

Qvintilianus lib. I. Instit. Or. c. 5. *In Oratio-* *ne Labieni, sive illa Cornelii Galli est, in Pollionem* *casnar assectator è Gallia ductum est.*

V. Cirin Virgilianam ad Cornelium Gallum veluti auctorem referre non dubitat Barthius

R ad

ad Statii 2. Thebaid. p. 527. levi conjectura du-
ctus, qvam ipse rectius alibi ad Maronem retu-
lerat. Vide, si placet, qvæ notavi de hoc poë-
mate supra c. XII. §. 8. p. 222.

VI. ALBIUS TIBULLUS(*) Eqves Romanu
miræ svavitatis tersæqve elegantiæ Poëta qv
triginta minimum annis Ovidio ætate antece
sit, non multo post Virgilium tempore ere
ptus è vivis.

Exstant ejus *Elegiarum libri IV*. In qvibus *pan*
gyricus ad Messalam, qvi est in limine libri ultim
Heroico carmine decurrit. Librum qvartur
excepto jam dicto in Messalam Panegyrico Ba
thius LIX. 16. suspicatur esse non Tibulli se
Sulpiciæ ejusqve mariti *Caleni*. Sulpiciæ etia
tribuit doctissimus Broukhusius.

Amores Deliæ suæ (sive Planiæ libertinæ) ve
Nemesis vel Neæræ deniqve ubiqve spirat hi
poëta, unde Antonius Possevinus ad ejus lectio
nem accessurus flexis genibus orabat Deum, n
svavitate versuum ipsius ad libidinem movere
tur, ut refert Menagius in Anti-Bailletto T.
pag. 333.

Charisius è Tibullo duobus locis affert he
mistichion: *implicuitqve femur femini*, qvod i
elegiis qvas habemus, non legitur, etsi simil
qvid lib. 1. IX. 26. occurrit. Forsan exstitit i
Epistolis ejus brevibus amatoriis, qvas aucto
vitæ ejus commemorat. VI

(*) Huic inscripsit Horatius libri I. Odam. 33, & libri I.
pist. 4. De ætate Tibulli consulendus Janus Dousa in schedi
mate succidaneo ad Tibullum, qvod suæ editioni subjun
Clariss. Broukhusius.

VII. Sæpiſſime Tibullus una cum Catullo ac Propertio editus & à variis hominibus eruditis illuſtratus eſt, uti ſupra c. V. dixi, neqve habeo, in præſenti qvas editionibus ibidem laudatis adjungam, præter uſurpatas noviſſimo editori principem editionem Venetam 1475. & alteram qvæ Regii Lepidi prodiit 1481. tertiamq; Brixienſem 1486. Deniq; hanc ipſam perqvam emendatam nitidamqve qvæ noviſſime lucem vidit cum commentario *Jani Broukhuſii*, paulo poſt defuncti, Poëtæ non minus qvam Critici & interpretis Poëtarum feliciſſimi, Amſtelod. apud H. Wetſten. 1707. 4. ex pluribus Codd. MSS. caſtigata additis præter Variar. lect. libellum notis Nic. Heinſii & indice omnium vocabulorum.

VIII. SEXTUS AURELIUS PROPERTIUS (a) Umber, non minorem laudem ſcriptis elegis apud Latinos conſecutus, qvam apud

(a) In MSS. Beroaldus & poſt eum alii offenderunt Propertii nomini additum alterum cognomen *Nauta*, pro qvo *Natta* malit Lipſius Lib. III. Var. Lect. c. 23. Sed uti Martialis *Coqvus*, Plautus *Aſinius* qvibusdam librariis audit, (vide Barthii lib. VI. c. 1. Adverſar.) ita etiam Propertius *nauta* dictus eſt ex male lecto verſu 24. Elegiæ 19. libri II. *qvamvis navita dives eras* pro qvo Scaliger & ante eum Beroaldus, & apud Alexandrum Alexandrinum lib. 2. dier. genial. c. I. Sannazarius docuere legendum *non ita dives eras*. Umbrum ſe teſtatur ipſe Propertius IV. 1. 64. *Umbria Romani patria Callimachi*. Fallitur enim Blondus, qvi de alio qvodam loqvi Propertium exiſtimavit. Ad num Mevania, an vero Aſſiſium vel Amelia Propertium protulerit, vide Scaligerum ad IV. 1. Thaddæi Donnolæ JCti Hiſpellatis divinationem editam Fulginiæ 1629. 4. Rufini Bini Aſſiſiatis diſſertatio qva Propertium Aſſiſiatem fuiſſe adverſus Mevanates diſputavit, memoratur à Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 68.

Græcos Callimachus, Cousqve Philetas, qvos æmulatum esse se ipse prædicat; uti Propertium à qvo genus ducebat Passienus Paulus, cujus elegos (sed pridem deperditos,) opus tersum, molle, jucundum, & plane in Propertii domo scriptum laudat Plinius lib. IX. Epist. 22. ad Severum. Floruit post Tibullum eodem qvo Ovidius tempore, ante Ovidium sodalem suum defunctus, ut hic testatur lib. IV. Tristium Elegia 9.

Successor fuit hic (Tibullus) *tibi, Galle: Propertius illi.*
Qvartus ab his serie temporis ipse fui.

Exstant Propertii qvoqve *libri* (b) *IV. Elegiarum*, lascivi passim, qvibus (c) cœlebs ipse Cynthiæ sive Hostiæ nuptæ blanditur, ceterum Tibullianis non concedentes lepore & elegantia, eruditione vero illos etiam antevertentes. Loca qvæ è Propertio affert Fulgentius in *dividias*, *dividias mentis conficit omnis amor* & in *cantillare*, *cantillata geris vadimonia*, in libris qvos habemus incassum qværes.

IX. Jovianus Pontanus apud Alexandrum de Alexandro lib. II. Genial. dier. c. 2. refert Propertii elegias se adolescentulo primum in lucem prodiisse, cum antea inscitia temporum incom-

(b) Apud Martialem in Apophoretis Epigr. 189. Codice MSti exhibent tituli loco *Propertii Monobiblon*, qvem libro primo Scaliger, Lipsius lib. I. c. 16. Var lect. contendit competere libro qvarto, ut de tribus prioribus accipiatur hoc Propertii II. 10. 25. *Sat sit magna mei si tres sint pompa libelli, qvos ego Persephonæ maxima dona feram.*

(c) Vide Brouckhusium ad II. 6.

incompertæ forent & incognitæ, opusqve ob-
litteratum & longiſſimo ævo abſumtum corro-
ſis & labentibus litteris in cella vinaria ſub do-
liis inventum apparuiſſe, & cum libelli vetuſta-
te verbis & nominib9 abſumtis longo ſitu & ſe-
nio qvod in diuturna obſcuritate latuerat verã
lectionem aſſeqvi neqvirent, effectum ut men-
doſi inde codices prodirent, paulatimqve dis-
cuti errores & corrigi cœptos, nec tamen effici
qviſſe ut poſteris omnino integri inoffenſiqve
darentur. Editus fuit Propertius primum An.
1474. deinde Venetiis A. 1475. qvam nihilo in-
feriorem MStis laudat Broukhuſius. Inde Regii
Lepidi A. 1481. qvam pro principe editione per-
peram habebat Voſſius pater in Ariſtarcho.
Tum ab Antonio Volſco ſed conjecturis ſuis ni-
mium paſſim tribuente Ao. 1488. Evolvi qvo-
qve eximiam Propertii editionem vulgatam
Pariſiis 1499. 4. apud Mich. Toloſam. Alias edi-
tiones in Catullo ſupra videbis ac Tibullo, qvi-
bus Propertium jungi ſolere etiam pueris eſt
notiſſimum. Itaqve hoc loco tantum addam
eum ſeparatim exſtare excuſum è recognitio-
ne *Gvil. Canteri* in officina Plantiniana Anno
1569. & luculentis commentariis illuſtratum
à *Joanne Paſſeratio* Pariſ. 1608. fol. Novam
vero eximiam hujus Poëtæ editionem é MSS.
emendatam diligenter, & animadverſionibus
eruditis atqve ingenioſis illuſtratam publico
nuper dedit, qvi omnes ejus Veneres imbibit
elegantiſſimus *Janus Broukhuſius*, Amſt. 1702. 4.

ex officina Henr. Wetstenii, subjuncto indice omnium vocabulorum. Nic. Heinsii notæ in Propertium, qvæ vulgandæ promittuntur pag. 162. nondum lucem viderunt.

CAPUT XV.

DE P. OVIDIO NASONE.

Ovidii ætas & vita. 1. Scripta qvæ exstant. 2. Deperdita. 3. Supposititia. 4. Editiones. 5.

I. P. OVIDIUS NASO (a) ex Ordine Eqvestri natus Sulmone in Pelignis A. U. C. DCCXI. Vitam suam ipse describit IV, 10. Tristium. Propter ingenium miramqve versus svavissimos, elegiacos (b) præsertim effundendi facilitatem uni-

(a) Ex hujus Nasonis posteris fuit Nasonius Ambrosius qvi sepulchrum Nasoniorum in via Flaminia Romæ extrui curavit, si credimus Joanni Petro Bellorio in descriptione ejus sepulchri à Petro Sancto Bartolo delineati T. XII. thesauri Antiqv. Roman. p. 1041. M. Actorii Nasonis mentio apud Sveton. Cæsare c 9. Axii Nasonis apud Carolum Patinum in numo p. 44 famil. Rom. Alius Q. Ovidius ad qvem Martialis X, 44. At in versione veteri Josephi, initio libro XII. Antiqv. & apud Freculphum pro Ovidio Sabatarcide legendum Cnidius Agatharchides, ut Meursio in Bibl. Græc. pag. 1200. observatum. Ovidii vita scripta à Bono Accursio fuit in Bibl. If. Vossii.

(b) Ovidius de se lib. I. de remedio amoris extrem.

Tantum se nobis elegi debere fatentur,
Qvantum Virgilio nobile debet opus,

Poë-

universis gratus & acceptus, soli Imp. Augusto invisus, qvi de sollicitata sub Corinnæ nomine lascivis versibus Julia sua suspectum, & alio præterea nomine (c) exosum Tomos in exsilium misit, ubi decessit Tiberio imperante, annum agens sexagesimum. Qvæ de calamo (d) ejus

 argen-

Poëmata illius ipso etiamnum superstite decantari solita observat Salmasius ad Solin. p. 601. Versus unus Ovidii omnium durissimus & judice Francisco Vavassore p. 38. libri de Epigrammate vix excusandus hic est; *Vix excusari posse mihi videor.*

(c) Ovidius 2. Trist. v. 207.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error,
Alterius facti culpa silenda mihi est.

dem alibi: *Inscia qvod crimen viderunt lumina, plector,*
Peccatumqve oculos est habuisse meum.

Confer Savaronem ad Sidonium Apollinar. lib. 2. Epist. 10. 155. & ad carmen 23. p. 186. seq. & Bælii Lexicon in *Ovide* nota A. Ab illo exilio autem Ovidius *Geta* qvandoqve cognominatur à librariis.

(d) De calamo Ovidii hæc Hercules Ciofanus in Ovidii ita: *Isabella Pannonia Regina circiter annum MDXL. Ovidii calamum ex argento Tauruni qvæ est urbs inferioris Pannonia, ostendit Petro Angelo Bargæo qvi hoc ipsum mihi narravit, cum hac inscriptione:* Ovidii Nasonis Calamus, *qvi non multo ante id tempus sub qvibusdam antiqvis ruinis fuerat repertus. Eum Regina ipsa plurimi faciebat, & veluti rem sacram carum habebat. De eodem calamo Cœlius Calcagninus qvi & ipse in Sarmatia fuit in elegia qva Scytharum mores describit* &c. Tumulum Poëtæ post inventos scilicet Ciceronis de Rep. libros de qvibus supra p. 127. in media Moscia repertum narrat Isaacus Bullartus in Academia scientiarum & artium T. I. p. 87. in vita Joannis Zamoscii, tumuloqve inscriptum carmen: *Hic*

argenteo & ſepulchro in Moſcia reperto feruntur, ea fabulis per me lector ad ſcribet.

II. Exſtant ejus *Heroides* ſive *Epiſtol. XXI. Elegis verſibus.*

1. *Penelope Ulyſſi.* (e)
2. *Phyllis Demophoonti.*
3. Briſeis Achilli.
4. *Phædra Hippolyto.*
5. Oenone Paridi.
6. *Hypſipile Jaſoni.*
7. *Dido Æneæ.*
8. Hermione Oreſtæ.
9. Dejanira Herculi.
10. *Ariadne Theſeo.*
11. *Canace Macareo.*
12. Medea Jaſoni.
13. Laodamia Proteſilao.
14. Hypermneſtra Lynceo.
15. *Sappho Phaoni.* (f)
16. Paris Helenæ.
17. Helena Paridi.
18. Leander Heroni.
19. Hero Leandro.

20. A

Hic ſitus eſt vates, quem Divi Cæſaris ira
Auguſti Latia cedere juſſit humo.
Sæpe miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtra: hunc illi fata dedere locum.

(e) Hanc Epiſtolam Græca elegia expreſſit Carolus Utenhovius in calce libri I. alluſionum p. 126.

(f) Vide Fulvii Urſini carmina IX. fœminarum, ubi h elegia cum variis lect. exhibetur.

20. Acontius Cydippæ.
21. Cydippe Acontio.

Hoc ſcribendi genus (g) tenerum, ſollers, eruditum primus invenit Ovidius, atqve ut ipſe ait III. artis amatoriæ v. 346.

Ignotum hoc aliis ille notavit opus.

Pennelopes ad Ulyßem reliqvasqve qvas ſimili charactere exprimi curavi, ipſe agnoſcit lib. 2. Amorum elegia 18. Ex ceteris qvædam fortaſſe Epiſtolæ auctorem habent *Aulum Sabinum*, qvem eodem loco Naſo laudat, & ſub cujus nomine tres Epiſtolas habemus Ovidianis reſpondentes & inter Ovidii poemata poſt editionem Venet. 1485. & Parmenſem 1489. ſæpius vulgatas.

1. *Ulyſſis ad Penelopen.* (h)
2. *Demophoontis ad Phyllidem.*
3. *Paridis ad Oenonen.*

Non me fugit Voſſium patrem in lib. de Poetis latinis eas Sabino indiginas judicare. Sed malo ſententiæ aliorum virorum doctorum ſubſcribere, qvibus genuinæ Sabini videntur:

(g) Imitati ſunt iſtud Epiſtolarum Heroicarum genus è recentioribus multi, ut *Latine* Jo. Meurſius, *Germanice* Hofmannus ab Hofmannsvvaldau, Poetarum noſtrorum Princeps. *Anglice* auctor libri nuper editi cui titulus: *Ovidius Britannicus*, or love Epiſtles in imitation of Ovid being an intrigve betvveen tvvo perſons of qvality, to vvhich are added Phaon's anſvver to Sappho, and Theſeus anſvver to Ariadne, vvhich are vvanting in Ovid's Epiſtles, Lond. A. 1703.

(h) Hanc Epiſtolam è MSto in qvo ſine nomine auctoris Ovidianis adjuncta erat, recenſet & illuſtrat Euſtathius Svvartius libro primo Analectorum, capite undecimo.

tur: in his Nicolai Heinsii qvi etiam notis illustravit. Cum Gvid. Morilloni scholiis & argumentis, Ovidii & Sabini Epistolæ prodierunt Lugd. 1535. 8. & 1567. 8. additis Nizolii & Egnatii annotationibus. Exstat & editio Paris. 1536. 8. 1580. 12. & cum Jo. Thomæ Freigii argumentis & annotationibus, Basil. 8. atqve Anglice per Franciscum Qvarles, Lond. 1673. 8. Epistolæ XII. cum interpretationibus Cæs. Ferrarii, latine editis Rom. 1552. 4. Post Octavii Gelæsii versionem carmine Gallico, in 4. editam, Heroides Ovidii (qvas in duos libros distinctas fuisse refert auctor vitæ, qvam è Codice Farnesiano Heinsius edidit,) & Sabini Gallicis versibus reddidit, atqve erudito commentario illustravit, *Caspar Bachetus Meziriacus*, Burgis 1626. 8. qvi liber raro obvius dignus erat, ut prælis iterum subjiceretur.

2. *Amorum libri III.* memorati Ovidio lib. III. artis v. 343. De iisdem videtur intelligendus auctor vitæ qvam è Codice Farnesiano edidit Nic. Heinsius: *Scripsit inde Epistolas qvasdam ad Tiberii filiam sub falso nomine ac ficta Corinnæ inscriptas, qvæ propter crimen læsæ majestatis combustæ fuerunt. Inde & exsilium meruit.* Hos jussu Alberti III. Archiducis Austriæ in prosam Germanicam conversos servat Bibliotheca Cæsarea Vindobonensis. Vide Lambecium lib. II. p. 985.

3. *Artis amatoriæ libri totidem*, sic enim vetustissima exemplaria inscribunt hos libros teste Salmasio de Usuris p. 280.

4. *Ro-*

4. *Remedia amoris liber I.* ſingula genere carminis elegiaco. Cum commentario Barthol. Merulæ Lugdun. 1497. 4. & Gvil. Ramuſæi, 1526. 4.

5. *Metamorphoſeon* (i) *libri XV.* carmine Heroico, qvod opus merito præclariſſimum vocat Lactantius, licet ultimam illi manum auctor haud impoſuit, ut ipſe refert 2. Triſtium v. 555. Confer I. Triſt. Eleg. 6. & III. 14. Græca proſa reddidit *Maximus Planudes*, ſed qvæ lucem non adſpexit exceptis paucis locis qvæ ex ea produxit in præclaris notis ſuis *Nic. Heinſius*. Scripſit præterea in hoc opus commentaria *Jac. Pontanus* è Societate Jeſu, Antvv. 1618. fol. tum brevia & docta ſcholia *Tho. Farnabius*, Amſtel. 1630 1639. 1649 in 12. qvi editis etiam in Terentium, Virgilium, Lucanum, Senecæ tragœdias, Martialem, Juvenalem & Perſium ſimilibus notis optime promeritus eſt de bonis litteris & ſtudioſa juventute. Similiter Metamorphoſin & Triſtium libros utili opera in Scholarum uſum illuſtravit *Joannes* (*) *Minellius*, Roterd. 1686. 12. uti Salluſtium qvoqve & Terentium, Horatiumqve & Virgilium, Valerium Maximum & Florum, qvamvis eruditionis palmam concedit Farnabio, qvem paſſim etiam ſeqvitur: & licet Farnabium pariter ac Mi-

(i) Metamorphoſeon Scriptores Græcos retuli lib. III. Bibl. Græcæ c. 27. §. ult.

(*) Notas Minellii in Metamorphoſin ſupplevit Petrus Rabus.

Minellium multa omisisse necessaria & in non paucis errasse vere notavit vir doctus in arte Critica part. I. p. 64. Prodiit & sæpius Metamorphosis Ovidii cum figuris in æs eleganter incisis ut Paris. 1637. fol. & cum indice omnium vocabulorum, auctore Pomponio Pasqvalino Rom. 1614. 8. Exstat & editio Florentina 1522. 8. Aldinæ 1525. 1534. 8. Paris. 1536. 8. & Lugdunenses apud Gryph. 1536. 8. 1547. 12 1559. 1563. 8. & ex Jac. Micylli recognitione Francof. 1582. 8. tum Plantiniana 1561. 12. & qvæ notas variorum adjunctas habet Lavinii Raph. Regii, Phil. Beroaldi, Jo. Baptistæ Pii Jani Parrhasii, Cœlii Rhodigini, Jacobi Bononiensis, Baptistæ Egnatii &c. Lugd. 1527. 4 Venet. 1586. fol. & cum H. Glareani notis Colon. 1534. 1556. 8. Georgii Sabini interpretatio fabularum Ovidii, Regiomonte 1559. 8 Cantabrig. 1584. 8. Argumenta antiqvi Grammatici *Lactantii Placidi* nomine occurrunt in editione Veneta A. 1553. 8. aliisqve. *Donato* tribuuntur in edit. Coloniensi: & Nic. Heinsius testatus est se in Bibl. Laurentiana vidisse MStum chartaceum hujus scripti, cujus titulus erat: *Donati abbreviatio fabularum Ovidii.* Fortasse referri debet ad *Tiberium Donatum,* à qvo Maronis vitam descriptam habemus. Prodierunt etiam separatim Viennæ 1513. 4. In antiqvis Codicibus MStis & editione Veneta Ann. 1486. argumenta libri XV. desiderantur. Joannes itaqve Rænerius uti multa alia addidit, ita libr

libri XV. argumenta supplevit ex Regii commentariis, qvo nomine laudatur à Barthio VIII. 17. Adversar. qvia putabat Regium sua ex integrioribus Lutatii exemplaribus hausisse. Sed Victor Giselinus & Tho. Munckerus Rænerium reprehendunt, qvod aliena Lutatianis admiscuerit. Idem Munckerus collatis Giseliniana, Hervagii, Birckmannorum, Rænerii & Coloniensi editionibus, sed inprimis secutus primæ Venetæ & Florentini Codicis fidem, argumenta librorum XIV. emendavit, notisqve illustravit, & librum XV. ex editione Ræneriana addidit in tomo posteriore Mythographorum latinorum, Amst. 1681. 8. Exstant qvoqve *Bolognini* & *Nigri* Epitome Elegiaca & *Qvintiani Stoæ* disticha, Basil. 1544. 8. & *Visiti Mauritii Piceni* de monte Florum Epitome in Ovidii Metamorphosin per singulas fabulas carmine Hexametro & Pentametro descripta, Arimin. 1562. 8. *Gallica* versione multi hoc opus Ovidii donarunt, prosa qvidem Petrus Ryerus, tum Bellegardeus nuper, & qvi integrum Ovidium vertit Marollesius: versibus Cyclicis (Rondeaux) Benseradeus: ludicris Carolus Coypellus (Charles Coypeau Sieur d' Assouci) optimis Cornelius, Paris. 1697. 12. triplici Vol. Fertur etiam ex versione Gallica Nic. Renouardi & Caroli Massaci, & cum observationibus moralibus Joannis Balduini. *Italice* per Jo. Andream Angvillaram, Venet. 1561. & 1583. fol. cum iconibus. Et Epigrammatibus abbreviatum à Ga-

brie-

briele Simeone, Lugd. 1559. 4. *Anglico* Carmine per Georgium Sandys una cum commentariis vidit lucem, Lond. 1632 1640. fol. 1673. 8. *Germanicis* rythmis A. 1210. in gratiam Hermanni Landgravii Thuringiæ reddidit Albertu Halberstadiensis: postea circa A. 1600. Joanne Sprengius. *Belgice* prodiit Amst. 1588. 8. & per Carolum Manderum pictorem, Harlem 1604. 4. & Amst. 1642. 12. deniqve Metaphraste P. C. Hooft. ibid. 1661. 12.

6. *Fastorum* (k) *libri sex priores* (totidem mensium festa & rationes é commentariis Pontificum repetitas complexi) qvi soli ex duodecim ætatem tulerunt inscripti Germanico Cæsari versibus elegis. Meminit Ovidius ipse 2. Tristium v. 549. atqve in exsilio à Nasone recensitos notavit illustris Ez. Spanhemius libro de usu numismatum p. 608. Nicolaum qvidem Heinsium monuit J. Frid. Gronovius inspectam sibi fuisse in Norico vestutam Nasoni editionem, cui Celtes Protacius, qvi primus post renatas litteras poësin in Germania restauravit, manu sua adscripsisset, reliqvos sex fastorum libros servari apud Presbyterum in pago prope Ulmam, principiumqve septimi libri in illo Codice tale exaratum fuisse: T

(k) Vignolius Marvillius T. 2. Misc. Hist. & literar. p. 306. *Les fastes d' Ovide renferment plus d'erudition qv' aucun autre Ouvrage de l' antiqvité. C' est le chef d' œuvre de ce Poëte & une espece de devotion Paienne.* Scriptor. XIII Sæculi de mirabilibus Romæ, qvem nuper edidit Bernhardus de Montfaucon in Diario Italico cap. XX. p. 293. appellat *Martyrologium Ovidii de fastis.*

Tu qvoqve mutati causas & nomina mensis,
A te qvi seqvitur, maxime Cæsar habes.

Sed Heinsio videtur Celtes ab aliqvo deceptus, qvi visum sibi atqve inspectum hujuscemodi codicem affirmasset. Nam Lactantius & alii veteres cum multa è fastis Ovidii proferant in medium, è libris deperditis nihil prorsus producunt, ut certum sit reliqvam fastorum partem jam ante multa sæcula intercidisse. Prodierunt sex priores libri separatim Paris. apud Vascosan. 1554. 4. Italica Metaphrasi donati à Vincentio Cartaro, Venet. 1551. 8. Commentariis eximiis illustravit *Carolus Neapolis* (l) Antverp. 1639. fol. sub titulo Anaptyxeos ad fastos Ovidii Nasonis, præmissis antiqvis Calendariis, qvæ una cum aliis recensui infra libro IV. Qvod enim in plerisqve editionibus Ovidio præfigi solet Calendarium vetus Romanum, è Nasone ipso & aliis Calendariis antiqvis aliisqve monumentis suppleri & emendari desiderat non paucis in locis. Supplementum horum fastorum sive sex libros posteriores ex ingenio addidit (m) *Claudius Barth. Morisotus* Divione 1649. 4. Ambrosius qvoqve *Novidius Fraccus* (n) similiter libros XII. sacrorum fasto-rum

(l) Laudatur ex merito in Sorberianis p. 242. Morhofio ic commentarius visus est sapere officinam Eryci Puteani.

(m) Nihil in Morisoto Poëtici spiritus se observasse protetur Morhofius I. Polyhist. c. 24. p. 293.

(n) Hic Fraccus dies hebdomadis à septem sacramentis, ienses à duodecim Apostolis nuncupat. Confer Gisb. Voëum III. Select. p. 433.

rum dicavit Paulo III. Pontifici, & vulgavit Romæ 1547. 4. Deniqve *Hugo Vaillantus* Ord. Benedicti Monachus libris XII. fastorum, memoriam Sanctorum per totum annum Epigrammatis celebravit, Parisi. 1674. Inter scripta Baptistæ Gvarini video etiam memorari commentarium in fastos Ovidii, sed nescio an editum.

7. *Tristia* sive *tristium Elegiarum libri V.* Justus Josephus Scaliger sub Yvonis Villiomari nomine latens, in locos controversos Rob. Titii p. 105 *Aristoteles, Titi, nunqvam scripsit περὶ τῶν ἠθικῶν, περὶ τῶν πολιτικῶν, sed scripsit ἠθικὰ καὶ πολιτικὰ, ἠθικῶν καὶ πολιτικῶν libros. Eodem genio duce & Ovidii titulos corruperunt majores nostri Nam Tristia de tristibus, & Pontum de Ponto inscripserunt.* Hanc veram observationem ita perstrinxit Jacobus Duportus p. 187. Poëm.

Nasonis libros dici de Tristibus, ægre
Fert Criticus, tristem hoc Scaligerumqve facit.
Nempe elegi tristes titulus foret aptior, ergo
Litis Juste sat hæc justane causa tibi est?
Qvi tamen auctoris tot tristia fata recensent,
Tristium an hoc neqveas jure vocare libros?
An sunt hæc potius Criticorum tristia fata,
Qvod tempus tricis sic apinisqve terunt.

In hos libros habemus commentaria *Jac. Pontani*, Ingolstad. A. 1610. fol. Collectanea *Joh. Weitzii*, Erfurt. 1606. 8. & brevia *Jo. Minelli* scholia, Hagæ Com. 1684. 12. Anglica Metaphrasis Zach. Catlini prodiit Lond. 1639. 8.

8. *Epistolarum Ponticarum*, sive *è Ponto* libri IV

IV. versibus elegis. In hos qvoqve libros exstant collectanea *Joannis Weizii* viri docti & diligentis, 8. & commentarii *Jacobi Pontani* è Soc. Jesu, A. 1610. fol.

9. *Ibis* sive *Dira in Ibin* carmine Elegiaco versuum amplius sexcentorum. Cœlius Rhodiginus XIII. 1. Antiqvar. Lect. *Cæcilius Minutianus Adulejus ait Corvinum* (Boëssius & alii malunt Hyginum) *ab Ovidio Ibin appellatum esse ex avis fœditate, cui ventrem* (o) *rostro purgare insitum sit, & hoc ex Callimachi imitatione.* Ovidius ipse v. 449.

Et qvibus exiguo volucris devota libello est,
Corpora projecta qvæ sua purgat aqva.

De Callimachi poëmate adversus Apollonium Rhodium, cujus titulus erat Ibis, & qvod pridem intercidit, dixi lib. III. Bibl. Græcæ c. 19. p. 486. In Ibin Ovidii exstat *vetus interpres* (p) Gyraldo & aliis laudatus, tum *Christoph. Zarotti*, Venet. 1515. fol. *Val. Andreæ Dresselii* & *Francisci Sanctii* Brocensis notæ cum Jac. Pontani commentario in Metamorphos. editæ Antvv. 1618. fol. Deniqve eruditus *Dyonysii Salvagnii Boëssii* Eqvitis Delphinatis commentarius. Lugd. 1633. 4. atqve iterum 1661. 8. adito veteri interprete, qvi

S in

(o) Auctor Isagoges Galeno adscriptæ c. 1. & Plinius III. 27. Hist. notant inde hanc avem ad clysteris usum inveniendum hominibus ansam præbuisse. Effigiem ejus habes in thesauro Græviano Antiqvitatum Rom. Tom. V. p. 796.

(p) Labbeus Bibl. nova MSS. p. 46. memorat Berardi Moretti qvi Rhetoricam Bononiæ docuit sub A. 1459. expositionem in Poema Ovidii adversus Ibin.

in priore edit. desideratur. Anglica Metaphrasis hujus poëmatis nescio qvo auctore lucem vidit Lond. 1577. 8.

10. *Halievticon* sive de piscibus liber acephalos, carmine Epico. Hujus poëmatis meminit Plinius XXXII. 11. *His adjiciemus ab Ovidio posita nomina qvæ apud neminem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascuntur, ubi id volumen supremis suis temporibus inchoavit.* Idem c. 2. *mihi videntur mira qvæ Ovidius prodit piscium ingenia in eo volumine qvod Halievticon inscribitur.* Primus hujus libri fragmentum vulgavit è Sannazarii Codice *Georgius Logus* Silesius, una cum Gratio & aliis Venet. 1534. 8. Emendavit & notis illustravit cum eodem Gratio, Nemesiano & Calpurnio *Janus Vlitius*, Lugd. Bat. 1645. 12. Exstat qvoqve in Poëmatis antiqvis P. Pithœi. Vide & Vossii IV. 7. & 14. operis præclari de Idololatria, ubi locis qvibusdam Halievticon lucem affert. Fallitur Barthius qvi Olympio Nemesiano hoc poema adscripsit XLIX. 7. Adversar. nec minus fallitur Vlitius, qvi Gratio. Initium vero Halievticon, qvod à Sertorio Qvadrimano tanqvam è vertustissimo codice descriptum accepit Hieron. Columna, & in doctissimis commentariis ad Ennii fragmenta p. 247. seq edidit, merus est fucus.

11. *De medicamine faciei* fragmentum, elegiaco carminis genere, qvod citra causam, Nasoni non esse videtur doctis qvibusdam viris. Meminit Ovidius ipse III. artis amatoriæ v. 205.

Est mihi qvo dixi vestræ medicamina formæ
Parvus, sed cura grande libellus opus.

12. *Nux* elegia utrum Ovidii sit necne, dubitant qvidam eruditorum. Non tamen est cujus Ovidium merito pudere possit. Hoc poëma post Dominicum Marium Nigrum illustravit Erasmus, apud Gryph. 1546 8. & T. 1. Opp.

III. *Deperdita* Ovidii scripta diligenter enumerat Gyraldus. In his sex libros postremos fastorum de qvibus supra, & *Medeam Tragœdiam* Qvintiliano X. 1. & dialogo de Oratoribus c. 12. laudatam. Ovidius ipse 2. Trist. 553.

Et dedimus Tragicis scriptum regale cothurnis
Qvæqve gravis debet verba cothurnus habet.

Versum ex illa affert Qvintilianus VIII. 5. aliam Seneca pater svasoria 3. cujus locum dum considero assentior Colomesio qvi in Opusculis pag. 245. de hac ipsa Ovidii Medea (non de alterius Hosidii cujusdam) loqvi arbitratur Tertullianum, adeoqve ememdanda rogo qvæ Rigaltium secutus scripsi supra c. 12. §. 9. p. 230. Verba Senecæ sunt: *Hoc autem dicebat Gallio Nasoni suo valde placuisse, itaque fecisse qvod in multis aliis versibus Virgilius fecerat, non surripiendi causa sed palam imitandi, hoc animo, ut vellet agnosci. Esse autem in tragœdia ejus: feror huc illuc ut plena Deo.* Ex hoc loco patet in Ovidium unice qvadrare qvod scribit Tertullianus de præscript. cap. 39. cum Medeam tragœdiam ex Virgilio plenissi-

me exſuxiſſe. Qvod vero Getam vocat, faci imitatione Poetæ ipſius IV. 13. è Ponto.

Carmina qvæ faciam pæne Poëta Getes.

Medeam Ovidii habuit Pirckheimerius, ut notavi ſupra p. 132. poſtea Salmaſius, à qvo acceptum initium illius edidit P. Scriverius in fragmentis Tragicorum. Aliorum qvæ ſcripſerat Ovidius hic eſt index:

Declamationes Controverſiæ ac ſvaſoriæ, qvibus valuiſſe Naſonem teſtatur Seneca Controverſ. 10. diſcipulum rhetoris Arellii Fuſci, & Porcii Latronis admiratorem.

Metaphraſis Phænomenon Arati Lactant. II. 5. & Probus in Georgica Virgilii.

Epigrammata de qvibus vide Politianum cap. 59 Miſc. & fragmenta Ovidii à Nic. Heinſio collecta.

Liber in malos Poetas. Qvintilianus VI. 3. *Adjuvant urbanitatem & verſus commode poſiti, ſeu toti ut ſunt, qvod adeo facile eſt ut Ovidius ex tetraſticho Macri carmine* (i.e. Poëmate tetraſtichis conſtante) *librum in malos poëtas compoſuerit.*

Triumphus Cæſaris Tiberii de Illyriis. III. 4. è Ponto.

Carmen de laudibus Auguſti jam defuncti, ſermone Getico, Ovidius ipſe IV. 13. è Ponto.

De bello Actiaco, ad Tiberium libri II.

Vaticiniorum liber.

IV. *Suppoſita Ovidio.* 1. *Conſolatio ad Liviam*

Au

Augustam de morte Drusi Neronis, qvæ *Pedonis Albinovani* est, ut dixi supra c. 12. p. 226. Pedonem hunc æqvalem suum Ovidius *sidereum* vocare non dubitat IV. 6. è Ponto. At consolationem hanc Ovidio præter rem adscripsit Passeratius & Barthius LIII. 13. Adversar.

2. *Carmen Panegyricum ad Calpurnium Pisonem.* Lucano ab aliis tribuitur. Vide, si placet, qvæ à me disputata sunt supra p. 227.

3. *Elegia de Philomela* sive de vocibus avium ac qvadrupedum, & verbis qvibus illæ apud Latinos denotantur. Non Ovidii sed Grammatici utcunqve veteris Christiani esse videtur Vossio lib. 1. de vitiis sermonis cap. 14. & III. de Idololatria cap. 49. Confer A. Schotti observationes Poeticas c. 52. Sub *Albii Ovidii Juventini* nomine edidit Goldastus, subjecta Julii Sperati V. C. elegia de Philomela. De vocibus animalium diatribam se scripsisse testatus est Is. Casaubonus ad Antonium Getam Ælii Spartiani, qva opes Græciæ in hujus generis vocabulis cum paupertate sermonis Latini non segniter ait se comparasse. Hæc Casauboni diatriba nunqvam lucem vidit qvod sciam. Interim consuli possunt Joach. Camerarius in commentariis utriusqve lingvæ p. 198. seq. Jo. Textoris Officina p. 280. seq. Andreas Schottus II. 51. Observatt. Human. Julius Cæsar Bulengerus de venatione Circi cap. 20. p. 76. seq. Samuel Bochartus in limine Hierozoici, & Fridericus Hofmannus in Epigrammatis p. 158. seq. Græ-

ca qvædam de vocibus animalium vocabula habes apud Cæsarium qvæst. LXXVIII. p 218.

4. *De Pulice* Elegia, sub *Ofilii Sergiani* nomine à Goldasto vulgata, Ovidio certe indigna.

5. *Somnium*, qvod incipit: *Nox erat & somnus* &c. in Goldasti editione, *Ovidii junioris somnus* inscribitur. Hoc somnium cum philomela & pulice, qvæ in Heinsiana & Cnippingiana editione Ovidii frustra qværes, exstat ad calcem Heroidum & amorum ex postrema Jac. Micylli recognitione, Francof. 1582. 8. excusa etiam Venet. Anno 1515. 8. cum Ovidii vita ab Aldo scripta, & Paris. 1536. 8. & apud Gryph. 1554. 8.

6. *Epigrammata scholastica de Virgilii XII. libri. Æneidos* sive argumenta librorum Virgilianorum, etsi Ovidio in qvibusdam manu exaratis codicibus adscripta, communi suffragio virorum doctorum existimantur alterius esse auctoris.

7. Nihil vero magis ridiculum sit qvam *libro. tres de Vetula* (q) genuinis Ovidii scriptis annumerare, qvi Hexametris versibus descripti cum præfatione Leonis (Protonotarii Sacri Palatii Byzantini sub Vatachio Principe) prodiere Coloniæ 1470. Lubecæ 1471. & inter Catalecta Ovidii editore Goldasto, Francof. 1608. 8. deniqve recensiti è MSS. una cum Nigelli Wireke

(q) Beda in Boëtium de Trinitate: *Exstirpanda est heresis vetularum, quæ jurant per partes DEI.*

ri (r) Angli Bunello sive speculo stultorum edi-
ti, auspiciis Gloriosiss. memoriæ Ducis Augusti, Gvelferbyti 1662. 8. Hoc ludicrum Opusculum ab infimi ævi Monacho (*Pamphilo* forsan *Maurili-ano*) (s) profectum non evolverat Manutius qvi tanqvam tria diversa memorat *de vetula, de qva-tuor humoribus, & de ludo latrunculorum*, cum de his universis agat hoc scriptum. Versus aliqvam multos ex libro III. producit Tho. Bradvvardinus in causa DEI adversus Pelagium p. 33. Rogerus qvoqve Baco magnus Astrologiæ Patronus nullius fere libentius scriptoris testimoniis utitur, notante Joanne Pico lib. 1. in Astrologos p. 284. Opp. Vide etiam Roberti Holkot lect. XXI. in lib. Sapientiæ & Rev. D. Joannis Friederici Mayeri Exerc. utrum fata religionum pendeant ab astris diss. 1. §. 5. De hoc opere copiosius disserere voluit magnus Seldenus lib. III. de Synedriis cap. 16. sed morte præventus imperfectum illud opus coactus est relinqvere.

Catalecta Ovidio & alia qvædam nomine suo suppresso junctim vulgavit, auctoribusqve suis MStorum ope magnam partem restituit *Goldastus* Francof. 1610. 8. In eo volumine occurrunt:

Epigrammata scholastica de Virgilii XII. libris Æneidos.

(r) De hoc Nigello exstat erudita dissertatio Jacobi Thomasii τοῦ μακαρίτου Lips. 1679. qva inter alia observat eum claruisse circa A. C 1200.

(s) Vide Barthium ad Gvil. Britonem p. 62. & 349.

Epiſtola Ovidiana Penelopes ad Ulyſſem, Græce reddita à Carolo Utenhovio.

Ovidii junioris ſomnus.

Cornelii Maximiani Galli amores, ſive ſex elegiarum libellus, de qvibus dixi capite ſuperiore. In exemplo hujus editionis qvod exſtat Hamburgi in Bibl. Joannea, varias lectiones è MSto. Codice adjectas vidi manu V. C. Frid. Lindebrogii, qvibus non pauca emendantur & ſupplentur.

Ofilii Sergiani Elegia de pulice.

Albii Ovidii Juventini elegia de Philomela.

Julii Sperati V.C. elegia ejusdem argumenti.

Pamphilii Mauriliani (ſ) Pamphilus ſive de arte amandi Elegiæ LXIII.

De Vetula libri III. cum præf. Leonis Protonotarii.

Bedæ Venerabilis elegiæ II. de Cuculo.

Benigni Floriacenſis elegia de excidio Trojæ.

Bernardini Cilænii Veronenſis qvi Friderici III. Imp. temporibus vixit, amores, h. e. libellus elegiarum ſive Odarum XXII. ad Juliam, editus antea ſub falſo nomine Franciſci Octavii.

Antonii Codri Urcei Bononienſis Rhythmus die S. Martini pronunciatus.

Deniqve claudit hanc collectionem Goldaſtinam

(ſ) Hujus Mauriſiani meminit Gvermundus commentario in artem Priſciani. Ejus vero elegias & libros de Vetula qvos ipſos qvoqve à Mauriſiano ſcriptos Barthius conjiciebat, cum MSto contulit in eodem Codice Lindebrogius.

nam elegia Baptiſtæ Mantuani, Carmelitæ, contra Poëtas impudice loqventes.

V. Reliqvum eſt, ut editiones Ovidii paucis referam.

Antiqviſſima ſine anni notatione & altera Bononienſis A. 1480. fol. fuit apud Nicolaum Heinſium, Florentina A. 1489. fol. & Veneta omnium Ovidii operum, charta & characteribus typorum nitidis A. 1498. fol. in Bibl. Bigotiana.

Metamorphoſeon, Amorum & faſtorum libri, Rom 1471. fol.

De remedio amoris, in Ibin, faſtorum, triſtium, de Ponto, de pulice, philomela, de medicamine faciei, de nuce, Conſolatio ad Liviam & Metamorphoſis, Venet. 1486. fol.

Heroides & libri de arte amandi, ac de remedio amoris, cum notis Barthol. Merulæ, Venet. 1487. 1492. fol. Faſtorum libri cum commentar. Antonii Fanenſis & Pauli Marſi ibid.

Metamorphoſis, Mediolan. 1509. fol. & cum commentario Pauli Marſi Venet. 1492. fol. & cum Raph. Regii notis ibid. 1497. fol.

Aldina editio A. 1503. 8. tribus Vol. è præclaris exemplaribus deſcripta. Hæc laudatur ab H. Stephano in Pſeudo-Cicerone p. 71.

Editio Ovidii Aldina altera 1515. tertia 1533. 8. tribus vol. alterius editionis exempla qvædã in pergameno excuſa. Addidit qvoqve Aldus A. Naugerii in Ovidium caſtigationes.

Basileensis 1532. apud H. Petri, edente Jo. Sichardo 1527. 8. & 1548. 8. Veneta 1530. 12.

Lugdunensis apud Gryph. 1546. 12. tribus vol.

Basileensis cum commentariis Antonii Constantii Fanensis, Pauli Marsi, Barthol. Merulæ, Domitii Calderini & aliorum, Basileæ 1549. 1550. duobus voluminibus fol.

Plantinianæ 1566. & 1578. 12. tribus vol. & cum scholiis Victoris Giselini 1595. forma minore.

Cum notis *Greg. Bersmanni* ex recognitione Jacobi Micylli 1582. 8. tribus vol. & 1596. Lips. & Heidelberg. 1604. & Libs. 1607. & 1620. 8.

Herculis Ciofani eruditæ in omnia Ovidii notæ, Venet. 1578. 8. apud Ald. & A. 1582. 8. apud Plantin.

Ovidius cum notis variorum Francof. 1601. fol. apud Wechel. tribus partibus, uno volumine, in qva editione præter Bersmanni, Mycilli & Giofani observationes integras in Ovidium occurrunt in *Heroides* Antonius Volseus, Hubertinus Clericus, Janus Parrhasius, Jo. Scopa, Aaron Battaleus, Gaudentius Merula, Domitius Calderinus, Georg. Merula, & Baptista Egnatius & Gvid. Morilloni argumenta. In *libros amorum* Dominicus Marius Niger, in *artem & remedia amoris*, Barthol. Merulæ: in *Nucem* Niger & Erasmus: in *poëma de medicamine faciei*, iterum Niger: In *libros fastorum* Antonius Constantius

tius Fanensis, Paulus Marsus, Phil. Melanchthon & Vitus Amerbachius. In *Tristium libros & de Ponto* Barthol. Merula & Amerbachius. In *Metamorphosin* Raph. Regius. In *Ibin* Zarottus. Confer de hac editione Tho. Crenium parte VIII. animadverf. sub init.

Lugd. 1603. 4. in corpore Poëtarum latinorum.

Ex recensione *Dan. Heinsii*, Lugd. Bat 1629. & Amst. 1630. forma minore, & 1653.

Cum notis variorum ex editione *Cornelii Schrevelii*, Lugd. Bat. 1661. 8.

Editio scriptorum Ovidii, præstantissima est, qvæ ex *Nic. Heinsii* castigatione accuratissime facta ad codices plurimos MSS. cum ejusdem notis prodiit Amstelod. 1661. 12. tribus vol. qvamvis vir doctissimus affirmabat se præ festinatione non pauca omisisse, & secundis curis longe melius esse de hoc poëta promeriturum. Heinsium in textu Ovidii reddendo secutus est *Burchardus Cnippingius* qvi cum integris ejusdem Heinsii & selectis variorũ notis eum vulgavit ex officina Hackiana, Lugd. Bat. 1670. 8. tribus vol. recusum Amstelodami A. 1683. in officina Blaviana. *Daniel* etiam *Crispinus*, qvi in usum Delphini Nasonem edidit cum interpretatione & notis, Lugd. 1689. 4. qvatuor voluminibus. Indicem omnium vocabulorum, qvi est in hac editione, non accuratissime confectum esse notat Tho. Crenius III. animadverf. p. 1, seq.

Cum

Cum interpretatione Gallica proſaria & notis *Michaëlis de Marolles* prodiit Ovidius Pariſ. 1601. 8. ſeptem volum.

Belgice *Vondello* interprete Amſt. 1671 4 & *per Abrahamum Valentium*, Lugd. Bat. 1678. 12. tribus vol.

Jacobi Pontani Ethicorum Ovidianorum libri IV Ingolſtad 1617. 8.

Wolfgangi Seberi Index in Ovidium, cujus meminit in litteris ad Jungermannum, non vidit lucem, uti nec præclara qvam nuper moliebatur Petrus Francius Poëtæ ſvaviſſimo haud impar, Naſonis editio. Uſum præpoſitionum ex toto Ovidio demonſtrat locupletiſſimus Index Georgii Meyvvaldi, Scholæ Lignicenſis Prorectoris, Budiſſæ 1691. 8. cujus utinam & reliqvi Indices Ovidiani in uſus latinæ lingvæ ſtudioſorum lucem videant.

Jo. Gvilelmi Capoferrei conjecturas in qvædam Ovidii, Lipſiæ A. 1658. editas laudat J. Andreas Boſius in litteris ad Gudium p. 41.

CAPUT XIV.

DE GRATIO, & de LABERIO ac PUBLIO Syro Mimis.

Gratii ætas. 1. *Editiones.* 2. *De Laberio, ejusqve fragmentis.* 3. *De Mimis Publii Syri,* 4.

I. GRA-

I. GRATIUS patria Faliſcus (a) Poeta vix cuiqvam veterum memoratus niſi uni Ovidio æqvali ſuo, qvi lib. IV. ex Ponto Epiſt. ult. eum laudat his verbis:

Aptaqve venanti Gratius arma (b) *daret.*

Utrum Manilius qvoqve ad eum reſpexerit lib. II. v. 44. ut in notis ad hunc locum conjiciebat Joſephus Scaliger, vide ſis disputantem Barthium LVII. 17. Adverſar. Certe Nemeſianus præter rem ſe gloriatur primum de venatione latinum poëma condidiſſe, qvando canit:

Caſtaliusqve mihi nova pocula fontis alumno
Ingerit,-- ducitqve per avia qva ſola nunqvam
Trita votis — — —

II. Exſtat ejus *Cynegeticon* ſive de Venatione carmen Epicum pure & eleganter ſcriptum, ſed extrema parte mutilum. Prodiit primum cum (c) Ovidii Halievtico, Nemeſiano & Calpurnio Venetiis apud Paulum Manutium 1534. 8. qvæ editio manu Vlitii notata fuit apud

(a) Gratius v. 40.

At contra noſtris imbellia lina Faliſcis
Hiſpaniqve alio ſpectantur Sætabes uſu.

Ad nomen ſuum alludit v. 74. & 216.

(b) Gratius v. 23.

Carmine & arma dabo venanti, & perſeqvar artem
Armorum caſſesqve plagarumqve ordiar aſtus.

Ita enim potius videtur legendus hic locus, pro eo qvod Vlitius edidit, *& arma dabo venandi.*

(c) Halievticon hoc qvoqve Gratio tribuit Vlitius, ſed perperam omnino, ut ſuperiore capite è Plinio annotavi.

apud Marqvardum Gudium. Eodem anno ea demqve forma recuſam habeo Auguſtæ Vindelicorum. *Georgio* autem *Logo* Sileſio Gratium, Ovidii Halievtica & Nemeſianum nos debere, ex præfixa illius ad Antonium Fuggerum Epiſtola apparet, qva edendos refert accepiſſe ſe illos Romæ à Joanne Lucretio Æſiandro Germano, qvi illos deſcripſit è vetuſtiſſimo Codice qvem *Sannazarius* Longobardicis ſcriptum litteris è Gallia aliqvando in Italiam ſecum attulerat. Ab eo tempore poſt editionem Lugdunenſem 1573. 8. Gratium cum Nemeſiano & Calpurnio notis illuſtratum ediderunt *P. Pithœus* inter poëmata vetera Pariſ. 1590. 12. recuſa Genev. 1596. 8. *Robertus Titiu* Florent. 1590. 4. *Caſpar Barthius* (d) Hanov 1613. 8. & *Janus Vlitius* ArchigrammateusBredanus, Lugd. Bat. 1645. 12. qvi poſtremus utinam Barthio non ita aſpere inſultaſſet, neqve Matthæo Lago anſam dediſſet vindicias nominis Barthiani ſcribendi, in qvibus notæ ac præfatio Vlitii ad examen revocantur, Lipſiæ 1659 4. Ediderat etiam idem Vlitius in ſcriptores Venaticos diligenter à ſe recenſitos neqve in docti

(d) Tribus illis Poëtis Barthius adjecit fragmenta *Veſtricii Spurinnæ*, qvæ ait ſe primum edere è Codice MSto, diſtinxiſſeqve in Odas IV. qvarum prima utcunque conſtituta inſcribitur *de contemtu ſaculi ad Martium*. Unde Chriſtiani Scriptoris eſſe ſuſpicatur, vel teſtatur ſe ſuſpicari. Ceteras tres breviſſimas valdeqve hiulcas ac laceras exhibet ibidem Barthius. Verum conferenti apparet hæc Spurinnæ universa depromta eſſe ex Plinii junioris lib III. Epiſtola 1.

docte illustratos, cur as secundas circa A. 1655. 12. excusas, Gratiū e Latino Anglicum fecit & cum eruditis notis edidit *Christophorus Wasius*, (idem cujus senarius sive liber eruditus de legibus iambici carminis & licentia veterum latinorum Poëtarum (e) exstat) Lond. 1654. 12. Deniqve Gratium & Nemesianum ad MSS. Codices recensuit, & cum variis lect. & notis perpetuis in lucem emisit Thomas Johnson, A. M. Lond. 1699. 8.

III. D. LABERIUS eqves Romanus ob asperam libertatem à Julio Cæsare, qvi eum senem in theatro comparere & qvos scriptitabat mimos (f) ipsum agere jusserat (g) Publio Syro postpositus, obiit, ut testatur Eusebius, decem mensibus post Cæsarem interfectum. Nihil ex

(e) Oxonii 1687. 4. è theatro Scheldoniano.

(f) De mimis apud Græcos consulendus H. Valesius ad Ammiani lib XXIII. 5. & Salmasius ad Solin. p. 76. 77. edit. Traject. De Romanis Tho. Gatackerus ad Marci Antonini XI. . & Vossius lib. 2. Institut. Poëtic. 2. 32. seq. qvi de Pantomimis per gestus omnia exponentibus disserit c. 36. seq. & de origine mimorum ac mimis apud Græcos c. 29. &c. Mimi celebres Romæ præter Laberium & Publ. Syrum fuerunt Esopus histrio, Roscius, Cn. Mattius, M Marullus, L. Acilius, c (cujus Catinenses laudantur à Tertulliano c. 4. de pallio) Lentulus. Neqve Judæos à mimis obscœna jocantibus abhorruisse patet è Flavii Josephi vita, qvi narrat Alityrum μιμόγον Neroni charissimum, Judæum genere fuisse. p. 99. Iidem qvoniam severas passim sententias admiscebant, vocantur interdum Aretalogi, Paradoxologi, etiam Neanicologi apud Scholiasten Juvenal. Sat. VIII.

(g) Gell. III. 18. X. 17. & XVIII. 14. Sveton. in Cæsare 39. & ibi Pitiscus; Macrob. II. 7. Saturnal.

ex ejus Mimis Horatio etiam laudatis (h) exſtat præter pauca qvædam fragmenta à Rob. Stephano collecta in fragmentis Poëtarum latinorum p. 138. 144. & prologum qvem ſervavit Macrobius lib. II. Saturnal. c. VII.

IV. PUBLIUS Mimographus natione *Syrus* ob ingenii ſolertiam à Patrono ſuo manumiſſus, Juliiqve Cæſaris Imp. qvi Laberianam u jam dixi dicacitatem ferre neqvibat favoren expertus, obiit incertum qvo año Auguſti Imp

Ex *Mimis* ejus ſive *ſententiis* lepidis & ad communem uſum accommodatiſſimis pervenerunt ad nos paucæ, ſive ſervatæ ab antiqvis Se neca, Gellio, Macrobio, ſive ſeparatim in co dicibus antiqvis deſcriptæ. Sane leguntu ſub Publii nomine, legendæ ſæpius pueri ac totæ ediſcendæ ſententiæ ejusmod DCCCCLXXXII. ſingulis verſibus Jambici expreſſæ vel trochaicis, licet in his ſunt fortas ſis aliqvæ qvæ ipſum non habent autorem.

Inter editiones præſtare putem illam qvæ ſecundum litterarum ſeriem digeſta & à *M. Vel ſero* A. 1608. ex MS. Friſingenſi locupleta cum notis ab *Adamo Sartorio* curatis ſubjicitur M. Antonii Mureti Orationibus & Epiſtolis, In golſtadii ac noviſſime Lipſiæ ex editione Cl. Ja cobi Thomaſii, iterum iterumqve recuſis. Edi dere eosdem mimos ſed nec numero eoden nec ordine *Deſiderius Eraſmus*, qvi è codice Canta brigienſi recenſitos ac caſtigatos paraphraſi e tiar

(h) Confer Bælii Lexicon in *Labere*.

tiam explicavit Basil. 1502. 4. *Georgius Fabricius* um aliis sententiis à se collectis Lipſ. 1550; 1567. *H. Stephanus* ad calcem sententiarum è Comicis ræcis & latinis A. 1563. forma minore *Janus Gruterus* una cum tragœdiis Senecæ An. 1604. . apud Commelin. & in Florilegio Ethico Po-tico sententiarum ac proverbiorum cum iruteri notis edito Francof. 1610. 8. tribus vo-um, in qvo opere T. 1. p. 159. seq. occurrunt . Syri ac Senecæ sententiæ aureæ recognitæ ad ISS. Palatina & Frisingense, additis p. 793. seq. iruteri notis, *Dionysius Gothofredus* ad calcem Se-ecæ, *Tan. Faber* ad calcem Phædri, *P. Pithœus* nter Poëmatia antiqva: & *Josephus Scaliger*, vi Græcis etiam versibus selectas sententias CCLXXV. reddidit. Vide ejus Poemata iræca à Petro Scrivero edita Lugd. Bat. 1615. 2. p. 115. seq.

CAPUT XVII.

DE M. VITRUVIO POLLIONE.

itruvii nomen & ætas 1. *Libri X. de architectura* 2. *Cardani de Vitruvii ingenio judicium*, 3. *Editiones*. 4 *Epitome*, 5.

I. M. VITRUVIUS (a) POLLIO, scriptor

T non

(a) Meminit Vitruvii, sive ut in lapidibus hoc nomen ribitur *Victruvii*, è veteribus Plinius, Servius, Sidonius pollinaris, ac si vera est Reinesii emendatio p. 118. Var. ect. Isaacius Tzetza ad Lycophronem pag. 164. Videtur iam illo usus fuisse Palladius in uno itemque altero loco brorum de re rustica. *Lucius Vitruvius* appellatur in edi-

tione

non artis suæ tantumodo apprime peritus sed qvod ipse in architecto reqvirit alias qvo qve scientias & disciplinas doctus, & in Græci sciptoribus diligenter versatus, etsi in dictio ne ejus plebitatem notant eruditi. Julio Cæsar se architecturæ scientia innotuisse testatur præ fatione libri I.

II. Exstant ejus *de architectura* ad Imp. Augu stum *libri X.* ab ætate jam provecto (b) script qvorum primis septem agit de ædification tum publicarum tum privatarum ædium, octa vo de aqvæductibus, nono de Gnonomice, de cimo de Mechanice. Formæ sive σχήματα qv subinde ad calcem singulorum librorum subje cisse se Vitruvius innuit ut VIII. 6. cum magn lectorum jactura interciderunt, etsi ab editor bus & Philandro partem ex ingenio utcunqv restituta. Distributionem vero capitum in ed tio

tione Florentina A. 1496. quem alii consensu communi Ma cum appellant, Alciati enim *L. Vitruvius Pellio* recte à Ph landro exploditur. Dicitur etiam M. Vitruvii Epitaphiu à Rege Alphonso inspectum prope Formium, ad qve locum lætus ille accurrerat, qvod Ciceronis ibi sepulchru exstare audiisset. Vide Antonium Panormitanum de dic & factis Alphonsi n. 47. In arcus triumphalis post victoria Augusti de Dalmatis Carnunte exstructi dextræ basis aug lari lapide littera M. conspicitur, quam Lambecius lib. Commentar. pag. 1000. putabat architecti M. Vitruvii n men denotare.

(b) Vitruvius lib. 2. præf. *Mihi autem, Imperator, stat ram non tribuit natura, faciem deformovit ætas, valetudo d traxit vires.* Libro VIII. c. 4 refert hospitio suo usum C. J lium Masinissæ F. qvi cum Patre Cæsare Julio militavit.

ioneFlorentina, qvam aliæ seqvuntur, multis
n locis ineptissimam esse & Vitruvium perpe-
ua oratione libros suos scripsisse, probe nota-
it idem Philander. E latinis veteribus ante
Vitruvium de eodem argumento scripserant
uffitius, Terentius Varro & Publius Septimius.
n Labbei Bibl. nova MSS. p. 384. memoran-
ur è Catalogo auctiore Scipionis Tettii, *Vitru-
ii Rufi & Epaphroditi Architectonica.*

III. Hieronymus Cardanus lib. 16. de subti-
tate Vitruvium annumerat duodecim viris
vos præ ceteris ingenii & inveniendi faculta-
e valuisse existimat, qvi sunt Archimedes, Ari-
toteles, Euclides, Scotus, Johannes Suisset co-
nomento Calculator, Apollonius Pergæus,
Archytas Tarentinus, Mahometus Ibn Moses
Algebraicæ inventor, Alchindus, Heber Hi-
panus, Galenus & Vitruvius. Hunc vero po-
tremum ait non ultimo sed primo loco po-
endum, si propria non aliena inventa con-
cripsisset. Idem Cardanus in libro de scriptis
ropriis affirmat se commentarium scribere
œpisse in Vitruvium, postea res potius secta-
um non pauca Vitruviana explicasse in libris
e rerum varietate & subtilitate.

IV. Prodiit Vitruvius primum Florentiæ,
. 1496.
Deinde castigatus à *Jucundo Veronensi*, additis
figurarum imaginibus, Venet. 1511. fol.
Hinc iterum Florentiæ 1513. & 1522. 8.
Cum Frontino de aqvæductibus urbis Romæ,

&fragmento Nic. Cuſani de ſtaticis experimentis, Argentor. 1543. 4.

Cum commentariis *Guil. Philandri* & Frontino de aqvæductibus Romanorum, Argentorat. 1550. 4.

Cum Philandri commentariis auctioribus, & Vitruvii vita, Lugd. 1552. 4. & 1586. 4. apud Tornæſ.

Editionem Venetam cum latinis Dan. Barbari commentariis qvæ A. 1567. fol. prodiit, collatam cum MS. Arundeliano vidi in Bibl. Marqvardi Gudii. Lectiones illius Codicis habes annotatas in editione, de qva mox, Amſtelodamenſi.

De Raphaele Urbinate ſic Cœlius Calcagninus in Epiſtola ad Jac. Zieglerum: *Prætermitto Vitruvium, qvem ille non enarrat ſolum, ſed certiſſimis rationibus aut defendit aut accuſat, tam lepide, ut omnis livor abſit ab accuſatione.* De Merula Antonius Majoragius in Apologia: *Sed hoc apud te* (Gaudentium Merulam alloqvitur) *novum non eſt, in hac arte latrocinandi vetus es ac nobilis gladiator: nam & ea qvæ vir ſatis eruditus Bernardinus Merula in Vitruvium commentatus erat, tibi adſcripſiſti, multisqve nugis additis, jactabas te juſta in Vitruvium commentaria conſcripſiſſe.*

Deniqve editio Vitruvii præſtantiſſima eſt, qvam cum (c) *Guil. Philandri* Caſtilonii integris

(c) Philandri commentarii Franciſco Valleſio Galliæ Regi

ris & qvantivis pretii commentariis, excer-
tis notis Dan. Barbari, & Lexico utilissimo Vi-
truviano (d) ac scamillorum imparium exposi-
one *Bernardi Baldi* Urbinatis, tum Jo. Buteo-
is, Nic. Goldmanni, Claudii Salmasii & Mar-
Meibomii ad loca qvædam Vitruvii observa-
onibus, addita ejus vita vulgavit Johannes de
aët Amsterd. 1649. fol.

Spes qvoqve fuit ut *Adriani Auzuti* in Vitru-
um commentaria post autoris mortem Ro-
mæ ederentur, obstetricante Francisco Naza-
io.

Cæsaris Cæsariani in Vitruvium commentarios
laudat Kircherus in Phonurgia p. 73. ubi disserit
de Echæis theatri Corinthiaci á Vitruvio de-
scriptis. Prodierunt cum Cæsariani versione
Italice, Comi 1523. fol. Præterea Vitruvium
Italice vertit & commentario figurarumqve
imaginibus illustravit *Daniel Barbarus*, Medio-
lan. 1521. fol. Venet. 1567. 4.

Gallice *Joannes Martinius*, Genev. 1618. 4. & no-
stra memoria adjunctis egregiis commenta-
riis *Claudius Perraultus*, Paris. 1673. & ex secun-
da recognitione 1684. fol.

...nscripti prodierunt separatim Rom. 1544. 8. & Paris. 1545.
Deinde auctiores & emendatiores in editione Vitruvii Tor-
...iana, Lugd. 1552. 4. dicati post Regis obitum Cardinali
Georgio Armagnacio.

(d) Baldi liber de verborum Vitruvianorum significatio-
ne una cum vita Vitruvii, & scamillis imparibus Vitruvianis,
nova ratione explicatis lucem vidit Augustæ Vindel. 1612. 4

Germanice per *Gvalterum Rivium*, Basil. 1548. atqve aliorum nova cura perpolitus 1614. fol.

Vitruvii Epitome auctore Jo. Gardeto & Dominico Bertino. Gallice. Paris. 1567. 4.

Perraultus qvoqve Epitomen Vitruvii dedi qvæ in Anglicam lingvam è Gallico transla ta vidit lucem Lond. 1705.

V. *Epitome Vitruvii* alia latine Parisiis edita jam pridem est curante Gvil. Postello, inceriti se fortasse antiqvi scriptoris, ut ait Vossius p. 46 libri de scientiis Mathematicis.

CAPUT VIII.

DE M. MANILIO.

Manilii ætas & alii hoc nomine. 1. Editiones. 2. MStus Cod. Lipsiensis. 3. Theodorus Manlius Claudiano celebrat diversus à Manilio 4.

I. M. (*a*) MANILIUS, gente Romanus, nc

(a) Sunt qvi MSti auctoritate qvod ab Antonio Pan mita accepit Bonincontrius, numorumqve in qvibus C. M lii effigies habitu peregrino cum sphæra Astronomica cer tur, Manilium prænomine Cajum appellant, non Marcu Sed vide Scalig. sub initium notarum, & Barthium p. 112. Claudian. ubi observat Marcum Manilium de Astrolo etiam appellari à Gerberto Epist. 130. Porro diversus est hoc Manilio T. Manilius senator, Syllanis temporibus qv diligentissimum togatorum vocat Plinius lib. 19. c. 2. & l dat Cicero Orat. pro Roscio, Varro lib. 4. de lingva lat.

iversus forsan à Manlio Mathematico qvem
'linius lib. 36. c. 10. ait auratam pilam apici
belisci addidisse in campo Martio ad depre-
endendas solis umbras instituti ab Imp. Au-
usto. ScripsitRomæ post Varianam cladem ad
undem Augustum Epico carminis genere *A-
ronomicon* Poëma eruditum & jucundum, plu-
ibus (b) ut videtur libris, sed qvorum qvin-
ve exstant tantum, neqve qvintus integer ad
os pervenit. T 4 II. Pri-

obius lib. 3. vide Vossium p. 40. de Hist. latinis. Hic Mar-
us Manilius perperam dicitur à Glandorpio p. 567. Onoma-
ici, à P. Victorio Mamilius. Confer Tho. Crenium in limi-
e partis XII. animadversionum philolog. Eadem qvoqve
yllæ tempora Manlius Antiochenus attigisse videtur, qvem
strologiæ conditorem vocat, & cum Publico mimographo
onsobrino suo, & Staberio Erote Grammatico eadem navi
ectum refert idem Plinius lib. 35. c. 17. qvare & hic diver-
is à nostro Manilio, qvi scripsit postremis annis Augusti
op. Licet Blancanus in Chronologia Mathematicorum
rumqve confundens, nostrum vocat C. Manilium Antio-
enum Astrologum, qvi primus latinis carminibus qvamvis
ræcus Astronomica cecinerit. Fuit & Manilius Chrestus,
vem de Deorum hymnis laudat Fulgentius in *injuges boves*.

(b) Scaliger ad librum V. pag. 348. notat periisse librum
ecundum sphæræ Barbaricæ & suffragia Planetarum, h. e.
brum sextum & septimum. Sane de occasu siderum &
e planetarum viribus dicturum se plus simplici vice reci-
t. Eidem Scaligero in præf. Manilius est *Poeta ingeniosis-
nus, nitidissimus scriptor, qui obscuras res tam luculento ser-
one, materiam morosissimam tam jucundo charactere exor-
ire potuerit, Ovidio suavitate par, majestate superior. In-
imis omnia ejus procemia & παρεκβάσεις extra omnem
eam posita sunt. Nihil illis divinius, copiosius, gravius &
cundius dici potest. Audiamus itaqve olorem canentem.* Ali-
bi

II. Primus reperit Poggius A.1416.qvo An
1459.Florentiæ defuncto,prodiitBonon.1474
Hanc editionem secutusLaurentiusBonincon
trius Miniatensis est, qvi commentarium e
tiam qvalemcunqve addidit Florent. 1484 Al
eo tempore prodiitManilius ap.Aldum A.1499
fol. & in Germania cum Firmico fol.Basil.1551
tum Lugduni forma minore A. 1566. Poste
una cum Josephi Scaligeri notis, qvi primu
præ ceteris insigniter de hoc Poeta meritus est
Paris. 1579. 8 & ap. Commelinum 1590. 8
cum variantibus Lectionibus, notatisqv
Francisci Junii, qui multa itidem præclare ob
servavit, *qvod cum Scaliger in suis ad Manilium dis simulavit, candorem in eo reqviro*, inqvit Vossiu
Epist. ad Grotium p. 24. Cum secundis Scali
geri curis Manilius iterum recusus Lugd. Bat
1600. 4. cum iisdem Scaligeri notis ex auctori
MS. tertium auctis & emendatis, adjectisqv
etiam Thomæ Reinesii & Ismaelis Bullialdi a
qvædam loca animadversionibus cura Jo
Henr. Bœcleri. Argentor. 1655.4. Deniqve i
usum Delphini cum paraphrasi & notis Mich
Fayi & Observationibus illustris viri Petr
Danielis Huetii, adjectis imaginibus ære de
scriptis, omniumqve vocabulorum indice Pa
ri

bi affirmat Matheseos non valde consultum fuisse, qvod d
Arato qvoqve notatum est & Firmico. Fati Astrologici a
sertor strenuus fuit Manilius, ita ut etiam fato se existima
rit impulsum ad hoc componendum poëma. *Hoc qvoq fatale est, sic ipsum expendere fatum* IV. 118.

ris. 1679. 4. Prodiit etiam hic scriptor ex officina Sebastiani Cramoisii, Typographi Regii Paris, ut ex ejus Catalogo p. 69. didici. Audio præterea exstare Sphæram Manilianam Anglico carmine redditam & observationibus illustratam à Nobilissimo viro Eduardo Sherburne.

III. MStum Manilii antiqvissimum membranaceum vidi Lipsiæ in Bibl. Paulina, ubiqve fere exhibens lectiones qvas ex Gemblacensi codice passim laudat Scaliger, etsi illud oculis nunqvam usurpavit sed tantum usus est variis Lect. qvas ex eo descriptas acceperat. Novam editionem Manilii meditatus pridem est apud Anglos vir doctisimus Rich. Bentlei. Anglicæ Thomæ Creech Metaphrasi fata tristia intercesserunt. Loca qvædam hujus Poëtæ feliciter castigavit Salmasius ad Solin. & de annis Climactericis, Is. Vossius ad Catullum: Nonnulla etiam Gevartius in Electis, Barthius in Adversar. &c. Idem Salmasius affert versus qvosdam ex apotelesmaticis *Dorothei Sidonii* Græci poëtæ, qvem in suis Astrologicis secutus esse fertur Manilius. Legisse etiam videtur & in qvibusdam verbotenus pæne reddidisse *Manethonem*, de cujus Apotelesmaticis dixi lib. III. Bibl. Græcæ c. 20. Firmicus autem latinus scriptor non creditur Manilium oculis usurpasse, qvod pluribus se argumentis docere posse ait Salmasius p. 587. de annis Climactericis, etsi Scaliger contendit multis in locis ipsissima

eum verba Manilii exſcripſiſſe. Vide inprimis notas ad Librum Poëtæ qvintum p. 348. & Reineſii Epiſtolas ad Boſium p. 176. ubi non dubitat librum octavum Firmici è qvinto Manilii eſſe compilatum, uti alii caput tertium libri primi Firmicum contendunt petiiſſe è Manilii prooemio libri IV. Saltem non per omnia Manilium ſecutum, neqve ubi eum ſecutus videri poſſit, in Manilii verba juraſſe, probe obſervat Huetius in notis ad Manil. p. 65. & 68. Et licet multos Græcos laudat Firmicus, innuit tamen excepto Figulo neminem ſe noſſe ex latinis, qvi apoteleſmaticem litteris prodiderit. Multo minus autem Firmicum Manilius carmine expreſſit, qvod Voſſio Patri aliqvando in mentem venit lib. 2. de arte Grammatica c. 26. qvoqve ipſe retractat libro de Poëtis latinis. Nam profecto falluntur, qvi Manilium Conſtantini M. ætate tradunt vixiſſe, ut ab eruditis neſcio qvibus fieri ſcribit Harduinus ad Plin. vel qvi ad Theodoſiana tempora referunt cum Caſpare Gevartio ad Statii Silvas lib. 3. c. 8. p. 186. atqve Jacobo Gothofredo notis ad veterem expoſitionem mundi p. 25. Paganinoqve Gaudentio in diſp. Hetruſco ſermone conſcripta qva Poëtarum à Platone é rep. ejectorum cauſam agit.

IV. Anſa erroris doctiſſimis viris fuit, qvod præeunte Gevartio, Manilium eundem eſſe conjicerent cum Manlio Theodoro, qvem à ſiderali ſcientia celebrat Claudianus. At qva

Man

Manlius iste de aſtris ſcripta reliqvit, non carmine ſed ſoluto ſermone exarata ſunt, ut ex ipſis Claudiani verbis licet colligere, qvi in panegyrico Manlii v. 251. ipſius *ſermonis mella politi* præfert blandis Orphei cantibus. Clariſſime autem apparet ex Salmaſii præfatione ad Ampelium, in qva de Manlii libro hæc habet: *Non dissimili genio quo Ampelius, etſi diſſimili argumento ſcriptus Theodori Manlii liber* (c) *de rerum natura cauſisque naturalibus, de aſtris & aliis ejusmodi, qui adhuc in Bibliothecis extat manu exaratus & pedeſtri ſermone compoſitus. Is eſt Theodorus Manlius, cujus conſulatum* (d) *celebravit carmine Claudianus, ut & opus ipſum. Inde occaſionem arripuit vir quidam doctiſſimus tranſcribere illud Manilii ſive Manlius ſit, cujus hodie Aſtronomicon habemus, ut idem ſit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnavimus rationibus & quidem invictiſſimis, non poſſe, cum tot argumenta ſint quibus probari poſſit eum Manilium vixiſſe ſub Auguſto.* Hæc Salmaſius dicta præfatione: qvibus adde Huetium ad Manil. p. 84. ſeq. Ruperti Epiſtolas ad Reineſ. p. 670. ſeq. & Albertum Rubenium in diſſertatione de vita Fl. Manlii Theodori, qvam à præſtantiſſimo Bentleio, qvi illam à Nobiliſſ. Eduardo Sherburno curandam acceperat, transmiſſam Cl. Grævius non ita pridem Ultrajecti in lucem emiſit p. 27. & Jo. Clericum V. C. T. 1. Bibl. ſelectæ p. 240. Idem Bent-

(c) Hujus libri editionem qvondam molitus fuit vir doctus Phil. Jacobus Mauſſacus.

(d) Bis conſul fuit Manlius ſive Mallius iſte A. C. 399. & 503. Priorem conſulatum Claudianus celebrat.

Bentleius in litteris ad J. G. Grævium 4. Jul. 1692. *Est apud nos* Eduardus Sherburnus *eques auratus, qui librum primum Manilii Anglice vertit, & commentario doctissimo auxit. Is abhinc annis aliquot apparatum* Casp. Gevartii *ad Manilium ab ejus herede emit Antwerpiæ, mihique non ita pridem, quem novam ejus scriptoris editionem parare inaudiverat, schedas Gevartianas perlegendi copiam fecit. Comperi autem Virum Clarissimum omnem operam in eo posuisse, non qui Manilii textum corrigeret, vel illustraret, sed qui infelicem suam (mea quidem sententia) conjecturam de Theodoro Mallio Cos. quem Astronomici auctorem esse voluit, adversus Barthios & Salmasios & Tristanos* (e) *& Possinos defenderet. Nihil tamen in medium profert, quod momenti habeat quicquam ad opinionem suam stabiliendam, præterquam quæ dudum in lucem ediderat in Pampinianis & Variis Lectionibus. Itaque cum toties repetita crambe mihi fastidium moveret, mirifice tamen recreatus sum aureolis duabus Epistolis quæ in isto chartarum fasce latitabant, quæque celeberrimum Grævii nomen ferebant inscriptum. Illud vero me perculisse fateor, quod ad Gevartii* (f) *sententiam de ætate Manilii videris accedere.*

(e) Tristan. T. 2. Imperator. p. 115-119.

(f) Alienum se à Gevartii sententia esse innuit Grævius in Epistola ad Bentleium vitæ Mallii præmissa.

CAPUT XIX.

DE CÆSARE GERMANICO.

Germanici ætas. 1. *Ejus Metaphrasis Arati.* 2. *Editiones &*

an-

antiquus in illam qui fertur scholiastes. 3. *Epigrammata Germanico tributa, & scripta deperdita.* 4.

I. CÆSAR GERMANICUS, Augusti Imp. Nepos, Drusi F. præter alias virtutes quæ Imperium (a) illi, ni sæpius recusasset, conciliare potuissent, ingenium in utroque eloquentiæ (b) genere excellens nactus, veneno periit Antiochiæ quod licet omnia alia præ se ferens Tiberius (c) qui ex Augustii voluntate adoptaverat, jussit illi præberi à Cn. Pisone Anno U. C. 772. ætatis 35. CHRISTI 19.

II. Exstant (d) *Aratea Phænomena* latinis versibus

(a) Vide Dionem lib. 57. p. 604. seq. & 615. Svetonium in Cajo Caligula c. 3. seq. Tacitum &c.

(b) De Poëtica Germanici facultate Ovidius 1. fastor. v. 23.

Scimus & ad nostras cum se tulit impetus artes
Ingenii currant flumina quanta Tui.
Si licet, & fas est, vates rege vatis habenas.

Item IV. 8. è Ponto v. 67.

Non potes officium vatis contemnere vates,
Judicio pretium res habet ista Tuo.
Quod nisi Te nomen tantum ad majora vocasset,
Gloria Pieridum summa futurus eras.

(c) Tacitus III. Anal. 14.

(d) Etiam C. Julium Cæsarem Dictatorem præter libros scriptos de ortu & occasu siderum, Arati poëma latino carmine reddidisse Auctor est Julius Firmicus lib. 2. procem. & lib. 8. Priscianus & Svidas: Sed fortasse Germanicum Cæsarem confuderunt cum Julio. Ceterum Metaphraseos Germanici meminit etiam S. Hieronymus ad Tit. 1. *In phænomenis Arati legitur quem Cicero in latinum sermonem transtulit, & Germanicus Cæsar, & nuper Avienus, & multi, quos enumerare perlongum est.* Ante Hieronymum Lactantius V. 5. *Ut Ger-*

ſibus Hexametris, non infeliciter etſi liberius paulo expreſſa ad Auguſtum Imp. jam ſenem.

Dioſemeion ſive prognoſticorum fragmentum; at qvæ non tam ex Arateis petita Dioſemiis, qvam ex aliis Græcis Aſtrologis deprompta videntur, & ſingulorum ſiderum in qvovis dodecatemorio apotelesmata exponebant.

Eqvidem Poëmata hæc non Germanici Cæſaris, cui Ovidius ingenioſi vatis laudem tribuit Faſtosqve dicavit, ſed *Domitiani* Imp. eſſe, qvem Germanici (e) nomen velut à victa gente adſciviſſe conſtat, vix dubitant Gerh. Joh. Voſſius de ſcientiis Mathematicis p. 169. & de Poëtis latinis p. 48. & Janus Rutgerſius lib. 2. c. 9. Var. Lect. qvem liqvido hoc oſtendiſſe ait Colomeſius ad Gyraldum p. 271. Sed non inficiandis argumentis Auguſti nepoti vindicantur à Caſp. Barthio lib. 10. cap. 21. Adverſar.

III. Prodierunt Bononiæ A. 1474. qvam editionem innuebat idem Barthius cum Bononienſes membranas allegaret lib. 47. c. 18. Inde Venetiis ex Aldi officina, & plus vice ſimplici Baſileæ, & Pariſiis 1559. 4. ap. Gvil. Morellum, cum ejus caſtigationibus. Etiam cum Proclo, Leontii ſphæra, Arato ipſo, Metaphraſeos à Cicerone compoſitæ reliquiis, Rufi Feſti Avieni Metaphraſi & *antiqvo* qvi vulgo appellatur

Germanicus Cæſar in Arateo loquitur carmine. Cæſarem in Arato laudat plus ſimplici vice etiam Priſcianus, verſiculos noſtri repetens.

(e) Vide qvæ viri docti ad Martial. VIII. 65.

latur Germanici *Scholiastes* (f) in Sicilia reperto qvem Aldus & Gvil. Morellus ante ediderant, lu-

(f) Aldus edidit hoc titulo: *Fragmenta Arati phænomenon per Germanicum in latinum versi cum commento in Sicilia reperto.* Proprie vero hoc qvod vocat commentum non est commentarius in Arati Metaphrasin, unde H. Grotius illud tanqvam alienum in Arateis suis prætermisit: Sed ut Jo. Fellus Oxoniensis Episcopus in sua Eratosthenis editione pulchre observavit, *latina versio catasterismorum Eratosthenis*, additis qvibusdam exerptis è *Nigidii Figuli* sphæra Græcanica, & recentiores qvibusdam è Plinio, Fulgentio Planciade & Isidoro de natura rerum assumentis. Persvasit sibi nempe Fellus commentarium istum (qvicqvid Scaliger aliiqve viri docti aliter senserint) Germanici ipsius esse (qvod & Politiano c. 38. Misc & Barthio pridem visum) ab eoqve non Aratum modo sed & Eratosthenem translatum esse latine. Neqve hanc sententiam tantum conjecturis niti, qvod in veteri MS. exemplari qvod olim in Sicilia traditur repertum, nec non altero veteri exemplo Collegii Etonensis Regii utriqve simul compareant, aut qvod restrictior stellarum in singulis asterismis numerus ævum profitetur saltem Claudio Ptolemæo antiqvius: sed Lactantium Firmianum hoc statuere affirmat lib. I. Cap. XI. ubi Cæsaris Aratum laudans illa ipsa refert verba qvæ in commentario isto pariter & in Græco Eratosthene reperiuntur. M. Antonio Delrioni auctor commentarii præsentis vocatur *Calpurnius Bassus*, aliis *Cassius Bassus* incerta plane conjectura. Thomas Munckerus in dissertatione de auctore Mythologiæ qvæ sub Hygini nomine ambulat, refert se in pervetustis Puteaneæ Bibliothecæ membranis ArateorumGermanici scholiasten deprehendisse latinum ab edito satis diversum, sed cum jam describendum eum sibi proposuisset, deprehendisset paulo post, esse Græca in Aratum scholia latinitate donata. Idem Vir Clariss. loca complura scholiastæ qvem vocant Germanici sanavit non infeliciter in notis ad Mythographos latinos. Indicem auctorum in hoc commentario allegatorum dedi in Bibliotheca Græca lib. III. cap. 18.

lucem adſpexerunt A. 1589. 8. ex officina San Andreana. Deniqve elegantiſſime ſed ſcholiaſte illo antiqvo omiſſo in Syntagmate Arateorum, qvod Joſ. Scaligeri ductu adornavit notisqve illuſtravit Hugo Grotius tum admodum adoleſcens. Lugd. Bat. 1600. 4. In hac editione præter verſus aliqvos hactenus ineditos Dioſemeion ex veteri MSto codice (g) literis Romanis capitalibus exarato, qvem à Jac. Suſio Grotius acceperat, acceſſerunt formis æneis expreſſæ imagines XLIV. ſignorum cœleſtium, etſi toto cœlo eas ſæpius aberrare ipſe qvi vulgandas curavit Grotius non diffitetur. Has imagines ab inſigni artifice Jacobo de Geynæri luculenter inciſas ſeorſim poſtea luci expoſuiſſe comperi Joh. Janſonium Amſt. 1621. 1652. fol. Easdem minoribus formis expreſſas in Mythographis ſuis exhibuit, & Poëticon Aſtronomicon Hyginianum exornare juſſit Tho. Munckerus, ibid. 1681. 8.

IV. *Epigrammata* qvædam ſub Germanici nomine occurrunt in appendice Virgilii & inter Poëmata vetera collecta à P. Pithœo, ut Græca in præſenti prætercam, qvæ leguntur in Anthologia Epigrammatum Græcorum.

Oravit cauſas Germanicus, etiam triumphalis, atqve inter cetera ſtudiorum monument reliqverat & Comœdias Græcas teſte Sveton Calig. c. III. Sed horum omnium nihil qvic qvam ad nos pervenit. *LIBE*

(g) Mentio hujus Codicis ap. Joſeph. Scaligerum Epiſt. 25

LIBER II.

De scriptoribus Argenteæ ætatis, ab Imperii Tiberiani temporibus ad ætatem usqve Antoninorum.

CAPUT I.

DE C. JULIO HYGINO.

Hygini ætas 1. Scripta deperdita. 2. Tributus ei fabularum liber 3. Poëticon Astronomicum 4. Obiter de Fulgentii Planciadis Mythologico & libello de prisco sermone, ibid. Hyginus Gromaticus 5.

I. C. JULIUS (a) HYGINUS, Hispanus (sive Alexandrinus potius) Augusti Imp. Libertus & Ovidii Poëtæ familiaris, Polyhistorem (b) & Grammaticum Græcum Cornelium Alexandrum reddere Latinis conatus, præfectus fuit Palatinæ Bibliothecæ, atqve plurima scripsit.

U II. Ge-

(a) Eqvidem hoc qvod è Svetonio c. 20. de Grammaticis posui pronomen Caji Julii, tam in MSS. libris fabularum qvam Poëtici Astronomici non occurrit, teste Jac. Micyllo & Gvil. Morello: Unde Scheferus colligit ea esse alterius & Junioris Hygini, qvi scripserit ætatem circiter Antoninorum.

(b) Polyhistores dicti præter Hyginum, Cornelius Alexander Grammaticus atqve Apion Alexandrinus. Etiam Solinus Collectanea sua Polyhistorem inscripsit, & nostra ætate eruditum suum de notitia librorum opus (cujus posterior pars postuma hoc ipso anno 1708. vidit lucem) Dan. Georgius Morhofius ὁ μακαρίτης.

II. Genuina illius Hygini ſcripta, qvæ veteribus memorantur, ad unum omnia periere, qvalia (*) ſunt:

De ſitu urbium Italicarum, Servius in 3. & 7. Æneid.

Liber ſecundus urbium, Macrob. V. 18. Reſpicit & Hyginum laudans lib. 1. c. 7.

Liber ſecundus de agricultura, Chariſius 1. Gram. p. 115. licet Columellæ codices qvidam pro Julio Hygino habent Græcinum lib. 1. cap. 2. Sed Hygini nomen recurrit lib. 9. c. 2. & 13 ubi de apibus eum diligenter ſcripſiſſe Columella ſignificat.

De arte militari, Sarisber. VI. Policratici c. 19.

De *proprietatibus Deorum*, Macrob. III. 8.

De Diis Penatibus liber. Macrob. III. 4.

Libri de vita rebusqve illuſtrium virorum, qvorum *ſextus* laudatur à Gellio lib. 1. c. 14. & Jo. Sarisberienſi V. 7. Policratici. Ex hoc opere videntur qvæ de Africano habet idem lib. VII. c. 1.

Exempla. Gellius X. 18.

Commentarii in Virgilium. Servius & Gell. Neqve aliud fortaſſe opus è qvo Gellius XVI. 6 illa de bidentibus refert ex Hygino Julio *in qvarto librorum qvos de Virgilio fecit*. Intelligo enim qvartum ſive ut in Macrobii codici bu

(*) Notata ſunt Hygini ſcripta deperdita ab Elia Vinet ad Sveton. c. 20. de Grammat. Voſſio lib. 1. de Hiſt. latin. c. 20. & Harduino in elencho auctorum à Plinio majore allegatorum.

bus VI, 9. legitur qvintum commentariorum in Virgilii librum. Ita sæpe in Græcis scriptoribus τὰ περὶ Ὁμήρου, τὰ περὶ Ὀδυσσείας, τὰ περὶ Ἀλκαίου notant commentaria in illos poëtas, ut alibi notavi.

Cinnæ Propempticon Charisius 1. Grammat. pag. 108. seq.

De familiis Trojanis Serv. ad V. Æneid.

III. Exstant sub Hygini nomine, stylo humili & plebejo sermone descripta ac vix cuiqvam antiqvorum laudata:

Liber fabularum 277. qvibus præmissæ *genealogiæ* breves *Mythicæ* ab Hesiodi Theogonia & Apollodoro passim dissidentes. Hinc *Genealogiarum* titulum libro præfixum in MS. Frisingensi reperit Micyllus. Etiam auctor ipse scripsisse se *Genealogias* testatur lib. 2. Poet. Astronom. c. 12. de Perseo. *Græcæ fuerunt Gorgonum custodes, de qvo in primo libro Genealogiarum scripsimus.* Opusculum hoc ipsum ad Poetas & totam veterem Mythologiam intelligendam haud inutile, videtur longe plenius olim fuisse & ab auctore divisum in duos libros (c) sed ad

 nos

(c) Epitomen nos tantum habere putabat Barthius, con-structam à nescio qvo *Aviano* vel *Ammiano*, cujus nomen re-perit in MS. Idem visum Ger. hJo. Vossio lib. III. de vitiis ser-monis c. 12 & viro Cl. Thomæ Galeo in diss. de scriptoribus Mythologicis p. 40. ubi ait Grammaticum qvendam in MS. penes Is. Vossium testari se eam fecisse Maximo & Apro Coss. Heinesius affirmat centonem esse è variis auctoribus consti-tutum l. 3. Var. lect. cap. 2. p. 373. & c. 3. p. 480. *Thom. Munkerus*

nos mutilum turbatumqve pervenit. Plura qvam nos hodie in illo pridem legisse se innuit S. Paulinus, cujus hæc sunt Poem. ult. adversus gentes v. 131.

Ista qvidem mulier (Vesta) *sicut commendat Hyginus*
Stamine prima novo vestem contexuit olim
Nomine de proprio dictam, qvam tradidit ipsa
Vulcano, qvi tunc illi monstraret opertos
Custodire focos. Hic rursum munere lætus
Obtulit hanc Soli, per qvem deprenderat ante Mar

rus in diss. de autore Mythol. Hyginianæ, cui etiam *Petri Scri verii* de Hyginis commentatiunculam inseruit, suspicatur terrigena qvodam Aviano, tempore propemodum rei Roma næ jam emorientis, undiqve ex Servio, Scholiaste Germa nici aliisqve veteribus Scholiastis, & mythologis consarc natam. Lib. 4. Poëtici Astronomici cap. 13. adducuntur ve sus petiti ex Prudentii lib. 3. contra Symmachum. Sed uti qve versus illi adjecti videntur ab aliena manu, nec in prim exstant editionibus. Scaliger ad Euseb. p. 10. non invitu se concedere ait hunc mythologum conversum fuisse Græco, qvod ita verum esse potest, ut ex Græcis auctoribu sua hauserit. Qvam in sententiam Munkerus qvoqve, *credamus*, inqvit, *bonam partem harum fabularum ex Hygi esse desumtam, negari tamen non potest, cum non pauca ill esse alicunde adsuta, tum nonnulla ab homine Græce non va de docto in latinum sermonem versa.* Poëticon Astronom cum ex Eratosthene & antiqvioribus concinnatum esse n tat idem Scaliger ad Manilii lib. 1. p. 34. Sane Eratosthe Catasterismos fere integros libro suo inseruisse collatio stendit, & notavit præstantissimus Oxoniensis Episcopus sua ad illos præfatione, etsi Salmasius lib. de annis Climact ricis p. 594. existimavit ab Hygino transcriptam Sphæra Græcanicam Nigidii Figuli.

Martis adulterium. Nunc omnis credula turba
Suspendunt Soli per Vulcanalia vestes.

Fabulas Hygini primus edidit *Jacobus Micyllus* Basil. 1535. fol. præmissas (d) Poetico Astronomico. Separatim qvoqve prodierunt Lugd. Bat. & Amstelodami apud Gaasbekios 1670. 12. cum emendationibus notisqve ex Casp. Barthii Adversariorum opere collectis.

IV. *Poëticôn Astrotomicôn* liber *ad M. Fabium*, (e) in recentioribus Codicibus distinctus in libros IV. qvorum (1) de mundi ac sphæræ ac utriusqve partium declaratione (2) de signorum cœlestium historiis (3) de descriptionibus formarum cœlestium (4) de qvinqve circulorum inter corpora cœlestia notatione & planetis. Prodiit primum Venetiis An. 1482. & 1485. curante Erhardo Ratholt, Germano: deinde ibidē apud Aldum A. 1497. postea Coloniæ Agripp. 1535. emendante ad Codices MSS. Joanne Sotere, & eodem anno Basileæ cura Micylli, qvi

U 3 præ-

(d) In eodem volumine qvod iterum Basil. ex officina Hervagiana prodiit A. 1549. fol. junctim excusa sunt Palæphatus & Phornutus latine, Fulgentii Mythol. & de vocibus antiqvis, Albricusqve tum Aratus & Procli Sphæra græce & latine, & Metaphrasis latina Arati Germanico auctore.

(e) *M. Fabium Qvintilianum* Volaterrano. Hoc qvidem negat Scheferus, qvia nullam Eloqventiæ laudem disert. tribuit Hyginus huic Fabio. At eqvidem ni tempus repugnet dubito utrum tanti momenti sit hoc argumentum. Ad hoc opus respiciens Joannes Sarisberiensis Hyginum laudat II 18. Policratici, & Isidorus de natura rerum c. 17, 19. & 47. & ante hos Marcianus Capella.

præter fabulas Hygini etiam annotatiunculas qvasdam in ora libri adjecit. Ratholti editionem ſecuta eſt illa Ludovici Vivis Pariſ. 1536. Micyllianam Jacobus Parantius ib. 1578. Joannes de Gabiano, Lugd. 1608. & Joannes Scheferus qvi notas & indices addidit Hamb. 1674. 8. Soteris ἔκδοσιν expreſſit in plerisqve Gvil. Morellus Pariſienſis 1559. Morellum Commelinus Anno 1589. 8. & Thomas Munckerus, qvi præterea uſus excerptis qvinqve Codicum MSS. & cum Hygino diligenter contulit qvicqvid è Scholiaſtis veteribus, Mythologis, Poetis, aliisqve ſcriptis ad eum caſtigandum illuſtrandumqve facere poteſt. Editionum itaqve præſtantiſſima eſt, qvæ Mythographis latinis à Thoma Munckero illuſtratis præfixa, prodiit una cum *Fabii Planciadis Fulgentii* (f) My

(f) Libri tres *Mythologicôn Fulgentii* lucem primum adſpexere Mediolani A. 1487. cum commentariis Jo. Baptiſtæ Pii, ſe qvos levioris momenti eſſe Munkerus affirmat. Tum Auguſtæ Vindel. cum Jacobi Locheri commentariis Anno 1521 Hinc Baſileæ apud Hervag. 1535. 1549. cum Hygino & ali & annotatiunculis Micylli. Prodiit etiam An. 1536. & 156 9. ibid. ex officina H. Petri cum Fulgentii Epiſcopi operibu qvæ recuſa ſunt A 1587. ibid. apud Sebaſt. Petrum filium, cur Henrici Juſti. Micyllianam editionem fere ſecuta Pariſien ſis eſt A. 1578. & Lugdunenſis A. 1608. Imprimis vero lauda ta eſt Commeliniana A. 1589. 8. cum Hygino aliisqve duobu Fulgentii opuſculis, & libello Albrici. Hujus præcipue veſt giis inſtitit Munckerus, uſus præterea duobus MSS. Le denſis Bibl. Idem in prolegomenis exhibet ſuppoſititiam *Fu gentii in Mythologicon libros præfationem*, qvam Jacobus Fabe Daver

Mythologiis in tres libros diſtinctis & *Cato* presbytero Carthaginienſi inſcriptis, libello de continentia Virgiliana (g) ad Chalcidium Grammaticum, & altero (ad eundem) de priſco (h) ſermone: *Lactantii Placidi* argumentis (i) Metamorphoſeon Naſonianarum & *Albrici* (k)

 Phi-

Daventrienſis in veteri MS. reperit, & ex Fabri idiographo qvod exſtat Lovanii in Bibl. Auguſtinenſium, edidit Jacobus Revius in Hiſtoria Daventriæ p. 141. Editionem Fulgentii Munckerianam nimis ut ſolet acerbe perſtringit Jac. Gronovius ad fragmentum Stephani Byz. de Dodone p. 33. ſeq.

(g) De hoc dixi ſupra lib. 1. c. 12. p. 210.

(h) Hunc librum cum Fulgentii Mythologicis ediderant Pius, Micyllus & Commelinus: cum Nonio Macello Hadr. Junius nimium ſibi qvandoqve licere ratus Anno 1565. 8. Juniumqve ſecuti Pariſienſes A. 1585. 8. ac deniqve Joſias Mercerus ibid. 1614. 8. Præterea cum Iſidori Hiſp. Originibus Bonaventura Vulcanius A. 1575. fol. optimo codice uſus. & in Auctoribus latinæ lingvæ Dionyſius Gothofredus Genev. 1602. 1622. 4. Ceterum neſcio, an fidem apud cordatos lectores inventurus ſit, præfidens Munkeri ſuſpicio qva conjicit *Fulgentium in hoc libello licere ſibi arbitratum ut auctoritatem advocaret complurium ſcriptorum qvi nunqvam videntur exſtitiſſe, certe aliis incomperti ſunt, quod ejus ætate magna ſui parte non à Gothis tantum ſed ab ipſis Chriſtianis præpoſtero religionis Zelo ſpoliatæ eſſent Biblothecæ.* Rectius notarunt viri docti Fulgentium, qvando Græcos ſcriptores allegat, uſum veteribus Latinis Græcorum illorum auctorum verſionibus.

(i) De his dictum ſupra lib. I. c. 15. p. 266. ſeq.

(k) *Albricus* ſive *Alfricus* Londinenſis floruit circa A. CHRISTI 1217. & librum iſtum de imaginibus Deorum ſive *Poëtriam* (ut vocat Bradwardinus in cauſa Dei contra Pelagium p. 157.) fere collegit ex Fulgentio. *Poëtarium* vocatur in Cod. MS. Regio Pariſ. de qvo Labbeus Bibl. nova MSS.

Philoſophi commentariolo de imaginibus Deorum Amſt. 1681. 8. 2. Volum. Johannes qvoqve Scheferus utrumqve Hygini ſcriptum cum ſuis commentariis & indicibus Thomæqve Munkeri notis atqve emendationibus in Mythologiam, ſed qvas ipſe deinde auctor nimium feſtinatas confeſſus eſt, edidit Hamburgi 1674. 8. In Munkeri editione Poeticon Aſtronomicum imaginibus æri inciſis eſt exornatum qvas ex Grotii Arateis editor depromſerat: ut Soter in ſuo Hygino illas exhibuit & Micyllus deinde ac Commelinus ſervavit ex Ptolemaica διαγραφῇ. Eqvidem hoc genus ornamenti omiſiſſe ſe ait Scheferus, qvod ſciret illas, qvæ in antiqvis editt. occurrunt nec veteres eſſe, nec aſteriſmos rectè exhibere diſpoſitos, qvod idem etiam de Grotianis paulo ante in Germanico obſervare me memini.

V. *Liber Gromaticus* ſive *de limitibus conſtituendis*, qvi ſub Hygini nomine exſtat, ſed junior eſ

MSS. p. 272. Non integrum autem ediderant Micyllus & Commelinus, qvali in ædibus Voſſianis uſum fuiſſe ſe teſtatur Cornelius Tollius ad Palæphatum p. 165. Sed nec Munkerus integrum dare potuit, qvoniam Voſſius ea de re appellatus reſpondit ſe vel donaſſe Tollio vel certe commodaſſe, nec poſtea cum diem ſuum obiiſſet Tollius reſciſſe qvid eo libro factum ſit, & heredes qvoqve Tollii negarunt in ſupellectile ejus libraria ullum à ſe Albricum inventum. Idem Tollius p. 242. ex eadem Iſ. Voſſii Bibl. meminit mythologi antiqvi inediti Albrico Boccatioqve longe antiqvioris, qvi ex eo multa deſumſerint, etſi recentioris Servio Fulgentio, à qvo ipſe viciſſim non pauca fuerit mutuatus.

eſt & Trajani Imp. meminit, commemorabitùr nobis infra libro IV. cap. XI. inter ſcriptores Agrimenſorios.

CAPUT II.

DE M. VELLEJO PATERCULO.

Velleji ætas & libri duo Hiſtoriarum, 1. *Editiones.* 2. *Fragmentum ei tributum de victoria Svevorum à Romanis reportata.* 3. *Franciſci Aſulani ſententia libros duos Hiſtoriarum habentis pro ſuppoſititiis.* 4.

I. P. (a) VELLEJUS PATERCULUS ex eqveſtri familia Romanus, variis muneribus functus, deniqve cum fratre ſuo à Tiberio Imperium auſpicato factus prætor, annoqve 17. ejus Imperii, Urbis 783 qvi erat CHRISTI 30.

U 5 condi-

(a) *Publium* Vellejo prænomen dant Taciti Codices III, 39. Annal, & Aventinus, & prima editio B. Rhenani, & Vellejus Burerianus MS. teſte Valente Acidalio & JacoboSchegkio. Itaqve hoc jam magis probo, licet alibi Codices Priſciani ſecutus *Marcum* prætuli, & video in editionibus qvibusdam *Cajum* appellari, Sed Cajum Vellejum avum ſuum noſter appellat II. 76. fuit is fortaſſe C. Vellejus Senator, ſecta Epicureus, cui Cicero collocutoris partes tribuit in libris de natura Deorum. Alius C. Vellejus in veteri inſcriptione apud Sponium p. 89. Miſc. & M. Vellejus apud Ciceronem 3. Philippica c. 10. pro qvo alii codices Vehilium exhibent. Vitam noſtri ex ipſius ſcriptis diligenter & ingenioſe ut ſolet colligit eruditiſſimus Vir H. Dodwellus in Annalibus Vellejanis, qvi cum Annalibus Qvintilianeis, & Statianis prodierunt Oxon. 1698. 8.

condidit ſuccinctam *Hiſtoriam*, inſcriptam (b) M. Vinicio Cos. *libris II*, qvi extant, ſed ita, ut *prioris* partem majorem deſideremus, qvæ in perſtringendis breviter variarum gentium ante Romam conditam rebus verſata fuiſſe videtur. Liber *poſterior*, hiſtoriam Romanam ab Urbis Origine libro priore cœptam perſeqvitur ad exceſſumLiviæ, Auguſti conjugis, matrisqve Tiberii. Anno poſt ut præſtantiſſimo Dodvvello viſum qvinqvagenarius cæſus eſt à Tiberio ob amicitiam Sejani, itaqve qvod toties promittit *juſtum opus* ſive *juſta* Hiſtoriæ *volumina II*. 48. 99. 103. 114. 115. nunqvam fortaſſis à Vellejo elaboratum, certe lectum (qvod conſtet) nemini fuit.

II. Primus Velleji duos qvos dixi libros è MSto Morbacenſi, additis in ora libri caſtigationibus ac notis brevibus edidit, & Friderico Saxoniæ Electori inſcripſit *Beatus Rhenanus* Baſil. 1520. fol. apud Frobenium, teſtatus Mediolanenſem ſe codicem à Georgio Merula repertum, per plures annos fruſtra exſpectaſſe. Ad calcem ſubjiciuntur variæ lectiones ex eodem Codice Morbacenſi collectæ à *Joanne Alberto Burerio*. Ab eo tempore Vellejum ediderunt

Aldus Manutius Pauli F. una cum ſcholiis, Venet. 1571. 8.

Frid. Sylburgius tomo primo Romanæ Hiſt. ſcriptorum minorum, cum variis lect. Francof. apud Wechel. 1588. fol. *Va-*

(b) De Vinicio Conſule vidi Meurſium ad Phlegontem p. 157. & Sam. Baſnage V. C. Annales ad A. C. 30. n. 1.

Valens Acidalius cum lectionibus Vellejanis, Patav. 1590. 8.

Justus Lipsius, cujus commentariis illustratus prodiit Antvverpiæ ad calcem Taciti A. 1607. & 1648. fol. ut minores editiones v. g. Raphelengianam 1591. 8. aliasqve jam omittam.

Jaobus Schegkius Francof. 1602. 12. Prodiit etiam Vellejus cum notis Manutii, Lipsii, Schegkii & Acidalii, Lugd. 1594. 8. & cum notis eorundem & Rhenani atqve Burerii, Fulviiqve Ursini, Paris. 1608. fol. una cum Tacito, Variorum notis illustrato.

Janus Gruterus, cum notis inter Historiæ Augustæ scriptores latinos minores, Hanov. 1611. fol. & cum castigationibus & notis Rhenani, Burerii, Manutii, Fulvii Ursini, Lipsii, Schegkii, Acidalii & Gruteri, Francof. 1670. forma minore.

Gerhardus Vossius (c) G. Joannis F. cum notis Lugd. Bat. A. 1639. 12. recusus deinde sæpius ut Amst. 1664. 12. Francof. 1687. 12.

Marcus Zuerius Boxbornius, Lugd. Bat. 1632. 12. cum brevibus animadversionibus.

Ægidius Lacarrus cum annotationibus, Paris. 1644. 12.

Jo. Henricus Bœclerus, notis, characteribus politicis & indice Vellejum auxit Argentorat. 1642. 1663. 8.

An-

(c) Hujus observationes qvasdam castigat Colomesius p. 395. ad Gyraldum.

Antonius Thysius cum suis selectisqve variorum notis edidit Lugd. Bat. 1653. & 1667. 8. Hisce accedunt:

Robertus Riguez Jesuita, qvi in usum Delphini, paraphrasi notisqve & omnium indice vocabulorum ornavit Paris. 1675. 4.

Jo. Hudsonus V. C. qvi præmissis *Henrici Dodwelli* Annalibus Vellejanis (d) novissime Paterculum accurate recensitum cum variis lectionibus & indice locutionum Vellejanarum vulgavit Oxonii 1693. 8.

Christophorus Cellarius V. C. paullo post defunctus, qvi Vellejum cum notis & indicibus edidit Lips. 1707. 12. præmissa annalium Dodvvellianorum tabella.

Prodiit etiam Vellejus sine notis è Lipsii recensione apud Commelin. foma minore Anno 159. & ex recensione Gruteri, Helmst. 1649. 12. & inter scriptores veteres Hist. Romanæ Ebrodun. 1621. fol. & inter scriptores Hist. Romanæ minores, Amst. 1625. forma minore: & ex Museo Nic. Blancardi 1648. 12. tum ex *Nic. Heinsii* recensione, Amst. 1678. 12. Castigationes Heinsii ineditas memorat Jo. Clericus V. C. T. 3. Bibl. selectæ p. 366.

Deniqve locis parallelis, notisqve perspicuis Grammaticis atqve indicibus in usum scholarum illustratus est ab amico nostro *Christiano Junckero*, Historiographo Ducali Saxo-Hennebergico, Francof. 1707. 8.

Chri-

(d) Confer Acta Erud. Lipsiens. A. 1695. p. 114.

Christophori Adami Ruperti Observationes in Vellejum & Valerium Maximum prodiere Norimb. 1663. 8.

Fulvii Ursini notæ in Vellejum, Sallustium aliosqve, una cum fragmentis latinorum Historicorum Antvverp. 1595. 8.

Bonam partem libri posterioris Vellejanæ Historiæ cum notis qvibusdam *Philippus Ludovicus Hannekenius* inseruit exercitationibus fundamentorum latinitatis, qvas cum Jano Juris edidit A. 1668. 4.

Hispanice vertit Vellejum Emanuel Sveiro, Antvverp. 1630. 8.

III. Fragmentum qvod tanqvam ex *Velleji Gallica Historia* excerptum vulgavit Wolfgangus Lazius commentar. de Rep. Romana Lib. 1. c. 8. non est ejus Scriptoris, qvemadmodum ostendunt Marcus Velserus lib. 3. rer. Augustanarum, & Vossius de Hist. Latinis lib. 1. c. 24. & lib. IX. de Theologia Gentili cap. ult. qvi observat integrum paucis insertis legi in Chronico Conradi à Lichtenau, Abbatis Urspergensis ad A. C. 1167.

IV. Porro nimis acutum vidit Franciscus Asulanus, qvi duobus etiam Historiarum libris svavissimis notam suppositionis impegit, & in præf. ad Livium qvestus est Basileenses aliud " scelus commisisse, historiam rerum Roma- " narum edentes sub nomine Paterculi, in qva " nihil fere latinum legatur, qvod Augusti "

„tem-

„tempora redoleat, qvibus eum floruisse ve-
„lint.

CAPUT III.
DE PHÆDRO,
Fabularum Scriptore.

Phædri ætas & fabularum libri 1. *Falli eos qvi Phædri has esse negant* 2. *De Perotto & Faërno qvi ante Pithœi editionem fabulis Phædri dicuntur usi fuisse, ibid. Editiones*, 3. *Obiter de Anonymo latino fabularum scriptore & Laur. Abstemio, ibid. Fabula Phædri è Gudiano primum Codice prolata in lucem*, 4.

I. T. PHÆDRUS (a) Thrax, Augusti Imperatoris libertus, sub Tiberio Imperatore, atqve ipso fortassis jam defuncto (b) versibus senariis svavissimis expressit
Libros qvinqve fabularum (c) *Æsopiarum*, qvorum

(a) Marqvardus Gudius malebat *Phæder*, licet non latebat virum doctiss. qvod veteres etiam dixere *Teucrus*, *Istrus*, *Evandrus* & sexcenta talia qvæ vide sis apud Claud. Dausqvium T. I. Orthographiæ p. 72. Tho. Munkerum diss. de Hygino p. 31. & Jac. Gronovium p. 59. ad Arrian. Idem Gudius p. 257. malit scribere *Threx* qvam *Thrax*, qvod tamen usus & Græcorum Θρᾶξ mihi svaserunt retinendum esse.

(b) Ita visum Rigaltio, & Gudio qvi fab. 2. libri. 1. per hydrum putant ferum Caligulæ ingenium denotari.

(c) Æsopias vocat, non Æsopi, qvia ipse materiam qvarundam reperit, *Usus vetusto genere sed rebus novis* ut ait in limine libri V. At mirantur viri docti qvod Æsopios logos inten-

rum qvatuor priores Eutycho, (*) poſtremum Phileto Urſo Particuloni inſcripſit, non vane illi ominatus chartis nomen victurum ſuis, latinis dum manebit pretium litteris. Qvanqvam inter veteres vix qvisqvam Phædri meminit præter Martialem III. 10. & Avienum præfat. ad ſuas fabulas.

II. Lucem debent Phædri libelli viro optimo & juvandis literis nato *Petro Pithœo*, qvi primus vulgavit Auguſtobonæ Tricaſſium, A. 1596. 12. Ante Pithœum in illos incidiſſe oportet Nicolaum Perottum, qvi ſuppreſſo Phædri nomine nonnullos ejus verſus pro ſuis in copiæ cornu recitat. Etiam *Gabrieli Faërno* hoc datum vitio eſt, qvaſi in ſuis fabulis, elegantiſſimis ſane illis, Phædrum imitatus vel æmulatus ſcripta ejus ut ait lib. 28. Thuanus

qvæ

:entatum Romanis ingeniis opus vocat Seneca c. 27. conſo-at. ad Polybium, *Non audeo te usqve eo producere, ut fabellas* ꝛv *oqve & Æſopios logos, intentatum Romanis ingeniis opus ſo-ita tibi venuſtate connectas.* Num igitur Phædrus Senecæ gnotus erat, aut noluit ille Thracem, ut Lipſio videbatur, ngeniis Romanis annumerare. Vel qvæ Bælii eſt conjectu-a, Phædri libelli adhuc verſabantur in manibus paucorum untaxat privatorum, vel certe illorum Seneca cum ſcribe-et haud meminit. Poteſt etiam aliter ad illum locum re-ꝓonderi. Nam cum trigeſimum caput ejusdem libri Senecæ onſulo, video eum loqvi de Æſopiis logis non verſu latino t Phædrus fecerat, ſed latina proſa digerendis, atqve ut ipſe oqvitur connectendis.

(*) De hoc Eutycho, qvi apud Caligulam Imp. gratioſus uit, mentio apud Joſephum XIX. 3. Antiq.

qvæ legerat & penes se habebat suppresʃiʃʃet. Sec Perraultus qvi Faërni fabulas carmine Gallicc reddidit, inficiatur Phædrum Faërno unqvam visum fuisse. Fabulas vero à Pithœo edita antiqvi illius Phædri esse negarunt Vossius in Aristarcho ll. 16. & Petrus Scriverius ad Mar tial. III. 20. Sed negarunt præter rationem cum nihil illis fabulis sit tersius ac venustius, & Tiberii se temporibus perspicue vindicet Phæ drus ipse de Sejano actore, teste ac judice su conqverens prologo libri tertii.

III. Prodierunt ab eo tempore cum noti *Conradi Rittershusii* (qvi eodem anno 1596. Alt dorffii Phædrum recensuit illustravitqve) & spi cilegio *Casparis Scioppii* Lugd. Bat. 1598. 8. I hac editione habentur etiam *Cælii Symposii* æni gmata cum notis Josephi Castalionis, fabul Græcæ Babrii, & Ænigmata veterum Poëtarum Græcorum Latinorumqve. Repetita editio e Antvv. 1610. 8. additis animadversionibus *Joan nis Meursii*, parum felicis in hoc scriptore, ut jam observatum viris doctissimis, Aristarchi.

Eodem anno *Isaacus Neveletus*, Phædrum cum notis suis recudi curavit inter fabulas v riorum auctorum Græcas 297. Æsopi, (d) 4 Aphthonii, 54. Gabriæ sive Babriæ, & Latin 60. *Anonymi* veteris (e) in Bibl. Palatina reperi ve

(d) De Æsopo & aliis Græcis fabularum scriptoribus ctum à me est lib. II. Bibl. græcæ cap. 9.

(e) Non nullas ex his fabulis Rigaltius é MS. Victoria in

versibus elegis, tum fabulas 42. *Avieni*(f) eodem carminis genere scriptas, deniqve *Laurentii Abstemii*, Maceratensis, (qvi circa A.C. 1500. scripsit, & cujus annotationes qvasdam in varia auctorum loca Gruterus inseruit tomo primo Lampadis Artium) fabulas 199 sermone soluto, ap. Commelinum 1610. 8. Repetita hæc editio Francof. 1660. 8.

Cum notis *Nic. Rigaltii* prioribus & posterioribus, (ex edit. Paris. 1599. 12. & altera perqvam nitida 1617. 4. tertia (*) A. 1630. 12.) *Petriqve*

X *Axe-*

inseruit notis ad Phædrum, & ad lib. 1. fab. 2. scriptorem vocat fabularum ante centum annos Venetiis excusum & in Bibl. Pauli Petavii V. C. & in Victoriana Parisiensi MStum. Editus est plus simplici vice non tantum Venetiis sed Ulmæ qvoqve in Germania & in Galliis. In Ulmensi editione distinguuntur fabulæ hujus Anonymi in libros *duos* (alia in *tres* ut legas in Menagianis p. 72.) ita ut liber secundus incipiat à fabula 21. Sed Neveletus illam distinctionem cujus in Palatino MS. & altera editione nullum vestigium reperit, recte prætermisit, conjiciens illam confictam esse à *Rimicio* qvodam qvi Æsopi fabulas soluta oratione Latina & Germanica convertit. Idem Neveletus notat hunc scriptorem passim Phædri vestigiis insistere, ita ut *Phædri simia* dici mereatur. Qvalis autem fuerit, vel qvando vixerit, incertum est, etsi constat eum jam à scriptoribus sæculi XIV. allegari. Apud Jul. Cæsarem Scaligerum lib. IV. Poëtices p. 729. *Accius* vocatur, & laudibus effertur in cœlum. Alii *Romulum* appellant vel *Salonem* teste Daumio. Vide & Barthium III. 22. Adversar. ubi *Romulii* vel *Bernardi* venit nomine. In Codice Regis Galliæ 893. inscribuntur hæ fabulæ *liber Hisopi* (Æsopi) teste Labbeo Bibl. nova MSS. p. 66.

(f) De hoc infra libro III.

(*) Hanc editionem Cramoisianam qvam deinde secutus & T. Faber tanqvam minus accuratam perstringit Marqvardus Gudius Epistola 7. ad Nic. Heinsium.

Axenii τȣ̃ μακαρίτȣ in librum 1. vulgat: Hamburgi eſt 1671. 8.

Cum P. Syri mimis, notisqve, & animadverſionibus *Tan. Fabri*, Salmur. 1657. 4. & addit: verſione Gallica *Albini* & in illam animadverſionibus. ibid. 1665. 12.

Gallicam Albini verſionem adjecit etiam *Jo Scheferus*, qvi ter repetitis curis Phædrum illuſtravit Anno 1663. 1666. 1673. Hamb. 8 & præter ſuas notas in qvibus T. Fabrum non raro caſtigat, addidit animadverſiones *Francisci Guieti* & indicem locupletiſſimum *Jo Freinshemii*. Scheferiana editio ab eo tempore plus ſimplici vice recuſa eſt, etiam addita Belgica *Joannis Hilaridis* methaphraſi, Franeqveræ 1694. 8. & ſine illâ noviſſime ſuperiore Anno 1706. Hamburgi 8.

Poſthumæ ejusdem Freinshemii notæ A. 1664. 8 lucem viderunt: qvemadmodum editio *Jo Lud. Praſchii*, Gieſſæ 1660. 8. & *Joh. Fried. Kœberi*, Jen. 1685. 12. atqve non integra *Joh Henr. Urſini*, Ratisbonæ 1657.

Cum notis Variorum & verborum phraſiumqve indice, additis iconibus in æs inciſi Phædrus eleganter excuſus eſt Amſt. 1667 8. cura *Jo. Laurentii* JCti.

In uſum Delphini, eundem ſcriptorem paraphraſi, notis & indice omnium verborum ornavit *Petrus Danetus* Pariſ. 1675. 4.

Daniel Hartnaccius qvoqve cum Germanica paraphraſi notisqve perſpicuis ac prolixis, in uſum

usum scholarum utili opera explicatum dedit Rudolphstadii, annno 1696. 8.

Ceterum dolendum est insignibus Petri Axenii nuper Ao. 1706. apud Slesvicenses denati & Marqvardi Gudii in Phædrum annotationibus fata præmatura Virorum clariss. intercessisse. Licet qvod ad Gudium attinet, magnam jacturæ partem levavit elegantissimi vir ingenii *Petrus Burmannus*, curata præclara Phædri editione, cui præter integros commentarios Rittershusii, Rigaltii, Scheferi, Praschiiqve & excerptas aliorum ineditasqve *Nicolai Heinsii*, *Gudiiqve* animadversiones non mediocri studio ex ipsius schedis, qvas ab heredibus Clariss. Grævius acceperat, collectas adjunxit, Amstel. 1698. 8. apud H. Wetstenium.

Phædrus cum P. Syri mimis & Tan. Fabri, Neveleti & Praschii notis Franeqv. 1700. 12.

Phædrus notis doctorum selectioribus novisqve illustratus opera *Thomæ Johnson*, Lond. 1701. 8.

Cum notis eruditis & perspicuis *Davidis Hoogstratani*, V. C. & indice omnium verborum accuratiore qvem Danetus dederat, & tabulis æneis, Amst. 1701. 4. editio luculenta, in usum Principis Nassovii Johannis Guilielmi adornata. Idem Hoogstratanus Belgicam Phædri Metaphrasin iisdem typis & eadem forma excusam & iconibus illustratam edidit, & præterea minorem hujus scriptoris

editionem nitidam in 12. cum notis ſuis ir lucem emiſit, recuſam qvoqve Londini.

Phædrus cum verſione Gallica additis octo fa bulis è Fontano, & animadverſionibus ordi neqve conſtructionis in puerorum uſum pe numeros ſingulis vocabulis impoſitos notato, Pariſ. 1702. 12.

Phædrus & P. Syri ſententiæ locupletiore cum notulis *Sam. Hondly*, Scholæ Nordvicenſis Magiſtri, Lond. 1703. 8. ſecunda editio.

Cum eruditis notis *Joh. Frid. Gronovii*, edente Jac Gronovio fil. qvi & ipſe caſtigationes ſua adjunxit qvibus Gudius paſſim laceſſitur Commendant hanc editionem qvoqve col lectanea *Nicolai Diſpontini*, qvibus indicis mo re dictionem Phædri egregie illuſtravi Amſt. 1703. 12.

Gallica & Germanica proſa Fabulæ LVIII Hamb. 1707. 12. cum fabulis politicis Pilpæ & aliorum.

IV. In editione Burmanniana p. 205. & p 325. & iis qvæ deinceps eam ſecutæ ſunt acce ſere fabulæ qvinqve à Gudio è MS. Divionen ſi deſcriptæ & numeris ſuis redditæ, qvæ in pri oribus deſiderantur. *Crediderim eum plure* inqvit Burmannus, *ex eodem Codice deſcripſiſ nam ejus autographum ex qvo eas exhibemus, omnibus fere partibus, ita maxime in fine lacerum mutilum erat, & plura folia qvibus fabulas adhu qvasdam perſcripſerat (ut ipſius manus in capite pr ma hujus fabulæ teſtatur, qvæ, ſi bene memini, tr gin*

ginta novas & nunquam editas in has chartas ab ipso conjectas indicabat) desiderabantur & abscissa esse videbantur. Forte & hæ aliquando claustra quibus continentur perrumpent. Phædrus ipse in limine libri primi innuit arbores etiam, non modo feras loqventes à se inductas. At in fabulis qvæ exstant nullæ arbores loqvuntur excepta unica illa fabula à Gudio eruta.

CAPUT IV.

DE AUR. (a) CORN. CELSO.

(a) Apud Cassiodorum c. 31. divinar. lect. pro *Cælii Aurelii de Medicina* legendum *Celsi Aurelii*, svadente Reinesio p. 56. Var. lect. Qvæ si vera est emendatio, falluntur qvi Aulum pro Aurelio vocant, Aldum secuti: licet fateor duo nomina familiarum illa ætate vix usqvam conjuncta reperiri. Conf. Jo. Rhodium ad Scribon. pag. 156. & in Celsi vita, ac Jan. Clericum V. C. in Historia Medicinæ Gallice edita part. p. 218. Fuere & alii Celsi, ut ille ad qvem Horatius lib. I. Epist. 8. tum alter Epicureus contra qvem scripsit Origenes cui Lucianus suum inscripsit Pseudomantem. Hunc Celsum cum nostro male confundit Jo. Jacobus à Ryssel in continuatione Vossii de Philosophor. sectis pag. 158. Alius Proqve Cornelius Celsus Imperator, de qvo Trebellius Pollio: Alius Julius Celsus scriptorum Julii Cæsaris διοςθωτὴς (supra p. 163.) Alius Juventius Celsus JCtus, alius deniqve Aruntius Celsus Grammaticus, de qvibus infra libro IV. Fuit etiam Juventius Celsus Medicus pater & filius cognominis, & M. Livius Celsus tabularius scholæ Medicorum in Inscriptione veteri Romæ reperta apud Hieron. Mercurialem IV. 1. Var. lect. His adde Apulejum Celsum, Scribonii Largi præceptorem Centuripis ortum, de qvo infra in Apulejo.

Celsi nomen & ætas. 1. *Alii hoc nomine, ibid. Ejus scripta deperdita & libri de re Medica qvi exstant.* 2. *Editiones.* 3. *Epistola ad Callistum Celso tributa.* 4. *Liber de herbis* 5.

I. AURELIUS CORNELIUS CELSUS, Romanus (b), Vir doctissimus, nec ipse Medicus aut Medicinam exercendo qvæstum faciens, sed qvi putaret accuratam ejus artis cognitionem ad virum universæ (c) naturæ prudentem pertinere. Floruit sub Tiberio Imp.

II. E variis scriptis qvibus & jus civile & philosophiam monumentis illustravit teste Qvintiliano, reiqve militaris & rusticæ qvoq; & medicinæ præcepta reliqvit: soli ad nos perve-ne

lejo, tum discipulum Libanii Celsum Cilicem de qvo Valesii ad Ammian XXII. 9. Celsum genere, eruditione, voluntat laudabilem qvem à Theodosio Imp. prærogativa consulai nobilibus adjudicari optat Symmachus X 25. Epist.

(b) Seqvor communem sententiam, licet Cœlius Rhodiginus XIV. 5. Antiqv. lect. refert Veronenses sibi civem vend care Celsum perinde ut Macrobium, Vitruvium, Plinium qve.

(c) Hoc encomio Celsus mactatur à Columella lib. 2 c re rustica p. 185. edit. Commelin. Idem lib. 1. cap. 1. *N strorum temporum Cornelius Celsus totum corpus disciplinæ* (ru sticæ) *qvinqve libris complexus est.* Qvintilianus XII. 11. *Co nelius Celsus mediocri vir ingenio, non solum de his omnib conscripsit artibus* (Philosophia & eloqventia) *sed ampli etiam rei militaris & rusticæ etiam & medicinæ præcepta re qvit: dignus vel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa cred mus.* Græcinum Celsi transcriptorem memorat Plinius XI 2. Hunc Julii Attici discipulum vocat Columella lib. 1. c. illius inqvam Attici de qvo idem lib. 3. c. 17. *Julius Atticus Corn. Celsus celeberrimi ætatis nostræ auctores.*

ierunt ejus *de re Medica libri VIII.* operis ab eo cripti *de artibus pars Sexta,* (d) ut in codice suo Henr. Stephanus reperit. His, cum sint puro aciliqve sermone nitide contexti, meruit au-ctor, ut Medicus Cicero, vel latinus Hippocra-es diceretur, etsi Nic. Leonicenus, Joh. Heur-nius aliiqve professi sunt, pluris se ejus dictio-nem qvam Medicinam facere, cum tamen sit plerumqve in Medicis etiam ac præcipue Chi-urgicis optimos auctores (e) secutus, adeoqve ninime contemnendus.

III. Inter editiones usui accommodatissima est, qvam Medicus ac Philologus insignis optí-neqve de litteris meritus *Theodorus Jansonius ab Almeloveen* Academiæ Hardervicianæ decus ho-lie singulare emendate recudi curavit Amst. Anno 1687. 12. præmissa vita Celsi à Joanne Rhodio scripta & indicatis passim per totum ibrum Hippocratis & aliorum veterum qvan-loqve locis parallelis, subjectisqve selectis *Joh. Cæsarii, Roberti Constantini,* & ineditis *Isaaci Ca-suboni* brevibus scholiis, aliorum itidem un-

(d) De hoc nostro videtur accipiendum, qvod S. Augusti-us præf. libri de hæresibus ait opiniones omnium Philoso-horum qvi varias sectas condiderunt usqve ad tempora sua x non parvis voluminibus Celsum qvendam absolvisse.

(e) Salmasius ad Hippocratis Aphorism. LXXIX. p. 43. *Qvia ab antiqvioribus sumpsit qvæ habet omnia Celsus, & ab Hippocrate pleraqve, non est minimi faciendus.* Idem p. 65. *Crede saltem Celso, qvi hoc non divinavit, sed ex auctoribus præstantissimis qvi & medicinam olim exercuerunt, id mutua-tus est.*

decunqve conqvisitis in Celsum castigationibus atqve utilissimo indice. Idem Almeloveenius elenchum editionum Celsi adjecit, & hunc scriptorem justis commentariis indiceqve locupletissimo ad pensandam lucubrationum Joannis Rhodii jacturam, illustraturum se est pollicitus. Cujus laudatissimi conatus ne idem fatum experiantur, qvo *Jos.* (f) *Scaligeri*, *Joannis Walei*, *Æl. Everhardi Vorstii*, *Jacobi Holstii* (g) & *Jacobi Mentelii* (h) promissa intercepta dolent, ex animo optant bonarum litterarum studiosi. Porro ad locum Celsi lib. V. c. 26. de fibula & acia extat Jo. Rhodii erudita dissertatio edita Patavii 1639. 4. cujus capite 15. Alphonsi Nunnesii sententiam, & Johannis Jacobi Chifletii pro ea libellum Antvverp. 1633. 4. editum refellit. Rhodium reprehendit Salmasius lib. de modo usurarum. Ejusdem Rhodii de ponderibus & mensuris veterum Medicorum (Celsi imprimis) dissertationem postumam, cum vita Celsi, ab hoc ipso Rhodio scripta edidit Thomas Bar-

(f) Voss. de Philosophia p. 95. Colomes. Gall. Oriental. p. 116. Almeloveen. Bibl. promissa & latens p. 51. &c. *Jul Cæs. Scaligeri* pro *Jos. Scaligeri* excusum est in Actis Erud A. 1688. p. 146.

(g) Vide Epistolas ad Marq. Gudium p. 58.

(h) Patinus T. I. Epist. p. 445. *Nous avons ici Mr. Mentel, qvi en promet un Celse pareillement en vertu de plusieur Manuscrits & revisions qv'il a devers soy. Pour ce dernie: qvoy qv'il dise & promette beaucoup, il ne fait jamais rien & dit toujours qv'il fera merveilles.*

Bartholinus Hafniæ 1672. 4. qvi notas ejus indicemqve, qvales in Scribonium Largum ediderat, ferali flamma periisse qveritur p. 56. seq. libelli de Bibliothecæ suæ incendio.

Prodiit primum Celsus Florentiæ Ao. 1478. fol. Deinde Venetiis 1493. fol. per Johannem Rubeum Vercellensem, & 1497. fol. apud Philippum Pinzi.

Hinc Lugd 1516. 4.

Venetiis apud Aldum ex *Jo. Baptistæ Egnatii* emendatione A. 1542. fol.

Iterum apud Aldum & Asulanum 1528. 4. adjuncto Q. Sereno.

Cum *Joannis Cæsarii* castigationibus, Haganoæ 1528. 8. & Saligniaci 1538 8. apud Johannem Soterem.

Paris. 1529. 4. apud Christ. Wechelum.

Paris. 1533. 8.

Tiguri 1540. 8.

Venetiis apud Aldum cum aliis Medicis antiqvis A. 1549. fol.

Lugd. 1549 forma minore.

Lugduni 1554. 12. apud Joh. Tornæsium.

Celsus cum commentariis *Guil. Pantini* uberioribus in primores duos libros, & in qvinqve reliqvos brevioribus annotationibus, Basil. 1552. fol. apud Oporin.

Liber primus Celsi, qvi est de sanitate tuenda, cum commentario *Jodoci Lommii*, Lovan. 1558. 8.

Celſus cum Sereno & Rhemnio Fannio, Patav. 1563. 8.

Cum eodem Sereno & Rhemnio, annotationibusqve & emendationibus Rob. Conſtantini. Lugd. 1566. 8. apud Rovillium.

Venet. 1566. 8.

Inter Medicos principes H. Stephani A. 1567. fol.

Lugd. 1587. 12.

Lugd. 1608. 12.

Cum commentario *Jeremiæ Thriveri Brachelii* in lib. 1. & in libros ſeptem reliqvos enarrationibus *Balduini Ronſſei* Gandenſis, Reip. Goudanæ Medici Lugd. Bat. 1592. 4. apud Franciſcum Raphelengium.

Hieron. Rubei annotationes in Celſum, Venet. 1616. 4.

Petri Paw commentarius in IV. prima capita libri octavi, adjunctis ejusdem Commentariis in Hippocratem de vulneribus capitis, Lugd. Bat. 1616. 4.

Celſus Genev. 1626. forma minore, cum Sereni, Rhemnii & Vindiciani carmine.

Ex recognitione *Joh. Antonidæ van der Linden* (i) una cum iisdem Sereno, Rhemnio Fannio & Vindiciano. Lugd. Bat. 1657. 12. 1665. 12.

Deni-

(i) Lindenium in Celſo caſtigando uti in Hippocrate audacius verſatum eſſe judicat Th. Bartholinus diſſ. IV. de legendis libris p. 118. Ad adornandam hanc editionem plura ſubſidia habuit à Patino, varias nimirum Celſi editiones emendatus manu Fernelii, Capellani, Carpentarii, Scaligeri & Nancelii.

Deniqve Lindenium ſecutus eſt Clariſſ. Almeloveenius de cujus editione jam dixi.

Loca à Celſo exerpta in Opere Veneto de febribus & altero de balneis, & qvæ de oſſibus cum Galeni libro hujus argumenti Joannes van Horne vulgavit, de induſtria prætereo.

IV. *Epiſtola ad Cajum Julium Calliſtum*, qvæ ſub Cornelii Celſi nomine præfigitur Marcelli Empirici libro de Medicamentis, Scribonium Largum habet autorem, qvi ſcriptum ſuum de compoſitione medicamentorum hac ipſa Epiſtola Calliſto dicavit. Apud eundem Marcellum etiam alia brevior *Epiſtola ad Pullium Natalem* Celſo tributa legitur, in qva ſe ait illius rogatu duos compoſitionum libros de Græco in Latinum ſermonem convertiſſe. Sed & hanc Largo potius adſcripſerim, qvi in prioribus litteris promittit, ſe plures compoſitiones collecturum. Utraqve Epiſtola exſtat in calce editionis Celſi Plantinianæ A. 1592. 4. & in Medicis antiqvis Aldi & H. Stephani.

V. *Librum de herbis* conſtat non eſſe hujus Celſi, ut infra in Apulejo dicemus.

CAPUT V.

DE VALERIO MAXIMO.

Valerii Maximi ætas & libri IX. memorabilium. 1. Utrum Epitome illius operis hodie tantum ſuperſit. 2. De nominum

minum Rom. ratione fragmentum. 3. Editiones Valerii Maximi. 4 Exneri Valerius Max. Christianus, & alia hujuscemodi scripta. 5. Valerii Epistola ad Rufinum ne ducat uxorem 6.

I. VALERIUS MAXIMUS, (a) Romanus, cum per aliqvod tempus petita cum Sexto Pompejo Asiâ (b) militasset, reversus in patriam extremis Tiberii Imp. temporibus (c) post cædem Sejani scripsit ad eundem Imperatorem *libros IX. dictorum, factorumque memorabilium*, digestorum in certas classes; opus jucundum, varium, utile, lectumqve Gellio lib. 1. cap. 7. Plinio lib. 7. Hist. & Plutarcho in Marcello, ut Jo. Sarisberiensem & alios juniores prætercam, Saxonem præcipue Grammaticum (d) qvi eum plurimis Historiæ suæ Danicæ locis est imitatus.

II. Qvos vero hodie sub eo nomine legimus, cum dictionem aliqvando prodant illa (e) fere ætate

(a) Alius & longe antiqvior, gentis Valeriæ Princeps *M. Valerius* dictator, qvem primum revocatæ prudenti oratione è sacro monte plebis causa *Maximi* nomine appellatum tradit Cicero in Bruto c. 14.

(b) Valerius Max. lib. 2. c. 6. n. 8.

(c) Lib. 9. c. 4. extern. 4.

(d) Vide Stephanii ad Saxonem prolegomena cap. XVIII.

(e) Erasmus in Ciceroniano; *Valerius Maximus tam similis est Ciceroni, qvam mulus homini, adeo ut vix credas vel Italum fuisse qvi scripsit, vel hoc ætatis qvod præ se fert vixisse, tam diversum est totum dictionis genus. Afrum qvempiam esse dicas, nec ullum carmen elaboratius.* Castrense genus dicendi in Valerio ac Vellejo notat Christianus Daumius in libro de caussis amissarum latinæ lingvæ radicum p. 39.

ætate indignam, viri docti habent pro epitoma ex majore Valerii opere concinnatâ, vel à *Julio Paride* ut Vossius conjicit de Histor. Lat. lib. 1. c. 24. Confer Lambecium 2. de Bibl. Vindob. p. 934. vel à *Januario* (f) *Nepotiano*, qvæ justior forte Cantelii suspicio est in sua Valerii editione. Fundus hujus posterioris opinionis est Epistola, qvam ex veteri codice edidit Philippus Labbeus T. 1. Bibliothecæ MSS. p. 669. & qvia brevior est, hic integram apponere non gravabor.

Jan-

(f) Hunc addes aliis Januariis collectis à Gisb. Cupero in ἀποθέωσιν Homeri p. 271. Ceterum qvod Epitomam tantum Valerii superesse nobis, audacter affirmant viri eruditi non adeo certum esse vel ex Plinio Majore, qvi plus simplici vice verbis ejus utitur, colligi possit. Imo contrarium dilucide è Plinio apparere ait Joh. Harduinus, cujus tamen judicio non ipsius Valerii, sed epitomatoris sunt, qvæ à num 8. 1. libri 1. ad cap. 5. ejusdem libri 1. qvod *de omnibus*, leguntur, præfationibusqve & egressibus Valerio usitatis sunt restituta. Glossematis pessime laborare hunc scriptorem notavit Jacobus Schegkius Epist. 4 præmiss. Non esse porro auctorem Valerium Maximum inscriptionum cujuscunqve capitis, vel illud argumento notat esse Franciscus Vavassor libro de vi & usu verborum qvorundam latinorum, qvod lib. 5. caput 2. de gratitudine inscribitur, & caput 3. de ingratitudine, qvas voces neqve usqvam illo sensu apud probum scriptorem reperias, (apud Apicium enim *gratitudo ciborum* notat gratum & jucundum illorum saporem) nec ipse Valerius toto duplici capite usurpavit, cum occasio usurpandi imo prope necessitas non deesset. Idem tamen Vavassor testatur se habuisse scriptum manu Valerium, in qvo non jam de gratitudine & ingratitudine, sed de gratis & ingratis capita inscripta fuerint.

Januarius Nepotianus Victori suo salutem.

Impensius quam cæteri adolescentes literis studes, quo tantum proficis, ut exigas Scripta Veterum coerceri, mi Victor, qvod judicium etiam in senibus rarum est. Igitur de Valerio Maximo mecum sentis opera ejus utilia esse, si sint brevia. Digna enim cogitatione componit, sed colligenda producit, dum se ostentat sententiis, locis jactat, fundit excessibus, & eo fortasse fit paucioribus notus, quod legentium aviditati mora ipsa fastidio est. Recidam itaque ut vis, ejus redundantia, & pleraque transgrediar nonnulla prætermissa connectam. Sed hoc meum nec vim antiquorum habebit, nec fucum novorum Et cum integra fere in occulto sint, præter nos (g) *duos profecto nemo Epitomata cognoscat. Hoc tu tius abutor otio, cave hic aliud quam brevitatem requiras, quam solam poposcisti. Cura, mi Victor ut valeas.*

Epitomen Valerii composuit etiam M. *Jo. Honorius* Bohemus, qvi Lipsiæ A. 1497. claruit Vide Jo. Hallervordi spicilegium de Hist. Lat p. 110.

III. In paucis qvibusdam MSS. Pighius testatur pro *decimo libro* occurrere fragmentum epitomes *de nominum Romanorum ratione*, qvam e Valerio (fortasse non *Maximo* sed *Antiate*) *Julius Paris* confecisse dicitur. Hoc insigniter illustrat & erudite castigat *Claudius Salmasius* i com

(g) Ita leg. pro *nos duo.*

commentario inchoato ad Arnobium qvem neditum evolvi in Bibl. Gudiana.

C. Titi Probi (h) nomen qvod eidem fragmento præfigitur in editione Basileensi A. 1540. 8. nisi plane alienum sit, librarii esse existimem. Qvamvis exstitit *Probus* qvidam, de qvo Lupus Ferrariensis, qvi circa annum DCCCXXX. à CHristo nato scripsit, Epistola XX. & XXXIV. ubi de variis argumentis eum esse commentatum testatur. *Probum autem*, inqvit, *non tam aliquid edidisse admiror, quam non omnibus jam scribendi materiam abstulisse.* Illud vero fragmentum prorsus remotum est à novem librorum Valerii Maximi argumento, & propterea in pluribus editionibus prætermissum. In qvibusdam qvoqve MStis codicibus separatim sine reliqvis Valerii libris occurrit. Vide Lambecium lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 934. Alciatum IV. 1. dispunction.

IV. Lucem vidit Valerius Maximus Moguntiæ primum A. 1471. fol. tum Paris. 1475. fol. qvæ editio utraqve fuit in Bibl. Marqvardi Gudii; præterea Venetiis 1475. fol. & cum commentario *Omniboni Leoniceni* ibid. 1482. fol. Hinc cum interpretatione & commentariis *Oliverii Arzignanensis* Vicentini, edente M. Antonio (i) Sabellico Venet. 1488. 1491. 1494. 1500. 1505. fol. & cum commentario Oliverii, *Jodo-*

(h) In Autographis Rudolphinis T. 1. p. 401. male excusum est *C. Titi Probi in X. libros Epitome* pro *in decimum librum*.

Jodoci Badii Ascensii & *Theophili*, Mediolan. 1508. & 1513. fol. Venet. 1518. fol. Parif. 1522. fol. Venet. 1548. & 1575. fol. Editus est qvoqve sine commentariis ab *Aldo* Venet. 1502. 8. & ab *Asulano* A. 1514. 8. deinde prodiit Mogunt. 1538. 8. Basil. 1540. 8. & cum præfatione *Pauli Manutii* apud Juntam 1534. 8. & ex (k) *Sebast. Corradi* recensione Venet. 1545. 8. tum Argentinæ 1521. 8. & ex *Rob. Stephani* officina cum indice & variis Lect. Parif. 1543. 8. tum Antvverpiæ 1545. 8. & Lugdun. 1534. 8. 1541. 8. 1560. 8. 1566. & 1576. 12. Genevæ 1560. 12. & cum *Henrici Glareani* annotationibus Basil. 1553. 8. apud Henr. Petri, & A. 1577. 8. *Lucæ* qvqve *de Penna* (ejusdem qvi in Codicem Justinianeum scripsit) Observationes manu exaratæ in Valerium Maximum fuere in Bibl. If. Vossii.

Præ ceteris post Aldinam & Parisiensem Rob. Stephani, memoranda est editio, qvæ cum *Steph. Pighii* plus qvam octingentis locis Valerium emendasse se professi, & brevibus notis *Justi Lipsii* qvi duobus MStis codicibus & antiqvis editionibus usus est, prodiit Antvv. A. 1585. 1594. &c. 8. in qva etiam fragmentum illud *de nominibus* reperies, Pighii notis illustratum qvod Joh. Vorstius, Joh. Minellius aliiqve u dixi prorsus abjecerunt. Prodiit Valerius etian cum Pighii & *Claudii Mitallerii* notis, Lugdun A. 1587. 12. apud Gryphium, qvemadmodur cur

(k) Catalogus Bibl. Nic. Heinsii part. 1. p. 336.

um solis Pighii annotationibus lucem videat Antvverp. 1567. & 1574. 8. Nec *Christobori Coleri* prætereunda editio qvi Valerium d exemplar Petri Danielis contulit & animdversionibus atqve indicibus auxit, Pighiive & Mitallerii notas addidit. Hanov. 1614. . & Francof. apud Wechelos, 1627. 8. *Christobori* vero *Adami Ruperti* ad Valerium Maximum & Vellejum observationes excusæ sunt Noimbergæ 1663. 8. Ex horum plerisqve selectas notas excerpsit suisqve addidit *Antonius Thysius* Lugd. Bat. 1651. 1660. 1670. 8. Biennio post *Johanes Vorstius* Valerium ad editionem Aldinam & binos Codices Bibliothecæ Electoalis Brandenburg. castigatum, notisqve eruditis illustratum edidit Berolini 1672. 8. *Joannes* qvoqve *Minellius* in tironum gratiam Valerium succinctis scholiis explicatum vulgavit Roterdami 1662. 12. recusum 1671. 12. ut omittam Valerium recensitum à *Johanne Isaaco Pontano* Amst. minori forma 1632. 1671. & cum Lipsii notis nitide & emendate editum Lugd. Batav. 1640. 12. Amst. 1660. 12. Deniqve in usum Delphini Valerius illustratus est à *Petro Josepho Cantelio* Paris. 1679. 4. qvi præter alia singulis narrationibus, temporis qvoqve notationem qvo singula gesta sunt, Pighio præeunte adjecit.

Marqvardi Gudii Valerium Maximum ad plures MSS. castigatum codices, qvem cum ejusdem notis exspectare pridem jussit Mena-

gius c. XIX. amœnitatum juris, mors Viri Clarissimi intervertit. Neqve lucem vidit *Casp. Barthii* glossarium in Valerium cujus meminit Christianus Daumius præfat. ad Statium Barthii. Utinam vero doctissimus Vir *Jacobus Perizonius* præclara sua in hunc scriptorem observata non diutius premat qvorum spem fecit & eximium specimen edidit in animadversionibus Historicis cap. 3.

Gallice translatus est Valerius per *Johannem le Blon* Paris. 1572. 12. Exstat & altera recentior Gallica interpretatio auctore *Clavereto* (le Sieur de Claveret) Paris. 1647. 8. 1659. 12 cujus locum reprehendit Mottanus Vayerus in Hexaemero rustico p. 28.

Italice per *Georgium Dati* Florentinum, Romæ 1539. 8. prodiit & Venetiis A. 1573. 8.

V. Balthasaris Exneri *Valerius Maximus Christianus* Hanov. 1641. 8. exhibet libros IX. dictorum factorumqve memorabilium; Valerii exemplo collectos digestosqve ex Christianis historiis, cui labori prælusere, qvi in editione Valerii Max. Basil. 1577. 8. cum Glareani notis vulgata subjecerunt farraginem exemplorum Christianorum. Scripsit & Valerii nostri imitatione *Baptista Fulgosus* libros IX. factorum dictorumqve memorabilium ex omni historia veteri ac recente collectos Antv. 1565. 8. & *M. Antonius Coccius Sabellicus* X. libris Exemplorum qvod opus postumum sæpius prodiit, ut Basil

1541.

1541. 8. & Germanice per Leonardum Brunnerum Argent. 1535. fol. *Jo. Baptista Egnatius* libros IX. de exemplis illustrium virorum Venetæ civitatis atqve aliarum gentium, qvi post auctoris An. 1553. defuncti obitum prodiere anno proximo. *Jo. Schefferus* in libro memorabilium exemplorum Svecicæ gentis Hamb. 1671. 8. Similiter Exempla gentis Danicæ sive Valerium Maximum Danicum libris XIX. congessit Vir. Cl. *Otto Sperlingius*, ut refertur in novis litterariis Maris Baltici A. 1698. p. 22.

VI. Philippus Labbeus in Bibl. nova MSS. p. 45. memorat *Valerii Maximi dissvasiones ad Rufinum ne ducat uxorem.* Sed intelligitur Epistola qvæ Christiano utiqve scriptore sub Valerii nescio cujus nomine legitur inter scripta S. Hieronymo supposita, atqve incipit: *Loqvi prohibeor, & tacere non possum.*

CAPUT VI.

DE ASCONIO PEDIANO.

Asconii patria & ætas 1. *Commentarius in Orationes Ciceronis*, 2. *Editiones*. 3. *Scripta deperdita*, 4. *Liber de origine gentis Romanæ & liber de Viris illustribus perperam ipsi adscripti*. 5.

I. ASCONIUS (a) PEDIANUS Patavinus (b) cum

(a) Ausonius Pædianus vocatur in Ramiresii Pentecontarcho, male.

(b) Hinc Livium *suum* vocat Asconius in Orat. pro C. Cor-

cum Virgilio familiariter versatus si Servium & Philargyrium in Eclogam IV. audiamus, tamen ab Hieronymo in Chron. dictus adhuc sub Vespasianis floruisse. Qvanqvam vero addit Hieronymus, eum anno ætatis 73. oculis captum supervixisse 12. annos, majus tamen est intervallum temporis ad Virgilium usqve, qvam ut de uno homine dici possit, eundem septimo Domitiani anno obiisse. Itaqve duos Asconios commentus est Scaliger ad Eusebium pag. 184. prioris edit. cum longe rectius Hieronymum metachronismi arguisset, qvod etiam facere non dubitavit Joh. Harduinus ad Plinium, & pridem Scaliger ipse in secunda Eusebii editione pag. 200. Qvintilianus qvidem videtur Pediani fuisse auditor. Ita enim ille lib. 1. Instit. Orat. cap. 7. *Sibe & qvase scriptum in multorum libris est, sed an hoc voluerint auctores, nescio. T. Livium ita his usum ex Pediano comperi, qvi & ipse eum seqvebatur.*

II. Exstant Asconii *commentarii* succincti & præstantissimi, qvamvis *mutili in Orationes qvasdam*

Cornelio, non tantum qvod eo famliariter usus fuisset, u Scaligero visum. Patavium fuisse ex Silio qvoqve qv amici sui & familiaris elogium libro XII. v. 212. seq. insc ruit, probat Vossius contra Scaligerum p. 143. de Hist. latinis. Confer Bernardinum Scardeonium de antiqvitate Ur bis Patavii & claris civibus Patavinis p. 44. seq Lipsium lib. 1. Elect. c. 17. p. 563.

am Ciceronis ſupra p. 100. ſeq. à me recenſitas. Filiis ſuis dicaſſe præſentes commentarios Aſconium, Hotomannus probe obſervavit ex his ejus verbis ad Orat. pro Milone: *Quid ſit dividere ſententiam, ut enarrandum ſit, veſtra ætas, filii, facit.* Videntur autem ſcripti ſub Claudio Imp. uti Lipſius in Satira Menippea & poſt eum alii colligunt ex eo loco (*) commentarii in Orationem pro M. Scauro, ubi meminit Longi Cæcinæ, qvi cum Claudio Cos. fuit. Hujus Longi (c) nomen à Voſſio & Joanne Rualdo fruſtra ſollicitatum Claudio adjungitur in faſtis Conſularibus (d) optimis ante paucos annos editis ab Henrico Noriſio poſt commentarium inſignem de Epochis Syro Macedonum, Anno U. C. 795. qvi reſpondet anno CHRISTI 42.

III. Aſconii commentarii Poggio (e) lucem debent, ut infra in Valerio Flacco obſervo, excuſi Venetiis 1477. fol. cum Antonii Luſci commentariis in qvasdam Ciceronis Oratt. Deinde ut commentarios variorum in Orationes Cicero-

(*) P. 195. edit. Colon. cum T. Popmæ notis.

(c) Largum videtur vocare Dio lib. 60.

(d) Hos una cum Noriſii diſſertatione ad illos faſtos iterum edidit Grævius T. XI. Antiq. Rom.

(e) Naudæus de inſtituenda Bibl. p. 118. *Novimus quod Poggius invenit* Qvintilianum *ſub menſa cujusdam ſalſamentarii cum in Concilio Conſtantienſi ageret. Sic & Papirius Maſſonus incidit in* Agobardum *apud Bibliopolam qvendam, qui jam jam dorſa librorum eo conveſtire volebat. Pariter* Aſconius *ſimili fato ad manus noſtras pervenit.*

ceronis prætereאm, junctim ſæpius editus Baſileæ, Venetiis & Lugduni, ut ſupra pag. 108. dixi, prodiere Venet. 1522. 8. & 1563. 8. apud Aldum.

E recenſione *Philippi Melanchthonis*, Haganoæ per Joannem Secerium, fol. ſine temporis notatione.

Argent. 1535. 8.

Cum *Franciſci Hotomanni* notis, Lugd. 1551. 8.

Lugd. 1554. 4. apud Tornæſium.

Cum notis *Titi Popmæ*, Friſii, Colon. 1578. 8.

Cum notis *Pauli Manutii* (qvi in Cicerone ſuo Aſconium ſimul recenſuit illuſtravitqve) Hotomanni & Popmæ in Aſconium, & notis ſelectis Franciſci Fabricii, Caroli Sigonii, Petri Nannii, Andreæ Patricii & Jacobi Cruqvii in loca qvædam Orationum Cic. ab Aſconio illuſtratarum, Lugd. Bat. 1675. 12.

Tho. Crenii V. C. Lugd. Bat. 1693. 12.

His editionibus in qvibus ſeorſim Aſconius vulgatus eſt, propter uſum præferendæ Manutiana, Gronoviana, & Græviana, in qvibus ſubjecta Ciceronis verbis Aſconii commentaria commodius jucundiusqve leguntur, uti in Cicerone ſupra dixi. Nonnulla minus latina & Aſconio indigna inſerta eſſe à ſeqviore manu qveritur Hadrianus Cardinalis libro de modi latine loqvendi p. 131. *Aſconius Pedianus qvi tametſi ſub Auguſto Cæſare floruit, bonaqve multa atqve elegantia ſcripſit, ſicuti libello ſive potius frag*

men

mento qvod ante hos annos repertum est colligi potest, multa fluit ac scatet barbarie. Qvam tamen barbariem non ab illo certe qvi bono etiam tunc tempore eruditus est provenire puto: sed potius ab aliqvo insulso atqve ineleganti Grammatico, qvi interpretis vice functus inepta multa conseruit, qvæ postea una cum bonis auctoris verbis descripta sunt.

Ex hisce Asconii Pediani commentariis excerpta *de proprietatibus & differentiis sermonis latini* ediderunt Bonav. Vulcanius ad calcem glossarii Græco latini, & Dionysius Gothofredus in scriptoribus lingvæ latinæ, de qvibus infra libro IV. Qvæ Budæus, Alvarus, & Petrus Danesius ad illustrandum Asconium contulerunt, non memini me videre.

IV. Scripsit Asconius etiam alia, ut in Virgilium, & vitam C. Sallustii Crispi, cujus meminit Acron ad Horatii Sat. 2. libri 1. sed jam pridem illa perinde ut major pars commentariorum in Ciceronis orationes interciderunt. Qvia vero aliqvid horum ætatem tulit, hinc felicior Criticus qvam Historicus vocatur Asconius à Joanne Rualdo in Plutarchi vita cap. IV.

V. Ausonius Popma ad Sallustii Catilinar. Asconio tribuit librum *de Origine gentis Romanæ*, qvi Sexto Aurelio Victori ex eruditorum communi hodie sententia addicitur. Tribus qvibus Popma utitur argumentis fidem detrahit Burchardus Gothelf Struvius V. C. in Observationibus Hallensibus T. 3. p. 63.

Etiam à Joanne Metello in litteris ad Pighium liber *de viris illustribus* ad Asconium refertur, ut notavi infra libro III. cap. 9. in Victore.

CAPUT VII.

DE L. COLUMELLA.

Columellæ ætas & scripta quæ exstant. 1. *Editiones.* 2. *Scripta deperdita.* 3.

I. L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA, Gaditanus, Patruum laudans (a) M. Columellam *illustribus disciplinis eruditum, ac diligentissimum agricolam Bæticæ Provinciæ*, ipse Plinio, Palladio, Isidoro Hispalensi (b) aliisqve sæpius laudatus, sub eodem Claudio Imp. scripsit.

De re rustica libros XII. (c) ad Publium Silvinum,

(a) Lib. 5. cap. 5. p. 286. edit. Commelinianæ.

(b) Isidorus XVII. 1. Orig. *sive Columella, insignis Orator, qvi totum corpus ejusdem disciplinæ* (rerum rusticarum) *complexus est.*

(c) Ex ipso Columella constat opus illud 12. libris ab auctore fuisse absolutum, etsi in Cassiodori divinis lectionibus cap. 28. legas Columellam *sedecim libris per diversas agriculturæ species, eloqventem ac facundum illabi, disertis potius qvam imperitis accommodum.* Itaqve alios libros tres Columellam ad hoc argumentum spectantes & librum de arboribus una computavit Cassiodorus, vel numerum apud eum corruptum esse suspicemur. Obiter de Columellæ nomine notabis Donatum, qvi ad Phormion. II. 2. scripsit columellas à veteribus dictos servos majores domus. *Columen, columna*

num, qvorum decimus *de cultu hortorum*, carmine Epico non infelici ſupplet Virgilii Georgica.

Siderei Vatis referens præcepta Maronis.

Reliqvi proſa oratione ſcripti ſunt expetente hoc Claudio Auguſtali adoleſcente, qvi etiam hortorum cultum ſimili ſermone expoſitum à Columella maluiſſet.

Exſtat præterea *liber arborum*, qvi in primis editionibus, inter libros de re Ruſtica perperam tertium occupabat locum, ſed à Jucundo Veronenſi obſervatus eſt, ad hos non pertinere. Seorſim qvoqve vulgatus à Rob. Stephano Pariſ. 1543. 8. Confer ſi placet Tho. Crenium parte X. animadverſ. Philolog. pag. 7. ſeq. ubi qvædam Columellæ illuſtrat.

II. Inter editiones horum librorum qvos ſimiliter Poggii ſollertiæ debemus, emendatiſſima eſt, qvæ inter rei ruſticæ auctores latinos veteres prodiit ex typographia Hieron. Commelini 1595. 8. cum indicibus à Frid. Sylburgio adornatis. Alias editiones memoravi ſupra lib. I. cap. 2. p. 21. ubi & de *Georgii Alex.* enarra-

 tione

lumna. Unde apud veteres columellæ dicti ſervi majores domus. Lucilius XXII.

Servus neqve infidus Domino, neqve inutilis cuiqvam
Lucili columella hic ſitus Metrophanes.

Salmaſio ad Solinum pag. 1220. alius ſenſus verborum Lucilii eſſe videtur, hic nempe: ſub hac columella ſive στήλη ſitum eſſe Metrophanem Lucilii ſervum. Gatakerus tamen II. 20. Cinni expoſitionem Donati probat. Confer qvæ viri docti ad Martial. XI. 91.

tione vocum ſive lexico in Caton. Varron. & Columellam, de *Philippi Beroaldi* notis & *Fulvii Urſini* atqve *Petri Victorii*.

Gallice Columellam non vertit Joannes Theodoricus Bellovacenſis, ut legas in Pithœanis, ſed Claudius Cotterellus, notas & caſtigationes addente Theodorico, Pariſ. 1555.4.

Italice prodiit Columella, Venet. 1564. 8.

Liber *de cultu hortorum* cum annotationibus Julii Pomponii Fortunati, Baptiſtæ, Pii, Philippi Beroaldi & aliorum ſeparatim prodiit Pariſiis 1543. 4. & cum Catone, Varrone, Palladio ac reliqvis Columellæ libris ibid. 1533. fol. Notas in Columellam pollicitus eſt Ægidius Menagius p. 54. ad Laërtium.

III. Cetera Columellæ ſcripta, uti qvod adverſus Aſtrologos compoſuiſſe ſe ait lib. XI. c. 1. una cum alio opere in qvo agere conſtituerat de luſtrationum ceterorumqve ſacrificiorum, qvæ pro frugibus fiunt more priſcis uſurpato, ad nos non pervenerunt. Neqve certum eſt, an hoc alterum à Columella unqvam editum fuerit. Vide lib. 2. capite ultimo extremo.

CAPUT VIII.

DE POMPONIO MELA.

Melæ ætas & libri III. de ſitu Orbis. 1. *Editiones.* 2. *Obiter de Æthico, Julio Oratore, & Geographo Ravennate. ibid. Catalogus ſcriptorum à Geographo Ravennate allegatorum.* 3.

I. POM-

I. POMPONIUS MELA è Bætica provincia Hiſpanus (a) Vadiani, Vineti, Schotti aliorumqve pæne communi ſuffragio Claudii temporibus floruit, at ſub Tiberio utiqve ſcripſiſſe dicetur ſi de hoc locutus eſt Plinius cum lib. 19. cap. 6. dixit *famam eſſe, Melam Equeſtris Ordinis, reum ex procuratione à Tiberio* (b) *Principe arceſſitum in ſumma deſperatione ſucco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hauſto confeſtim exſpiraſſe ſine cruciatu.*

Exſtant ejus *Coſmographiæ* ſive *de ſitu orbis libri III.* qvibus ut vere ait Harduinus, nihil eſt elegantius.

II. Editio Mediolanenſis An. 1472. à Crucejo emendata fuit in Bibl. Iſ. Voſſii, qvi eam prin-ci-

(a) Qvæ de Patria Melæ diſputantur vide ap. Voſſium patrem lib. 1. cap. 25. de Hiſt. Latinis Iſ. Voſſius pag. 193. ad Melæ cap. 6. lib. 2. Cætrarienſem natione, genere vero Pœnum fuiſſe contendit. Nempe pro *Cincenteratum* legit *Tingi Cetraria* pro qvo Salmaſius & Bochartus lib. 1. Chanaan c. 24. p. 520. reponebat *Tingi altera*: Nic. Antonius lib. 1. Bibl. Hiſpanicæ veteris c. 11. p. 50. *Tingi Ibera*, ubi & Hermolai Barbari mentio, legentis *cingente freto*, vel *attingens fretum.*

(b) Fortaſſis lapſus eſt Plinius memoria, Tiberiumqve nominavit pro Nerone. Nam ſub Nerone Annæum Melam eqvitem Romanum M. Annæi Senecæ filium procuratione Imperatoris negotia adminiſtraſſe, & conjurationis reum actum ſemet interfeciſſe ſolutis venis refert Tacitus lib. 16. Annal. c. 17. Itaqve locus ille Plinii nihil ad noſtram Melam, qvod non obſervatum Harduino doctiſſimo Plinii interpreti. Fortaſſe etiam Mela noſter latet ſub illo Melone qvem laudat Servius ad Æneid. IX.

cipem vocat p. 11. appendicis ad Melam. Hanc insecutæ sunt

Veneta Anni 1477. 4. & 1482. memoratæ Phil. Labbeo p. 357. Bibl. novæ MS. & Beughemio p. 111. incunabul. typographiæ, ubi editiones Venetas 1473. & 1488. cum commento *Cocchi* refert.

Florentina 1517. 8. & Veneta ap. Ald. 1518. 8. & 1521. forma minore cum Solino, itinerario Antonini &c.

Cum notis *Hermolai Barbari* qvi lucubrationes suas Alexandro VI. Pontifici dicavit, in Plinio 5000. & in Mela 300. mendas sustulisse se gloriatus, Basil. 8.

Cum annotationibus *Joach. Vadiani* (c) Helvetii, Viennæ Austriæ 1518. Basil. 1522. Paris. 1530. 1540. Basil. 1557. 1577. omnes in fol.

Cum notis *Petri Joannis Olivarii* & Hermolai Barbari. Paris. 1536. 8.

Cum

(c) Hujus annotationes *rus & stivam olere* ait Is. Vossius, qvod judicium inqvius visum Colomesio, qvi Vadianum potiore jure magnis Germaniæ viris à J. Scaligero annumeratum esse existimat notis ad posteriora Scaligerana. De eodem ita Olivarius: *Vadianus vir omnium judicio eruditissimus præter ea quæ ex variis auctoribus citat, unde facile colligere possis hominem multæ fuisse lectionis, raro adducit qvo vel locos depravatos emendet vel desideratos restituat, contentus illa doctissima ostentatione; qvamqvam iis qvæ ad Historiam spectant non minus valuerit ille qvam digressionibus prolixissimis & molestissimis.* Nonnulla Vadiani reprehendit Joh. Camers in commentario ad Solinum, cui Vadianus respondit in secunda Melæ sui editione.

Cum notis Olivarii. Parif. 1557. 4. Bafil. &c.
Cum *Eliæ Vineti* animadverfionibus Parif. 1572. 4. & Burdigalæ 1582. 4.
Cum Solino & Æthico atqve Dionyfio Alex. A. 1577. 4. apud H. Stephanum.
Cum caftigationibus *Ferdinandi Nonii Pintiani* (d) notis Hermol. Barbari & *Andreæ Schotti* qvi etiam loca nonnulla Herodoti qvæ expreffit Mela, cum ejus verbis contulit. Antvv. 1582. 4.
Cum Æthico & Henr. Glareani compendiaria defcriptione orbis terrarum. Parif. 1625. 12.
E recenfione Andreæ Schotti. Helmft. 1635. 12.
Cum Solino & Æthico. Lugd. Bat. 1646. 12.

Deniqve aliorum omnium induftriam ingenio doctrinaqve fua longe vicit *If. Voffius*, qvi Melam cum eruditiffimis obfervationibus fuis ad plures MSS. codices emendatum cum indice pleniffimo vulgavit Hagæ Comitis 1658. 4. Recufum Franeqveræ A. 1701. 8. commentario verbis Melæ per fingulas paginas fubftrato & adjecta ad calcem obfervationum appendice. In commentario paffim acerbius notantur qvæ

(d) Id. Voffius præf. ad Melam: *Ex iis qvi caftigationes in hunc edidere auctorem, folus nobis profuit Pintianus. Vir ifte qvantumvis nobili apud fuos ortus loco, plus tamen litteris qvam natalibus debet. Craffiora funt illa menda qvæ Hermolaus Barbarus, vir & ipfe infignis, fuftulit. And. Schottus homo qvidem bonus & eruditus, fed qvem fucceffus potius qvam voluntas deftituit. Olivarii nefcio cujus commentariolus, imi fubfellii magiftellum prodit.*

qvæ Salmaſius (e) ad Solinum commentatus eſt, etſi notantur ſæpe non citra rationem, ut in litteris ad Voſſium fatetur vir inſignis (f) Samuel Bochartus: qvandoqve etiam temere nec ſatis bona fide, ut notatum doctiſſimo Perizonio ad Æliani varias Hiſt. p. 350. *Jacobo* autem *Gronovio* V. C. res indigna viſa eſt, Salmaſium in uno ſcripto toties reprehendi, itaqve Melam (g) ipſe qvoqve ad MStos Codd. recenſitum cum indice & annotationibus vulgavit, in qvibus Voſſii animadverſiones ad examen revocat Lugd. Bat. 1685. 8. additis excerptis ex libello Coſmographico *Julii Honorii Oratoris* (h) petitis ex MSS. Bibl. Thuaneæ, ſed & Coſmographia (i) *Æthico* ante hac temere tributa & ex Ju-

(e) De cauſa odii inter Iſ. Voſſium & Salmaſium vide Menagiana p. 350. & Epiſtolam Iſ. Voſſii ad Salmaſium ſcriptam poſt Gudianas p. 333. ſeq.

(f) Vide Colomeſ. Bibl. ſelect. p. 172. ſeq.

(g) In utraqve ſua Melæ editione Gronovium vitia typographica editionis Voſſianæ non pauca retinere obſervavit Perizonius de ſuſpendio Judæ p. 60.

(h) Hujus Julii Oratoris meminit Caſſiodorus cap. 25. divin. lect.

(i) De Coſmographia latini & Chriſtiani ſcriptoris, Æthico communiter tributa dixi qvædam lib. I. c. 10. §. 10. Eam duplicem (poſterior integra fere etiam apud Oroſium lib. I. c. 2. exſtat) primus è Codice P. Pithœi edidit illuſtravitqve Joſias Simlerus, addito Itinerario provinciarum ſub nomine Antonini Auguſti, (qvod & ipſum ſub Æthici nomine legiſſe videtur Flodoardus lib. I. Hiſt. Remenſ. c. I.) Rutilii itinerario, Vibio Seqveſtre de fluminibus & libello pr- vi

Julio Oratore majorem partem descripta, cum variis lect. ex ejusdem Bibl. MS. Ad has Gronovii

inciarum ac metropoleon Galliæ. Basil. 1575. 12. Simlerus in præfat. cum ostendisset hujus libri auctorem esse non posse Istrum Callimachum scriptorem Græcum cujus meminere Plutarchus, Athenæus, Hyginus, Schol. Pindari &c. notat Æthici antiqvitatis Historiam qvæ à S. Hieronymo latine è Græco versa credatur, memorari à Gyraldo lib. de avigiis. *Audio etiam*, inqvit, *apud Cl. V. Petrum Danielem Aurelianensem in codice vetusto, in qvo etiam Isidori Astrologia, exstare Æthici librum hac inscriptione: Incipit liber Æthici, Philosophico editus oraculo, à Hieronymo presbytero translatus in latinum, ex Cosmographia & mundi scriptura. De eo etiam sic scribitur in præfatione:* Hic Æthicus Istria regione Sophista claruit, primusqve codices suos Cosmographiam nuncupavit, alios qvos non minora sed majora dixisse cognovimus, ophogrammios appellat. *Nobis librum illum videre non contigit, sed in nostro exemplari hoc de illo judicium à viro docto adnotatum fuit, librum esse barbare scriptum, nugis & fabulis refertum &c. omnia indigna Hieronymo tradere de creatione mundi, de elementis, de mirabilibus mundi, ac ne Æthici qvidem esse qvoniam in eo libro ipse Æthicus Ister Philosophus sæpe citatur, & Alchimus.* Hæc Simlerus, post cujus editionem prodiit Æthici Cosmographia cum Mela Ao. 1577. 4. apud H. Steph. & Paris. 1625. 12. Lugd. Bat. 1646. 12. De MS. Oxoniensi vide Pauli Vindingii V. C. Epistolam ad Jo. Deckerum de scriptis adespotis p. 192. seq. Æthicum auctiorem & emendatiorem è codice Thuaneo dare voluit Salmasius. *Æthicum* vocat Johannes Picus qvem vide p. 284. Opp. Alii Histricum Sophistam vel Æthicum Peripateticum. De eodem Rabanus Maurus de inventione linguar. *Litteras enim Æthici Philosophi Cosmographi natione Scythica, nobili prosapia invenimus, qvas Hieronymus venerabilis presbyter ad nos usqve cum suis dictis explanando perduxit.* Cosmographiam Mariano Scoto tribuebat Naudæus in Bibliographia politica, & Scoti nomen in codice suo reperit Dempsterus. Confer Usserium Antiq. Britannic. p. 78.

vii notas, in qvibus vehementer & acriter sæpe castigari pessimeqve accipi se videbat, respondet Vossius in appendice annotationum ad Melam Lond. 1686. 4. Cui non modo statim respondit Gronovius in Epist. ad J. Georg. Græviom super argutationibus If. Vossii, sed & in nova Melæ editione numis illustrata Lugd. Bat. 1696. 8. vicissim notas opposuit, e qvibus apparet, illum non magis propitium manibus esse Vossianis, qvam vivo pepercerat Vossio. Præter Æthicum autem, Julii Oratoris excerpta huic qvoqve editioni subjecta, addidit *libros qvinqve Cosmographiæ*, qvos in fratris sui gratiam sæculo septimo post Christum natum, scripsit auctor Gothus nescio qvis Christianus, Jornande longe junior, patria *Ravennas* (k), & à Vossio ad Melam p. 29. 197. &c. pridem allegatus, qvem primus ex MS. Regio cum notis vulgavit *Placidus Porcheron*, Paris. 1688. 8. Gronovius vero supplevit ex MS. Lugdunensi.

Jacobi Sirmondi ineditum ad Melam commentarium habuit Ludovicus Thomasinus. *Petri Ciacconii* notas manu exaratas, & *Petri Johannis Nunuensii* If. Vossius. Prælectiones *Jo. Georgii Grævii* fuere in in Bibl. Wittiana.

Hispanice post antiqvam Ludovici Tribaldi To-

(k) Lib. IV. p. 75. *Ravenna*, inqvit, *nobilissima, in qva licet Idiota ego, hujus Cosmographiæ expositor, CHRISTO adjuvante genitus sum.*

Toletani translationem vertit Josephus Antonius Gonsalez de Salas, additis in loca qvædam obscuriora observationibus. Madrit. 1644. 4.

III. *Catalogus scriptorum in Geographo Ravennate allegatorum, ad paginas edit. Gronovianæ*

Meli

CAPUT IX.

DE UTROQVE SENECA, Patre & Filio.

Senecæ patris, Rhetoris ætas. 1. *Controverſiæ.* 2. *Svaſoria* 3. *Utrarumqve editiones.* 4. *De Seneca filio Philoſopho.* 5.

 Scri-

Scripta ejus qve exstant. 6. Editiones. 7. Falsò tribu Senecæ. 8. Deperdita. 9. De stylo ejus ac Philosophia. 1 De Tragœdiis qvæ sub Senecæ nomine feruntur. 11. Ill rum editiones. 12.

I. M. ANNÆUS SENECA (a) Cordube sis Hispanus, insignis Eqvestri ordine, s doctrina liberisqve longe nobilior, in qvib L. Annæus Seneca Philosophus totum orbe nominis sui celebritate implevit. Floru Rhetor Seneca imperante Augusto & Tib rio, ut docet Lipsius libro & capite prim electorum, & Nic. Antonius lib. I. Biblioth cæ veteris Hispanæ cap. IV. Hoc autem lo à me recenseтur, qvia nolui eum à filio d vellere, cum qvo ejus scripta communit eduntur, & qvia ipse innuit ætate profectu se fuisse, cum ea, qvæ habemus, in litter mitteret.

II. Senecæ ipsius declamationibus deperd tis, qvarum unam memorat Qvintilianus l. 11. Inst. Or. exstant *ex decem libris causarum* (judicialium sive *controversiarum*, qvibus pl ce

(a) Fuit & Seneca qvidam (Σενεκᾶς) Episcopus Hiero lymitanus, memoratus Eusebio IV. 5. Hist. Eccles.

(b) Nonnulli *libros decem Rhetorum majorum* inscrip runt, ut constat è codice qvo olim usus Joh. Sarisberiensis Veteri MS. P. Pithœi. *Decem* refert ad libros, non ut ple qve, ad *Rhetoras*. Qvi *declamationes* inscripserunt, n minus falsi sunt qvam qvi tribuerunt L. Annæo Philosoph Non enim in his libris occurrunt declamationes, sed ex d clamationibus selecta excerpta sive Chrestomathiæ. H opus etiam innuit Anonymus scriptor rerum Britanniæ, q allegat *Senecam de causis*.

...entum rhetorum Græcorum Latinorumqve, qvi Augusti sæculum illustrarunt, acute in de-lamando inventa & dicta, sententias, divisio-nes, colores congesserat & inter se contulerat, ix hi qvinqve: *primus, secundus, septimus* (*vulgo ...rtius*) *nonus* (*qvartus vulgo*) *decimus* (*vulgo qvin-...us,*) nec hi qvidem integri sed corrupti pas-...m mutiliqve. Porro

Excerpta sive fragmenta ex iisdem decem libris qvos filiis suis L. Annæo & M. Annæo Novato ...ve Junio Annæo Gallioni & Annæo Melæ, Lu-...ani parenti Seneca inscripserat.

III. *Svasoriarum liber* (c) post controversia-...um opus à Seneca digestus, etsi in editionibus ...re illi præmissus, qvia svasoriæ ut pote facilio-...es in Rhetorum scholis controversias antece-...ebant. Vide si placet lib. 2. Controvers. 12. & ...ud. Cresollii theatrum Rhetorum IV. 7. Cre-...bile autem est Svasoriarum qvoqve librum

 prs-

(c) Svasoriarum Senecæ titulum qvi non probant, & ...*udabilia* inscribi malunt, auctorem arguunt, qvi suum ...se librum sic appellavit, ut recte notatum P. Pithœo Epist. ... Neveletum Doschium qvam declamationibus Qvintiliani ...onexuit p. 459. Ibidem differit de distinctione declama-...num in svasorias & controversias. His in utramqve par-...n causæ disceptabantur, unde ambigua laus adolescentis ...*e controversia diserti* apud Gellium IX, 15. Confer Sene-...u procem svasoriar. Yvonem Villiomarum sive Jose-...um Scaligerum in locos controversos Rob. Titii pag. 10. ...l. Jo. Clericum V. C. Artis Criticæ lib. I. p. 481. seq. Svasoriæ προτρεπτικὰ λογάρια M. Antonino lib. I. sect. 7. ...*ationales* Fabio III, 4.

primum tantum, nec hunc integrum ad no
perveniſſe, certe librum primum diſerte inſcri
bi in edit. antiqviſſ. Veneta teſtatur Joh. Schul
tingius.

IV. Controverſiarum libri è Vaticano Codi
ce primum editi ſunt Venet. 1490. atqve ite
rum 1503. græcis verbis, qvæ paſſim à Senec
adſperſa erant omiſſis, & latinis paſſim vald
corruptis. Svaſoriæ primum adjunctæ in edi
Frobeniana Anni 1512. Hanc duplex Herv
giana editio ſecuta eſt, qvarum prior Eraſm
altera Cœlii Secundi Curionis induſtria fuit r
cenſita. Edidit qvoqve Gryphius Lugdun
At Rudolphi Agricolæ hypomnemata in co
troverſiarum libros vulgata ſunt Baſileæ Anr
1529. apud Bebelium, & *Ferdinandi Pintiani*
easdem caſtigationes, Venet. 1536. qvæ recu
ſunt in editione Operum utriusqve Senecæ P
riſienſi Anno 1603. fol. in qva habes etiam i
Senecam Rhetorem notas Jani Gruteri & Fra
ciſci Jureti. Præterea elegantiſſimi Mureti l
cubrationibus in has Senecæ reliqvias fato i
terceptis, optime de iis promeriti ſunt *Nicola*
Faber & *Andreas Schottus*, à qvo Græcorum hi
tus ſuppleti ſunt è IV. Codd. MSS. Cum horu
duumvirorum notis prodierunt ad calce
operum Senecæ Philoſophi, Pariſiis An. 158
fol. apud Commelin. Anno 1603. fol. 8
Præclaram qvoqve in Rhetore hoc illuſtra
do emendandoqve induſtriam poſuit *Johan*

Fr

rid. Gronovius, (d) licet propter MStorum Codd. inemendatam negligentiam adhuc Auiæ stabulum se relinqvere professus, & *Joannes Schultingius.* Qvare præferenda relivis editio est, qvæ cum integris horum qvauor virorum & selectis Gruteri, Jureti, aliorumqve notis prodiit Amstelodami apud Elevirium Anno 1672. 8. & tomum tertium perum utriusqve Senecæ constituit. Vide tiam Dionysii Gothofredi librum qvintum Conjecturarum ac variarum lectionum in Seecam, Basil. 1590. 8. in qvo toto Rhetor noer illustratur, & index occurrit Rhetorum ræcorum latinorumqve qvos Seneca meiorat.

V. L. ANNÆUS SENECA, M. Annæi Filus una cum Afranio Burrho Rector Imperatoæ juventæ, postqvam Senatoria dignitate, væstura, præturaqve & aliis honoribus funcus esset, & Stoicis, licet negat (e) addictus nter Philosophos magnum sibi nomen comaraffet, ab eodem Nerone, qvem instituet, vita excedere jussus, ferro sibi ipse veas exsolvit balneumqve ingressus, obiit Anno HRISTI LXV. Neronis XII. triennio post urrhi mortem. *Optimus excultor morum, menrqve colonus,* ut bene vocatur ab Alano lib. Anti-Claudiani. Ejus vitam præter Lipsium

(d) Gronovii notæ in utrumqve Senecam editæ separam Lugd. Bat. 1649 12.

(e) Epist. 45. & de vita beata c. 3.

um & alios non indiligenter persecutus est M. Antonius Delrio in prima parte Syntagmatis tragœdiæ latinæ. Mores ipsius & vitam dogmatibus haud respondisse innuit Dio lib. LXI. pag. 694. qvi mihi non videtur esse audiendus. Nam ut Tacitus, severus & ipse morum censor XIV. 52. tradit, criminationes illæ fuerunt invidorum, post Burrhi mortem ad deteriores inclinante Nerone, & bona Senecæ consilia non amplius audiente Senecam adorientium.

VI. Exstant ejus 1. *de Ira libri III.* ad Novatum fratrem. Hoc opus non integrum ad nos pervenisse ex eo colligas qvod Lactantius in Lib. de ira Dei ex eo profert definitiones iræ, qvas frustra qværes in his libris.

2. *Ad Helviam* (f) *Matrem de consolatione liber* scriptus cum instinctu Messalinæ in Corsicam insulam à Claudio Imperatore relegatus esset. Huic libro (qvi seorsim prodiit ex recensione *Augusti Buchneri* Witteberg. 1655. 8.) Justus Lipsius *XII Epigrammata* præfigit, qvæ sub Senecæ nomine in vett. MSS. occurrunt. Sed Petro Scriverio judice rectius inscribuntur *Epigrammata super exilio L. Annæi Senecæ*, qvam uti in schedis Pithœanis, *L. Annæi Senecæ Epigrammata super exilio.*

3. *Liber de Consolatione ad Polybium* Claudii, cui à studiis fuit, libertum, & fratris morte af-

fli

(f) Albina hæc dicitur in qvibusdam editionibus.

flictum. Scriptus anno circiter exsilii tertio, sed hodie magna sui parte ab initio mutilus.

4. *Liber de Consolatione ad Marciam* A. Cremutii Gordii filiam, nati obitum lugentem.

5. *De providentia liber* (g) extrema ut videtur parte mutilus, ad Lucilium procuratorem Siciliæ. Integer libri titulus fuisse videtur: *quare bonis viris multa mala accidant, cum sit providentia.* Scriptus est Claudio Imp. jam defuncto. Prodiit separatim Germanice redditus à Jac. Stolterfotho, animadversionibusqve illustratus. Lubec. 1642. 8.

6. *De animi tranquillitate* ad præfectum vigilum Neronis, Annæum Serenum. In hunc librum notæ Joannis Chokieri viderunt lucem Leodii 1653. 8. Petri Mulleri Consiliarii tunc Stolbergensis, Jenæ 1671. 12.

7. *De Constantia sapientis* sive *qvod in Sapientem non cadit injuria*, ad eundem Serenum.

8. *De Clementia*, ad Neronem Cæsarem libros tres scripsisse videtur Seneca, ex qvibus non exstat nisi *primus & pars secundi.* Commentarius Joannis Calvini in hoc scriptum, occurrit T. VII. ejus Operum Theologicorum, editionis luculentæ Amstelodamensis.

(g) Confer Mureti Volum. 2. Orat. 3. & Eduardi Sherburne librum Anglice editum hoc titulo: *Answer to Lucilius his Qvare: Why good men suffer misfortunes?*

9. *De brevitate vitæ ad Paulinum*, Uxoris fortaſſis ſuæ Paulinæ fratrem, ut contendit Lipſius. Socerum Muretus mavult. Sed ad hunc non ſcripſiſſet c. XIX. *Nunc dum calet ſangvis, vigentibus ad meliora eundum eſt.*

10. *De Vita beata* ad fratrem Gallionem ſive Novatum. Liber in fine mutilus.

11. Pars libri *de otio aut ſeceſſu ſapientis*, male olim annexa ſuperiori libro.

12. *De Beneficiis libri VII.* ad Æbucium Liberalem, Lugdunenſem cujus mentio Epiſt. XCI. In qvibusdam editionibus *Eburtius* dicitur, ab auctore libri de vitis Philoſophorum *Euſebius*. Videtur illud opus reſpicere Seneca Epiſt. LXXXI. Italice vertit Benedictus Varchi. Epitomen ejus latine concinnavit Jac. Scorgerus Jen. 1611. 8.

13. *Epiſtolæ CXXIV.* ad Lucilium (h) Siciliæ procuratorem, cui ex illis immortalitatem pollicetur Epiſt. XXI. Eas olim per libros diſtinctas fuiſſe conſtat ex Gellio, qvi librum (i) 22.

(h) Lucillum Balbum vocat auctor libri de vitis Philoſophorum. Parthenopenſis fortaſſe fuit. Vide Lipſium ad Epiſt. 35. Epicuri ſectam ſecutum colligas ex Epiſtola 13. & aliis. Scriptorum Lucilii elegantiam celebrat Epiſt. 19. & 46. Sed ex Lucilii hujus ſcriptis nihil ad nos pervenit.

(i) In Veneta A. 1492. & aliis antiqvis Operum Senecæ editionibus obſervo Epiſtolas ejus CXXIV. diſtingvi in libros viginti duos hoc pacto, ut liber 1. complectatur Epiſtolas primores 13. Liber II. 14.-19. III. 20.-28. IV. 29.-35. V. 36.

22. Epiſtolarum moralium Senecæ citat lib. 12. cap. 2. unde etiam colliges non paucas hujus Philoſophi Epiſtolas periiſſe.

14. *Naturalium quæſtionum* ad eundem Lucilium *libri VII.* qvi magnam partem verſantur circa Meteorologica. Illuſtrati primum emendatiqve à Matthæo Fortunato Pannonio, Venet. apud Aldum Anno 1522. 4. Lipſius cum vix in primum caput libri primi Scholia confeciſſet, morbo impeditus à ſcribendo abſtinuit, & hoc opus una cum ſeqventi aliis illuſtrandum reliqvit.

15. Ἀποκολοκύντωσις, ſive ludus (k) in Claudium Imp. Satira lepidiſſima (l) Menippea notis

V. 36. - 44. VI. 45. - 50. VII. 51. - 57. VIII. 58. - 66. IX. 67. - 70. X. 71. - 73. XI. 74. - 82. XII. 83. - 85. XIII. 86-88. XIV. 89. - 94. XV. 95. XVI. 96. - 100. XVII. 101. - 103. XVIII. 104. - 107. XIX. 108. - 112. XX. 113. 114. XXI. 115. - 119. XXII. 120. - 124. Sed videtur hæc diſtinctio facta à qvodam recentiore, qvi vigeſimum ſecundum librum à Gellio laudari viderat. Sane qvæ Gellius ex Epiſtolis Senecæ illo in loco adducit, in editis Philoſophi Epiſtolis non exſtant. Haud prætereundum qvoqve, in iisdem antiqvis editionibus Senecæ, Epiſtolam duodenonageſimam inferius recurrere ſub titulo: *Liber de ſtudiis liberalibus ad Liberalem.*

(k) Ludus, i. e. ſatira. Vide Dan. Heinſium in libro de Satira Horatiana.

(l) Satiram Menippeam vocamus, qvo genere ſcribendi primum inter Latinos uſus eſt Terentius Varro, cum proſa oratio Satirica paſſim verſibus brevibusqve carminibus

tis illustrata à B. Rhenano, Adr. Junio, Jano Grutero, Nic. Fabro, Liberto Fromondo, Caspar. Barthio, Joh. Schefero, Joh. Frid. Gronovio, &c. *Mihi Cæsar is unus propemodum Senecæ pluris est, quam cuncti Cæsares ipsius Cæsaris Juliani*, inqvit Vavassor p. 246. de ludicra dictione.

VII. Editiones operum Senecæ Philosophi diligenter recensentur à Nic. Antonio in Bibliotheca veteri Hispana T. 1. p. 32. seq. qvarum antiqvissima est Neapolitana A. 1475. memorata etiam Labbeo p. 338 Bibl. nov. MSS. Hanc excepere Tarvisina Bernardi de Colonia A. 1478. Veneta Anni 1492. per Bernardinum de Coris de Cremona fol. Frobeniana Erasmi Anno 1515. fol. &c.

Præstantissimæ sunt, *Antwerpienses* cum *Justi Lipsii* notis in singularum paginarum calce subjectis, 1605. 1614. 1637. 1652. fol.

Parisina A. 1602. fol. cum notis *Erasmi, M. Antonii Mureti*, ingenio subinde plusculum indulgentis, & *Ferd. Pinciani* bonis codicibus MSS. usi, & cum collectaneis, notisqve Jo. Opsopœi, & in ἀποκολοκύντωσιν B. Rhenani &

bus tanqvam interjectis gemmulis distingvitur. Porro titulus satiræ ἀποκολοκύντωσις exponitur à Dione lib. 60. extremo, innuitqve ἀποθέωσιν Claudio partam per usum bolcti sive κολοκύντε, in qvo cibi genere venenum is acceperat, unde boletos *Deorum cibum* Græco proverbio collaudare solitum Neronem refert Svetonius c. 33. adde Harduin. ad Plinii XXII. 22. T. 4. p. 207. seq.

& A. Junii, in Senecam vero Rhetorem Nic. Fabri, & in utrumqve Senecam animadversionibus excerptis J. Gruteri & castigationibus Francisci Jureti, & Anno 1607. 1627. fol. Mureti, Lipsii, Jureti, Gruteri, aliorumqve notis & observationibus.

Commeliniana Anni 1604. fol. in qva præter observata variorum jam memorata occurrunt *notæ* (m) sive *siglæ*, qvæ veteribus τα-χυ-

(m) Post *Ennium* qvi vulgares notas 1100. invenit teste Isidoro, siglas istas qvarum mirabili compendio verba dicentis pari celeritate excipere vel qvævis alia citissime in literas mittere poterant notarii, *Tullium Tironem* Ciceronis libertum primum reperisse narrat Eusebius in Chronicis. Hoc liberti sui invento usus Cicero, Catonis Uticensis orationem in Cæsarem à notariis scribi jussit, teste Plutarcho in Catonis vita p. 770. Inde forsan inductus Trithemius lib. 6. polygraphiæ p 599. affirmavit Ciceronem volumen de notis edidisse filioqve suo inscripsisse. Tironem deinde alii sunt insecuti, in his Aqvila libertus Mæcenatis, unde Dio lib. 55. Mæcenatem γράμματα πρὸς τάχος sive siglas qvasdam primum invenisse refert; & Persanius Philargyrus, ut legere est apud Isidorum Hispal. lib. 1. Originum cap. 21. Confer Sam. Petitum lib. 2. Obs. cap. 1. pag. 158. seq. Idem Isidorus addit *Senecam* contracto omnium digestoqve numero & aucto ad qvinqve millia notarum collegisse. At verisimile est, qvæ Lipsii lib. 1. Epist. 27. ad Belgas est suspicio, Senecam ab Isidoro innui non philosophum, sed M. Annæum patrem. Etsi Philosophum malit Bernardus à Mallinkrot cap. 24. de natura & usu litterarum. Inter illas Senecæ & Tironis notas exstant etiam *cifræ* sive notæ numerorum qvas Arabibus vulgo imputant, sed longe antiqviorem earum usum fuisse ex his ipsis Senecæ ac Tironis notis &

Poë-

χυγράφοις apud Romanos in usu fuerint Tiro-

Boëthii Geometricis observat If. Vossius pag. 64. seq ad Melam. Interjecto tempore *Cæcilius Cyprianus* Carthaginiensis Episc. notas tachygraphicas vocum Christianorum usibus necessariarum adjecit, ut idem Trithemius narrat, qvas licet etiam inter illas à Grutero editas cognoscere. Qvanqvam non me fugit esse qvi cum Raynaudo putant illas Cypriano otiose supponi, & ab editoribus Pamelio, Rigaltio, Joh. Fello &c. jure ne qvidem inter qvisqvilias Cypriani admissas esse judicant. Porro Hygini poëticon Astronomicum talibus siglis scriptum vidisse se testatur P. Bembus in Epist. 8. lib. 5. ad Julium II. Pontificem, qva eum hortatur, ut Ciceronianam illam qvam appellat per notas scribendi rationem restituat. Etiam totum Psalterium ejusmodi notis conceptum inspexit post Trithemium Jos. Scaliger ut refert Epistola 418. Vide Lipsii Centur. 1. ad Belgas Epist. 27. Jul. Cæsarem Bulengerum lib. IV. de Imperio Romano cap. 3. & 5. Sam. Petitum lib. 2. Observ. cap. 1. p. 159. seq. & Wowerium cap. 5. Polymath. Hermannum Hugonem de prima scribendi Origine cap. 19. Lambecium T. 1. Bibl. Vindob. p. 18. Bœclerum de rebus sec. IX. & X. p. 346. Bartholin. de libris legendis diss. 6. Balthas. Frid. Saltzmannum diss. 2. de antiqvæ scriptionis origine. &c. Nostra ætate simile scribendi compendium apud Anglos excogitarunt Joannes Willis, Joannes Wilkins, Jeremias Rich. & Thomas Shelton, qvi etiam omnes Novi instrumenti libros Psalmosqve siglis à se repertis exscriptos publicæ luci exposuit. Libellus autem qvo artem suam tradit, inscribitur *Zeiglographia or a nevv art of short-vvriting.* Lond. 1672. 8. Huic adde Tachéographiam Caroli Aloisii Ramsay, qvam Sheltoni ut apparet vestigiis insistens, Germanis nostris utendam obtulit Lipsiæ 1679. 8. Fudamenta hujus artis breviter indicat Wagenseilius ὁ μακαρίτης in pera librorum juvenilium loculamento 2. p. 50. & in libro Germanice edito de educatione Principis adolescentis, qvi à studiis litterarum abhorret, p. 44.

ronis ac Senecæ nomine insignitæ. Has (n) non mediocri labore ex MSS. eruit primusqve in lucem è Jo. Trithemii maxime Codice emisit *Janus Gruterus*, subjectas etiam vasto & luculento inscriptionum veterum operi, qvod circa eadem tempora vulgatum, & anno 1707. perqvam nitide cum Gudii Græviiqve notis in Belgio recusum est.

eniqve non prætereunda Senecæ editio *Elzeviriana* cum integris Justi Lipsii, *Joannis Frid. Gronovii* & selectis variorum commentariis, *Libertique Fromondi* in Qvæstionum naturalium libros & ἀποκολοκύντωσιν notis atqve emendationibus, Amst. 1672. 8. duobus Voluminibus, tertium enim ut supra diximus, M. Annæi Senecæ Rhetoris scripta complectitur, qvæ in Antvverpiensi editione plane sunt omissa.

rodiit etiam Senecæ editio non contemnenda Lipsiæ A. 1702. 8. apud Joannem Thomam Fritsch, cum notis brevibus, & è Lipsio, Gronovio aliorumqve doctorum virorum penu selectis.

onysii Godofredi Conjecturæ (o), Variæ Lectio-

(n) Salmasius p. 101. Epist. 46. illam siglarum collectio- m qvalis in præsenti exstat, factam esse conjicit ab homine ristiano circa tempora Gregorii Magni.

(o) Super hoc libro lites Gothofredo intercessere cum utero, qvi Wittebergæ An. 1591. illi librum suspicionum raordinariarum opposuit, & eodem anno Francof. vulgavit

ctiones & Loci communes ſive libri aureorum in Seneca, cum Nomenclatore vocum notabilium, nominumqve propriorum ſeorſim prodiere Baſileæ 1590. 8.

Verſiones Senecæ in lingvas vernaculas *Hiſpanicam, Gallicam, Italicam* & *Germanicam* videantur in Nic. Antonii Bibl. Vetere Hiſpana T. I. p. 33. ſeq. Mihi ſuffecerit *Danicam* commemoraſſe, qvæ lucem vidit Soræ 1658 fol. auctore Brigitta Trottia, fœmina erudita.

VIII. *Suppoſita* Senecæ ſunt *liber de virtutibu*(p) *cardinalibus*, *alius de moribus*, & tertiu de *paupertate*, qvi ſub ejus nomine cum *Epiſtola de aſſentatione vitanda, ad Lucilium*, prodierun

gavit Confirmationem ſuſpicionum extraordinarium contra Dionyſ. Gothofredi conjecturas & Varias Lect. in Senecaam Philoſophum.

(p) Hujus libelli Lipſiæ A. 1515. 4. cum commentariis latinis & rythmis Germanicis ſub Senecæ nomine editi veru auctor eſt *Martinus Braccarenſis* circa A. C. 560. clarus. V. de Iſidorum Hiſpalenſem cap. 22. de ſcriptoribus Eccleſ. & Vincentii Placcii τῦ μακαρίτυ catalogum Pſeudonymorum p. 256. Sub hujus Martini nomine prodiit in Bibliotheca Pl edit. Lugd. T. X. p. 382. & Helmſt. 1691. 8. cum Dominic Mancini libello de qvatuor virtutibus Cardinalibus, edent V. C. Hermanno ab Hardt, ubi inſcribitur *formula honeſtæ vit* Præfationem ad Mironem Svevorum Regem, qvam hui libro Martinus præfixerat, edidit Lucas Dacherius T. X. Spicilegii. Doctiſſimus vero Baluzius ad Epiſtolam 154. Lup Ferrarienſis, exiſtimabat librum de qvatuor virtutibus Seneca auctore ſcriptum, ſed à Martino abbreviatum eſſe.

unt Colon. 1529. 8 & alibi. Senecæ etiam adscripti à Vincentio Bellovacensi libro IX. Spec. Historialis c. 102. seq. Hæc opuscula excerpta sunt ex Senecæ & aliorum scriptis, cujus generis etiam esse puta, qvæ sub nomine *Proverbiorum* (q) & *auctoritatum* Senecæ aliqvoties vulgata sunt, non diu post repertam typographiam. ipsius qvoqve in calce suæ editionis duplicia excerpta subjecit, qvorum priora illa ipsa sunt qvæ edita diximus sub titulo libri *de paupertate*. posterioribus remedia in omni genere afflictionum ex Senecæ Philosophia deprompta continentur, qvæ in editione Veneta Operum Senecæ A. 1492. fol. 64. leguntur sub hac inscriptione: *Seneca ad Gallionem de remediis fortuitorum. Est oratio per dialogum sensus & rationis*, prodiit etiam Lipsiæ A. 1500. 4.

His adde *Epistolas octo ad Paulum Apostolum*, qvæ non minus qvam sex Pauli ad Senecam, spuriæ sunt, etsi non heri vel nudius tertius, sed ante multa sæcula (a) sunt confictæ, cum earum jam

(q) Proverbia Senecæ versibus reddita sunt ab Eberhardo Bethuniensi circa A. C. 1120. Sed qvæ in editionibus antiqvis feruntur sub proverbiorum Senecæ titulo, parum differunt à Publii Syri mimis sive sententiis.

(r) Occasionem eas fingendi videntur dedisse Verba Pauli Epist. ad Philipp. 4. 22. Vide Dan. Heinsium ad h. l. & qvæ notavi in Codice Apocrypho Novi Test. ubi has Epistolas integras exhibui adjunctis meis animadversionibus. Ad Veterum loca illi præmissa addes hæc Honorii Augustod. de luminaribus Ecclef. *Lucius Annaeus Seneca Cordubensis Potini* (lege ex Hierony-

jam meminerit B. Augustinus & Hieronymu
ut Pseudo-Linum, commentitiumqve Dex
trum & Joh. Sarisberiensem jam omittamu
Editæ sunt cum aliis Senecæ scriptis Neapo
1484. fol. Venet. 1492. fol. & in edit. Erasn
Basil. 1529. fol. sed præmissa censura qva Paul
& Seneca indignæ pronunciantur. Prætere
cum libro de IV. virtutibus cardinalibus Lug
1523. 4. Venet. 1588. 8. & cum genuinis Pau
li Epistolis, etiam Jacobi Fabri Stapulensis ob
servationibus illustratæ Paris. 1512. 1515. fo
Leguntur qvoqve in Bibl. Sancta Sixti Senen
lib. 2. sub titulo *Paulus* in D. Mich. Waltheri
μακαρίτε officina Bibl. in B. Josuæ Arndii Lex
co Antiqvitatum Eccles. In locis communib
sententiarum Senecæ ab Huberto Schuttep
tæo digestis, Antvverp. 1613. 12. in Max. Re
D. Georgii Henr. Gœzii Schediasmate de su
posititiis ac deperditis Pauli scriptis, ubi & F
bri observationes exhibentur Witteb. 1688.

St

ronymo *Sotionis*) *Stoici discipulus & patruus Lucani Po*
scripsit qvasdam Epistolas ad Paulum Apostolum, & Aposto
qvasdam rescripsit. Censuris adjungenda sunt, qvæ hal
Angelus Decembrius de Politia literar. lib. 1. p. 57. lib. 2
121. Mottanus Vayerus de virtute paganorum T. 1. Opp
669. seq. in fol. & Tho. Crenius ad T. 3. Methodor. de s
diis instituendis p. 415. seq. Hinc porro Seneca qvorund
judicio audacter annumeratus Christianis, cui rei prob
dæ miror homines adeo nasutos non produxisse hæc Tert
liani cap. 3. Apologet. *Ego Lucium sapientem virum repe*
factum christianum defero. Sed fabulam de Seneca Christia
recte explodit Franciscus Modius Lect. novantiqv. Epist.

ephanus Prætorius Germanica versione dovit, cumqve ea edidit Hamb. 1595. 4. neqve pridem cum Epistola Paulo supposita ad Laocenses, Latine & Germanice recusæ sunt Bre-æ 1692. 4. Deniqve Latine recudendas dedit v. D. Jo. Georgius Pritius in introductione N. T. p. 97. Lips. 1704. 12.

In iisdem Epistolis Pseudo Seneca ait se ad ulum mittere *librum de copia verborum*. Et omasinus de Bibliothecis Patavinis p. 58. tetur in Bibl. monasterii S. Antonii urbis Pavinæ exstare manu exaratum L. Annæi Sene- Cordubensis Stoici discipuli librum de co- verborum ad B. Paulum. Nugæ, nugæ, init Nic. Antonius hæc narrans T. 1. Bibl. Vet. spanæ lib. 1. c. 8. p. 31.

IX. *Deperdita Senecæ scripta* à veteribus memoatur hæc, notante præter alios Lipsio in vita Senecæ cap. 10. Cujus observatis nonnul- adjunxi.

ber *de superstitione*, Tertull. c. 12. Apologet. Lactant. V. 9. & Augustin. VI. 10. de C. D. *ortationum* libri. Lactant. lib. c. 4. & 7. III. VI. 24. & 27.

s) Gyraldus dialogo IX. de Poëtis meminit vitæ Senecæ Lipsium scriptæ, qvam ait circumferri nomine *Aurelii ustini*, & ex variis ut videtur auctoribus excerptam ab ali-us tribui *Xychoni Poletono* sive *Polentino*, illi ni fallor, qvi tiones qvasdam Ciceronis commentariis illustravit. Vita atis & Senecæ à *Jamnotio Manneto* Florentino descripta exstat in variis Bibliothecis.

Moralium libri, qvibus de omni materia ad Ph losophiam morum ſpectante fuſius diſput verat, ut innuit ipſe Epiſt. 106. 108. & 10 Vide & Lactant. lib. I. cap. 16. lib. II. c. 2. li VI. c. 16

De matrimonio. Hieron. adverſus Jovinia lib. 1.

Liber de India Plin. VI. 17. & Serv. in IX. Æne

Liber *de ſitu & ſacris Ægyptiorum*, ex qvo no nulla depromſit Lucanus. Vide Grotiu ad Lucani X. 313. Salmaſium ad Solin. & Memorat idem opus Servius in VI. Æneid

Liber de forma mundi. Boëth. 2. Geometr. p. 1 37. Caſſiodor.

E Lanctantii VII. 15. colligit Lipſius, Hiſt riam qvoqve ſive Hiſtoriæ Rom. compendiu à Seneca ſcriptum fuiſſe. Sed hoc non firmi re tibicine nititur, qvam qvod alii ex eod loco colligere voluerunt, auctorem compe dii Hiſt. Romanæ qvod ſub Flori nomine h bemus, non eſſe Florum ſed Senecam. N uti hanc opinionem recte confutavit Voſſ lib. I. de Hiſt. lat. cap. 30. ita non neceſſe ſingulare opus Hiſtoricum Senecæ commini qvoniam potuit ſane Seneca obiter in qvod ſcripto vel Epiſtola, Romani populi temp diſtribuere in qvatuor ætates, cujus diviſion partim imitatus eſt, partim immutavit, fortaſſe haud inſpecto Seneca ſimile qvid ipſe cogitavit Florus.

Dio lib. LXI. pag. 690. auctor eſt Senec

ſc

ripsisse (t) qvæ Nero Imp. diceret ad milites qvæ in Senatu recitaret, atqve hæc Senatui iqvando tanti visa, ut decernerent ea co- mna argentea insculpi & qvotannis, cum no- Coss. Magistratum inirent, legi.

Omitto qvod idem Dio pag. 694. refert Se- cam non modo reginis & libertis adulatum, d & encomia qvorundam composuisse, & Ta- us XIV. 52. Annal. inducit objicientes *elo- entiæ laudem uni sibi adsciscere, & carmina crebrius titare, postquam Neroni amor eorum venisset.* vintilianus qvoqve X. 1. Inst. ubi pulcherri- um de Seneca & ejus ineptis imitatoribus t judicium, testatur omnem fere studiorum teriam à Seneca pertractatam. *Nam & Ora- nes ejus*, inqvit, *& Poëmata, & Epistolæ & Dialogi untur.*

X. De Senecæ scriptis non male Menagius omo 2. Menagianor. sub init. *Il y a dans les rages de Seneque des choses admirables, mais il a beaucoup quand on le manie, & quand on l'ap- fondit. Il est meilleur à citer dans la chaleur la conversation, qu' à lire dans le silence du cabi- . Il veut briller, quelque sujet il traite. C' est qu'il est fort souvent faux. Cependant le Pere lebranche (u) à mon gré à dit trop mal de lui. On*

t) Confer qvæ de Orationibus ejusmodi, qvas Imperato- ab aliis sibi faciendas curarunt, & ipsi in Senatu vel alio o solenni recitarunt, annotavit Bælius in Lexico, ubi de Iriano Imp. agit nota F.

u) Malebranche de inqvirenda Veritate lib. II, cap. 4.

Con-

On ne ſcauroit conteſter à Seneque d' avoir u de l' eſprit infiniment. Quintilian dit un bon mot la deſſus: Velles eum ſuo ingenio dixiſſe, alieno judicio. *Le Cardinal Palavicin dit auſſi admirablement bien de Seneque*: Profuma i ſuoi concetti con ambra e con un Zibetto che à longo andare danno in teſta *C'eſt dans ſes conſiderations ſur le ſtile.*

XI. Jam dicendum eſt *de decem Tragœdiis* qvæ ſub Senecæ nomine ambulant & Philoſopho tribuuntur à Franciſco Petrarcha, Petro Crinito, Daniele Cajetano, Martino Delrione, &c. Alii ut Balth. Bonifacius lib. 15 cap. 7. Hiſtoriæ ludicræ, audacter pronunciant, autorem habere Marcum Senecam nepotem, Philoſophi ex priore uxore filium, ſe præmatura morte exſtinctum, cujus memin Conſolat. ad Helviam cap. XVI. Sed ex ec dem loco conſtat admodum puerum & paul ante Patris exſilium obiiſſe. Aliis ut Joh. Boc catio, ſaltim dubium eſt utrum filius L. Annæ vel frater, vel ex fratre nepos, M. Annæus Lu canus eas ſcripſerit. Eqvidem certum eſt Senecam Philoſophum carmine valuiſſe (x) aliqvas tragœdias ad eum recte ferri. Se & de hoc fere convenit inter eruditos, d cem has, qvas habemus, non eſſe unius a ctoris.

I. He

Confer ſi placet Opuſcula varia SanEvremonii, Tomo II. San Evremoniana p. 32. ſeq.

(x) Vide Senec. Epiſt. CVII. & CXV. & Lipſium ad Tac XIV, 52. cujus & Qvintiliani locum paulo adde adduxi.

1. *Hercules furens* ex Dan. Heinſii ſententia uctorem habet M. Annæum Senecam, Philoophi patrem. Verſus ex hoc dramate, Seneca ominetenus compellato afferuntur à Tereniano Mauro lib. de metris. Imitatus eſt Senea Herculem furentem Euripidis, ad qvem vie ſi placet qvæ notavit Joſua Barnes V. C. ad erſ. 140.

2. *Thyeſtes* Senecæ tribuitur à Luctatio (y) tatii Scholiaſte ad lib. IV. Thebaid. Hæc eidem 1. Annæo Senecæ ab Heinſio adſcribitur.

3 *Thebais* ſive *Phœniſſa* reliqvis præferuntur â ipſio, Florente Chriſtiano & Jano Bernartio: d eadem indigna Seneca, minimaqve tragœiarum eſt judicio Joſ. Scaligeri, Dan. Heinſii, etri Scriveri. Ad Senecam Philoſophum reerendam eſſe, nec Lipſius dixerit, qvi tempobus Auguſti vindicare malebat.

4. *Hippolyto*, ſi Troades excipias, nulla Lati-

(y) Sub ejusd. *Luctatii* nomine periochas ſive *argumenta* *gulaurum tragœdiarum* in MS. reperit ediditqve G. Fabrius. Petrus autem Scriverius teſtatur ſe vidiſſe MS. qvo arumentum Herculis furentis, paucis admodum verbis immutis referebatur ad Albertinum Muſatum Patavinum Hiſtoographum. Janus Gruterus paſſim qvoqve meminit *Vetes Scholiaſtæ Palatini in tragœdias Senecæ.* Cum vero idem ſtetur illum ſua inſcripſiſſe Johanni Botticellæ apparet m non eſſe valde antiqvum. *Primus qvod ſciam*, inqvit ic. Antonius in Bibl. Vet. Hiſpana, *tragœdias Senecæ gloſſis uſtravit Nicolaus Franuth Dominicanus ſæculo poſt CHRITUM natum XIV. quæ MSS. occurrunt in Bibl. Ferdinandi Coni Eccleſ. Hiſpalenſis.*

norum secunda est, & Philosophum Senecam autorem agnoscit, judice Daniele Heinsio. Porro versus qvem ex *Phædra* (z) Senecæ affert Priscianus libro IV. in hoc dramate occurrit. Etiam in MS. optimo Florentino qvo usus Joh. Frid. Gronovius, hæc Tragœdia *Phædra* inscribitur. Comparationem inter Hippolytum Senecæ & Euripidis edidit Joh. Henr. Boeclerus Argentor. 1651. 4. vide & Sam. Petitum lib. 1. Obs. cap. 2. qvi cap. 1. suspicatur Medeam & Hippolytum à Seneca Philosopho in exsilio scriptas esse, utpote in qvo *levioribus se oblectasse studiis* testatur in consolat. ad Helviam cap. IV.

5. *Oedipus* adumbrata ex Sophoclis Oedipo Tyranno, auctore M. Annæo Seneca Philosophi parente, ut eidem Heinsio videtur.

6. *Troades* Senecæ tribuuntur â Valerio Probo, sed qvi bis *Hecubam* vocat. Ceterum Philosophi esse & Euripidis Troadas longe vincere judicabat olim Heinsius. Troadem perperam appellant Lipsius & alii, qvi etiam contemnend & ignobilis auctoris esse existimant, cum Jos Scaligero judice sit princeps Latinarum Tragœdiarum. Cum Euripidis Troadibus & Hecuba confert Sam. Petitus lib. I. Observ. cap. 3 qv

(x) Thomas Phædrus eloqventiam Romæ sub extremu seculi XV. cum summa laude professus, ita ut ætatis su Cicero haberetur, Phædri cognomen tulit, qvod personai Phædræ in hoc dramate eleganter repræsentasset. Vid Erasmi Epist. XXIII. 5. ubi male Petrus pro Thoma appe latur.

qvi post reditum ab exsilio scriptam hanc Tragœdiam in aula à Philosopho existimat cap. 1.

7. *Medea* sub Senecæ nomine allegatur à Qvintiliano lib. 9. c. 2, & Philosopho tribuitur ab omnibus, qvanqvam vetus Lucani scholiastes affectam fuisse etiam à Lucano Medeam Tragœdiam testatur. De Ovidii Meda dixi supra p. 273.

8. *Ex Agamemnone* versiculum sub Senecæ nomine laudat Priscianus libro 6. Gallice Agamemnonem è Seneca composuit Carolus Tostanus Paris. 1566. 4.

9. *Hercules Oeteus* Tragœdia ex Sophoclis Trachiniis adumbrata, sed longe infra Græcam subsidens, qvamqve sermo arguit longe post reliqvas scriptam esse. *Cujus auctor si tam corruptus est & vitiosus elocutione, qvam rebus & sententiis turgidus & inflatus, nihil est quod illum audire magnopere velimus*, inqvit Vavassor lib. de vi & usu qvorundam verborum latinorum.

10. *Octavia* (a) & ipsa Seneca Philosopho non in-

(a) Non videtur esse Senecæ & in MS. optimo Florentino omittitur. *L. Annao Floro* eam tribuit Voss. p. 164. de Hist. lat. qvi Instit. Poët. lib. 2. pag. 76. eam omnium ineptissimam vocat & opus plane Scholasticum: Neqve Octaviæ mortem potuisse memorare Senecam à Nerone prius exstinctum. In editis vulgo postremum locum occupat, nisi qvod in antiqviss. edit. Lipsiensi, qvæ litteris Longobardicis forma qvarta excusa est à Martino Herbipoli, & in aliis qvibusdam eam præmissam vidi Herculi Oetæo. Sed notum est qvanta sit tam in editis qvam in MSS. varietas in ordine harum tragœdiarum.

indigna, si Scaligerum (*b*) seqvimur, etsi præ reliquis humi serpit, & Justo Lipsio visa verbere eruditorum excipienda, non plausu.

Jul. Cæsar. Scaliger non dubitat Senecæ tragœdias etiam ultra Græcarum vim & elegantiam extollere, plerisqve tamen hodie aliter videtur, qvi nimium philosophicas esse, & contra leges tragœdiæ passim peccare observant. Vide Vossium patrem in Institutt. Poëticis, & Rapini aliorumqve judicia collecta à Bailleto Tom. 2. judiciorum de Poëtis.

XII. Qvam primam omnium editionem harum tragœdiarum habent Delrio & Nic. Antonius, qvamqve Herbipolensem appellant, est mihi in manibus excusa Lipsiæ apud Martinum Herbipolim, sine notatione temporis in 4. Apud eundem Antonium p. 38. & 39. Bibl. veteris Hispanæ plures videre licet tragœdiarum Senecæ non modo editiones sed versiones qvoqve & interpretes.

Ceterum eminent Veneta A. 1482. fol. cum commentar. Gelli Bernardini Marmitæ Parmensis, & Dan. Cajetani Cremonensis, (qvam duæ minus emendatæ sunt secutæ A. 1493. 1505. fol.) Etiam 1510. apud Philippum Pincium & Aldina 1517. 8. ex Hieronymi Avantii Veronensis castigatione, cum ejus diss. de generibus carminum

(*b*) Fuit tamen cum Josephus Scaliger non Senecam existimaret auctorem esse hujus tragœdiæ, sed Scævum Memorem, de qvo Voss. p. 48. de Poët. latin.

num ap. Senecam. *Antwerpiensis*, cum Senecæ vita amplissimis comentariis M. Antonii Delrionis & Fragmentis vett. Tragicorum 1576. 1594. 4. & Paris. 1607. 1620. 4. *Scriveriana* ex castigatigatione P. Scriverii, cum integris Justi Lipsii (Lugd. Bat. 1588.) Francisci Raphelengii, & qvi Thebaidem illustravit Septimii Florentis Christiani, Hieron. Commelini, Jos. Scaligeri, Jani Gruteri, Dan. Heinsii, Isaaci Pontani, addita Georgii Fabricii, Avantiiqve diss. de carminum apud Senecam generibus. Lugdun. Bat. 1621. 8. Idem Scriverius Veterum Tragicorum Latinorum fragmenta post Delrionem accurate collegit, qvæ infra libro qvarto c. 1. recenseo. Post Scriverium Senecæ tragœdias cum selectis variorum suisqve animadversionibus vulgavit *Antonius Thysius* ibid. 1651. 8. & qvi inprimis præclare de Seneca meritus est, *Joh. Frid. Gronovius* adhibito optimæ notæ MS. Florentino Anno 1661. 8. Ejusdem Gronovii notas in Tragicum, ex chirographo auctas & à filio Jacobo digestas, cum variorum notis Senecæ additis, locupletissimoqve indice recuderunt Amstelodamenses 1682. 8. Nec contemnenda editio instructa notis *Thomæ Farnabii* Lond. & Amstelod. 12. etiam Francof. 1625. 8. Cum versione Gallica *Michaelis de Marolles* prodierunt Senecæ tragœdiæ Paris. 1660. 8. duobus volum.

CAPUT X.

DE LUCANO, Poëta.

Lucani ætas. 1. *Pharſaliæ libri.* 2. *Editiones.* 3. *Carmen ad Piſonem Lucano tributum.* 4. *Scripta deperdita.* 5.

I. M. ANNÆUS LUCANUS (a) Cordubenſis Hiſpanus, filius M. Annæi Melæ, qvem Senecæ Philoſophi fratrem fuiſſe dixi, Eqves Romanus & ab Imp. Nerone variis auctus honoribus, ſed poſtea grave ejus odium incurrens, qvod in Poëtica, cujus Principatum Imperator ambiebat (b), excellere cuperet: itaqve addens ſe Piſonianæ conjurationi, & deprehenſus, exireqve vita juſſus, venis ſolutis obiit, Anno CHRISTI LXV. vix annos natus XXVII. Genethliacon ejus celebrat Statius lib. II. Silva 7.

II. Exſtant ejus *Pharſalia*, ſive de bello civili Cæſaris atqve Pompeji, qvod pugna ad Pharſalum Theſſaliæ urbem, qva Pompejum Cæſar vicit, finitum eſt, *Libri X.* Carmine Heroico.

Qvan-

(a) Præter vitam Lucani qvæ ad Svetonium auctorem refertur, aliam ineditam laudat Scaliger ad culicem Virgilii. Illam fortaſſis qvæ editioni Schrevelianæ præmittitur, edita à Joanne Britannico. Adire præterea juvabit Martinum Hanckium de Rom. rer. ſcriptoribus c. XI. Nic. Antonium lib. 1. Bibl. Vet. Hiſpanæ cap. 10. & Gaddium de Scriptoribus non Eccleſiaſt. T. 1. p. 269.

(b) Tacitus XV. 49. & 70.

Qvantum ex præsenti opere gloriæ sibi promiserit auctor ipse, patet ex his ejus verbis IX. 983. seq.

Invidiâ sacræ, Cæsar, ne tangere famæ,
Nam si quid Latiis fas est promittere Musis,
Quantum Smyrnæi (c) *durabunt Vatis honores,*
Venturi me Teque legent, Pharsalia *nostra*
Vivet & à nullo tenebris damnabitur ævo.

Tumorem Lucani reprehendit Jul. Cæsar Scaliger & Caussinus III. 10. de eloqventia sacra & profana. Non minus reprehendas qvod mirum in modum adulatur Neroni, usqve adeo ut cum multis verbis bellorum civilium atrocitatem & miseriam exaggerasset, subjungat lib. I. v. 44.

Multum Roma tamen debet civilibus armis,
Quod tibi res acta est - - -

Astronomiæ peritiam in Lucano desiderabat Josephus Scaliger prolegom. ad Manil. & alibi, eumqve secutus Grotius ad lib. I. vers. 54. & Barthius LIII. 6. Adversar. Sed defendit Lucanum Franciscus Insulanus procurator Parisinus in Apologia pro Lucano Mathematica adversus Scaligerum, versibus edita Paris. 1582. 4. qvam impugnat Scaliger Epist. 3. ad Manertum Patissonium (d). Aliam Lucani Apologiam Scaligero opposuit Jacobus Palmerius Grentesmenilius, editam post auctoris mortem à Ja-

(c) Homerum intelligit.
(d) Confer Menagii Anti Bailletum T. I. p. 370.

à Jano Berkelio Lugdun. Bat. 1704. 8. Conferendus etiam Jo. Baptista Bellus in diatriba de mense & die (e) victoriæ Pharsalicæ Tolos. 1637. 8. recusa T. VIII. thesauri antiqvitatum Romanar. Græviani, & separatim iterum cura Henr. Leonhardi Schurzfleischii V. C. Witteberg. 1705. 4. Laudat Lucanum præter alios ac freqventer imitatur Gvilielmus Brito, ut observatum Reinesio est p. 561. & 404. Var. Lect.

Libri decimi pars posterior & fortasse plures inseqventes cum aliis Lucani Poëmatis perierunt. Nec ultimam manum (f) addidisse iis, qvos habemus libris dicitur, cum sint elegantissimi, gravibusqve sententiis & Poëtico decore insignes, qvamvis fuerint, qvi Poëtis (g) accen-

(e) 26. Jun. Anni U. C. 706.

(f) Libros tres priores emendasse ajunt *Pollam Argentariam* Lucani uxorem, qvæ deinde Statio Poëtæ nubsit, ut ipse docere videtur Statius procemio lib. 2. Silvar. Hinc Sidonius: *Polla dat Poëtas*. Hæc teste Baptista Fulgoso *tanto ingenio doctrinaqve fuit, ut cæptos à viro permultos versus ipsa eadem styli gravitate atqve elegantia perficeret, atqve epigrammata etiam peritissime conscriberet.* lib. 8. cap. 3. Plures fœminæ maritos suos vel amasios in studiis adjuvantes celebrantur à Sidonio lib. II. Epist. 10. ad Hesperium: *Sisqve oppido meminens qvod olim Marcia Hortensio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apulejo, Rusticiana Symmacho legentibus meditantibusqve candelas & candelabra tenuerunt, . . . reminiscere qvod sæpe versum Corinna cum suo Nasone complevit, Lesbia cum Catullo, Cesennia cum Getulico. Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo.*

(g) Vide Martialem XIV. 194. Isidorum VIII. 7. Orig. &

accenſere Lucanum dubitarunt, qvod hiſtoriam, qvam verſu perſeqvitur, non tot fabulis inquinaſſet more aliorum Poëtarum.

Marbodum Andinum Rhedonenſem Epiſcopum fama eſt, ut Patriæ gratificaretur, hos de Meduana & Ligeri verſus Lucano inſeruiſſe Lib. I. v. 438. ſeq.

In nebulis, Meduana tuis, marcere peroſus
Andus, jam placido Ligeris recreatur ab amne.

Sane in omnibus MSS. Codicibus antiqvis non comparent, vel ipſo Grotio teſte, qvi eos in ſua ἐκδόσει edendos curavit. Hæc Menagius p. 27. ad Laërt.

III. Editio Lucani (h) princeps eſt Romana A. 1469. curante *Jo. Andrea* Epiſcopo Alerienſi vul-

& Servii, loca Jornandis ac Jo. Sarisberienſis ap. Voſſ. de natura poëticæ p. 7. Nimirum ex Ariſtotelis præceptis, vati non eſt qvaſi res geſta verſibus tradenda, ſed per ambages Deorumqve miniſteria & fabuloſum ſententiarum tormentum debet liber ſpiritus præcipitari, ut loqvitur Petronius. Verum Eraſmus Epiſt. ad Andream Ammonium p. 216. *Sunt*, inqvit, *qvi poëma non putent, niſi Deos omnes è cœlo, mari, terraqve ſubinde advoces, niſi ſexcentas infulcias fabulas. Mihi ſemper placuit carmen, qvod a proſa ſed optima non longe recederet.* In hanc ſententiam multa Palingenius ſcriptor lectu digniſſimus initio libri VI. Zodiac.

(h) Scholiaſtes Lucani antiqvus allegatur à Grotio ad Lucan. & à Barthio ad Statium ac Britonem, Arnolphi Aurelianenſis ſcholia MSS. in Bibl. Gudiana. Lucanus cum commentariis MSS. Zoni Florentini in Bibl. Regis Galliæ teſte Labbeo. Alius Scholiaſtes MS. in Bibl. Vaticana, cujus meminit Nic. Antonius in Bibl. Vet. Hiſpana p. 47.

vulgata qvæ habetur in Bibl. Regis Christianissimi. Ab eo tempore prodiit cum notis Petri de Ponte, Jo. Taberii &c.

Parmæ 1483. fol. qvam editionem possedit Clariss. Grævius.

Cum commentario *Jo. Sulpicii* Verulani & *Omniboni Leoniceni* Venet. 1493. fol. 1505. fol. & *Jac. Mycilli* annotationibus adjunctis, Francof. 1551. 4.

Venet. apud *Aldum* 1502. 8. 1515. 8.

Paris. 1506. & 1514. fol. cum Sulpitii, *Phil. Beroaldi. Jodoci Badii Ascensii*, *Antonii Sabellici*, *Jac. Bononiensis* & *Jo. Baptistæ Pii* annotationibus, ex recognitione *G. Versellani.*

Argent. 1509. 4. cum Sulpicii commentariis. Et sine illis 1520. 8.

Luugd. 1547. forma minore, apud *Seb. Gryphium* & 1542. 8.

Paris. 1545. 8. apud *Rob. Stephanum.*

Ex *Theodori Pulmnani* recensione, Antvv. apud Plantin. 1564. 12.

Cum *Jac. Micylli*, *Joach. Camerarii* & *Greg. Bersmanni* scholiis, Lips. 1589. 8.

Cum Sulpicii commentariis & explanationibus *Lamb. Hortensii*, Basil. 1578. fol.

Cum notis *Tho. Farnabii* Lond. 1618. 8. Franco 1624. 8.

Cum Pulmanni Variis lect. & notis *Hugonis Grotii* (i). Antvv. 1614. 8.

Cu[m]

(i) Grotium edito Lucano & se & omnes sanos à simi[...] con[...]

Cum Pulmanni Variis lect. & Grotii notis auctioribus Lugd. Bat. 1626. 8.

His accedunt deniqve editiones *Amstelodamenses*, cum ejusdem Grotii, Thomæ Farnabii & aliorum notis vulgatæ à Corn. Schrevelio 1658. 1669. 8. in qvibus etiam subjicitur Lucani supplementum, libris VII. à *Thoma Majo* Anglo non infeliciter elucubratum.

Cum versione prosaria *Gallica* Michaelis de Marolles lucem vidit Lucanus Paris. 1654. 8.

Metaphrasis Gallica Brebeufii, versibus scripta, qvam Archetypo ipsi (k) haud dubitant præferre nonnulli, sæpius edita est.

Lucani Pharsalia *Anglico* reddita carmine ab Arturo Gorgesio, Lond. 1614. 4. Alia Thomæ Maji, ibid. 1679. 8.

Hetruscis versibus Lucanum reddiderat Albertus Campana Dominicanus & Joannes Maria Vantus, teste Gaddio: sed neutra Metaphrasis lucem vidit qvod sciam.

Cum Metaphrasi *Germanica* Viri præstantissimi Viti Ludovici à Seckendorf, citra (l) rhythmos

Bb

conatu deterruisse scribit Rutgersius lib. I. c. 12. Var. Lect. Tam impense porro Poëta illo delectatus est Grotius vir summus, ut cum semper in sinu gestarit, vix die intermisso qvo non aliqvid ejus legeret, ut narrat in Epistolis Gvido Patinus.

(k) Vide Parrhasiana T. I. p. 107. & Vignolium Marvillium T. I. Misc historico litterar. p. 25. cui Metaphrasis illa dicitur *Lucano ipso Lucanior*.

(l) Simili ἀῤῥύθμῳ carminis genere Gallos uti docuere,

mos iisdem ſyllabis deſinentes, at ſervato Hexametri verſus numero adornata, qvæ una cum notis & obſervationibus ejus, paullo poſt ejus obitum in lucem emiſſa eſt Lipſiæ, 1695. 8.

Diu eſt, qvod luculentam hujus Poëtæ editionem, utinam ne fruſtra, expectant bonarum litterarum ſtudioſi ab illuſtri & venerandæ eruditionis ſene Ezechiele Spanhemio.

IV. Inter catalecta veterum Poëtarum exſtat *Carmen Panegyricum ad Calpurnium Piſonem*; qvod Virgilio ab aliis, ab aliis Ovidio perperam adſcriptum, ad Lucanum noſtrum referunt eruditi, ut ſupra in Ovidio dictum eſt.

V. Deperdita Lucani ſunt Hectoris lytra, Catacauſmos Iliacus, Catalogus Heroidum, Orpheus, Saturnalia, Silvarum libri X. Medeæ tragœdia imperfecta, Hypomnemata proſa oratione, in Octavium Sagittam & pro eo Declamationes, Epiſtolæ ex Campania, Satyricæ fabulæ XIV. &c. Vide Scaligerum ad Catalecta Vett. Poëtarum p. 279. ſeq. Voſſium de Hiſt. lat. lib. I. c. 26. & Colomeſium ad Gyraldum pag. 239.

re, Joh. Antonius Baiſius, Stephanus Jodellus, Rapinus, Paſſeratius: Italos Leo Baptiſta Albertus, Tho. Campanella, Lud. Arioſtus, & Bernardus Philippinus: Anglos Johannes Miltonus.

CA-

CAPUT XI.
DE T. PETRONIO ARBITRO.

Petronii ætas, 1. Satyrici fragmenta prima. 2. Traguriana, 3. Nodotiana, 4.

I. T. PETRONIUS (a) ARBITER Massiliensis, Eqvestri genere natus, Vir Consularis & inter familiares Neronis Imp. sed artibus æmuli Tigellini invisus ei redditus, jussusqve ab eo mori, incisis venis, lascivam animam efflavit A. CHRISTI 67.

II. Scripsit *Satyricum*, sive *libros Satyricôn*, qvibus neqvissimos mores ejus ætatis, omni procul pudore, etsi dictione tersa & eleganti descripsit. Passim qvoqve exemplo satyrarum Varronis Menippearum, versus interposuit, inprimis carmen de bello civili, qvod testatur eum non invitis Musis ad Poëmata componenda accessisse. Fragmenta (b) hujus satyrici (ex libro XV. & XVI.

(a) Apud Tacitum prænomen Petronii Cajus est, sed Titus apud Plutarchum & Plinium. Idem Tacitus auctor est, Petronium Neroni *elegantiæ arbitrum* fuisse *ut nihil amœnum & molle affluentia putaret, nisi qvod ei Petronius approbavisset.* Hinc crediderim factum esse ut Arbiter vulgo appelletur, qvo nomine etiam occurrit apud Terentianum Maurum libro de metris. Eqvidem Henr. & Hadr. Valesii fratres doctissimi auctorem Satyrici ab illo Taciti Petronio distingvunt & Antoninorum ætate vixisse opinantur, sed argumentis ducuntur parum exploratis. Qvare receptæ sententiæ subscribere satius esse putavi.

(b) Conradus Rittershusius ad Phædri IV. 13. conjicit Petro-

XVI. uti legitur in MSS.) primum edita Venetiis A. 1499. certatim illustrata sunt à Joh. Sambuco Antvv. 1565. 8. Petro Daniele, Joh. Tornæsio, Petro & Francisco Pithœis, Joanne Richardo, Jano Dousa, Lugd. Bat. 1585. 8. Conr. Rittershusio, Joh. à Wovveren & Georgio Erhardo Francio, sive qvi sub eo nomine latet, Mich. Caspare Lundorpio, Helenopoli 1610. 8. qvorum omnium labores congesti in editione Francof. 1621. 8. in qva etiam *catalecta* (c) *Petroniana* & Epigrammata, cum H. Stephani emendationibus, Claudiiqve Bineti notulis, Germani Colladonii & Herm. Buschii notæ in carmen de bello civili, Petri Guirandi Epistola de Petronio, & elogia Petronii à Lundorpio collecta occurrunt. His accedit ἔκδοσις Joh. Petri

Loti-

tronii Satyricon ita truncatum & laceratum ab aliqvo casto exscriptore, qvi loca obscœna omiserit. Sed unde qvæso tot nupta verba, tot obscœni sales in illis qvæ supersunt fragmentis. Non magis credibile est, qvod conjiciebat Bervillius, Eumolpi nomine à Petronio perstringi Senecam, qvod merito rejicit SanEvremonius in judicio de Seneca T. 2. Opusc. Idem in judicio de Petronio ostendit hunc scriptorem exponere & commendare potius, qvam satyrico sale perfundere libidines vitiaqve aulæ in qva versabatur.

(c) Ibidem habes fragmenta P. Petronii Rhetoris, Petronii Grammatici, Petronii Afranii, Petronii Indici, M. Petronii Venusiani, Petronii Antigenidis Pisaurensis, & C. Petronii Hilarii Pisaurensis, Petronii Apollodori Pontificis & XV. viri Romani, & Petronii Levitæ. Fuit etiam Petronius Bononiensis Episcopus, qvem cum Arbitro confundunt Vincentius Bellovac. in speculo, & Antoninus in summa historiali.

Lotichii ibid. 1629. 4. in qva præter P. Pithœi & Joh. Wowerii eruditas observationes habes scholia & emendationes Joh. Alexandri Brassicani, Joh. Aurati, Erici Emmii, Alphonsi Delbenii, Claudii Puteani, Jacobi Bongarsii, Mammerti Patissonii, & Joh. Weitzii. Lotichii libros tres excursuum Physico Medicorum (d) notasqve perpetuas in Petronium, & Renati Morelli Qvæstiones Physico-medicas. Exstant etiam Casp. Scioppii symbolæ Criticæ in Petronium, cum sirenibus sive elegantioribus phrasibus ex Petronio excerptis, & eximio Gonsalii de Salas commentario adjunctæ Petronio edit. Francof. 1643. 4. His adde scitas Joh. Bourdelotii notas & glossarium Petronianum Paris. 1645. & 1677. 12. ut omittam ἀνεκδότυς Petronii interpretes Lotichio memoratos, Ant. Oiselium, Hub. Giphanium, Adr. Junium, Theodorum Pulmannum, M. Antonium Mu-

 re-

(d) Goldastus Epist. ad Casp. Hofmannum 7. Cal. Octobris 1613. *Mitto tibi Lotichii commenta in Petronium cum aliorum notis - - - Vide qvantum abs tuo instituto ac judicio Lotichius dissideat. Volebam hominem amicum hac occasione ad lectionem veterum Medicorum deducere. - - Sed judicio destitutus nec in bonis auctoribus versatus, nobis undiqvaqve complilavit qva ad grandiendum librum convasere ex cornu copiæ, Calepino, Textoris officina, Erasmi Chiliadibus & consimilibus scriptis poterat, ut tandem monstrosum, horrendum & insanum magnum istud commentum pareret. Adeo sibi philavtia placet, ut etiam sordes suas putet vera olere cinnamoma.*

retum Dionys. Lebeum Batillium, Franciscum Roardum, Janum Passeratium, Nic. Dobbinum, Petrum Arnaudum, Joh. Isaacum Pontanum, Melch. Heiminsfeldum Goldastum, & Eustathium Swartium. Denique cum notis selectis Variorum & præludiis edidit Simon Abbes Gabbema, Trajecti ad Rhen. 1654 8.

Errores Venereos sive incertorum auctorum Poëmatia & Epigrammata cum his Petronii fragmentis à P. Pithœo aliisque edita, recenseo infra libro IV cap. 1. Jure autem mireris nequissimum hunc scriptorem, inter Christianos tot tantosque interpretes (e) invenisse, sed quod unum restabat, nuper etiam repertus fuit, qui pueris in schola proponendum esse svaderet, miraretur que Concilii Trid. sententiam, qua adultis vix legendus, minime vero pueris interpretandus permittitur.

III *Aliud* ejusdem Satyrici *fragmentum*, integram cœnæ Trimalcionis fabulam complectens, & *Tragurii* in Dalmatia in Nicolai Cippici Bibliotheca repertum, primus, inscio qui repererat Marino Statilio vulgavit Paulus Frambottus typographus, Patavii A. 1664 8. Recusum eodem anno 8. Parisiis, præfixo de styl ratione judicio. Cum vero Hadrianus Vale siu

(e) *Nisi in Æsculapios incidisset, poterat Medicorum turb perire*, inqvit Octavius Ferrarius, qvi aliqvot Petronii loc emendat & illustrat lib. I. elector. c. 7. seq.

ſius & Joh. Chriſtoph. (f) Wagenſeilius ὁ μακαρίτης teſtati fuiſſent illud ſibi fraudis ſuſpectum videri, qvorum opinioni pauci eruditorum ſubſcripſerunt, Petr. Petitus ſub Marini Statilii, J.U.D. nomine apologiam edidit, hunc enim verum illius ſcripti auctorem eſſe, auctor eſt Claudius Nicaſius In Epiſtola de obitu & ſcriptis Petri Petiti ad Cl. Joh. Georg. Græviam. Itaqve cum Caji Tlibomeni, ſive qvi ſub illo anagrammate tegitur Jacobi Mentelii conjecturis & Statilii apologia, fragmentum idem recuſum Pariſ. 1666. 8. atqve iterum cum eadem Apologia Amſtelod. 1670. 8. Etiam cum notis Joſ. Scheferi, Upſaliæ 1665. 8. ac cum obſervationibus Thomæ Reineſii, additis iisdem Scheferi notis. Lipſ. 1666. 8. & cum Mentelii conjecturis, Hadr. Valeſii & Jo. Chriſtoph. Wagenſeilii diſſertationibus Epiſtolicis & aliorum judiciis ad Chriſtoph. Arnoldum, Norimb. 1667. 8. Deniqve fragmentum Tragurianum prioribus ante editis ſuo loco inſertum, cum ſelectis variorum commentariis vulgatum eſt

 à *Mi-*

(f) Cl. Wagenſeilium ab eo tempore non pœnituit judicii ſui, uti patet ex ſynopſi Hiſtoriæ univerſalis parte 2. p. 181. Tom. IV. peræ librorum juvenilium ſuperiore anno vulgatæ, ubi probat vir doctiſſimus Joh. Lud. Praſchii ſententiam allatam ex ejus roſeto ſive præceptis ſtyli latini, qva tanqvam barbarum & abſurdum rejicitur illud fragmentum. Cum Wagenſeilio feciſſe etiam Joh. Frid. Gronovium narrat vir Cl. Vincentius Placcius in Pſeudonymorum catalogo p. 267. qvi haud obſcure innuit ſe qvoqve de fragmento illo an genuinum ſit addubitare,

à *Michaele Hadrianide* Amst. 1669. 8. qvæ elegantissima præstantissimaqve hactenus est Petronii editio, additis etiam variorum auctorum Poëmatis eroticis aliisqve, qvæ, ut dixi infra, recensebuntur.

In Ephemeridibus litterariis Romæ A. 1668. p. 106. à Francisco Nazario relatum memini de codice illo MS. ex qvo dictum fragmentum expressum est, eum videri scriptum ante 300. annos & in Bibl. Vaticana exstare librum alium manu exaratum Petrarchæ, qvi cum hoc tum chartæ genere & forma, tum charactere literarum ex asse conveniat, ut ab omni fraudis suspicione editor certe sit absolvendus. Confer Valer. Chimentellum de honore bisellii pag. 119 & Joh. Mabillonium T. 1. Musei Italici p. 202. seq.

Novam atqve insignem Petronii editionem intra breve ut spero tempus in acceptis referemus viro doctissimo *Petro Burmanno*, Ultrajectensis Academiæ post Grævium extinctum singulari ornamento, qvi Tragurianum qvoqve fragmentum nova, qva adhuc indigere videtur, luce perfundet.

Famam qvæ olim increbuerat Petronii Satyricon plenius & locupletius exstare apud Muretum, deniqve falsam deprehensam fuisse leges in Ephemeridibus Paris. A. 1666. 12. April. Falsum qvoqve esse existimo qvod Scioppius (a) strenuus ille maximorum nominum calumniato

(a) In Amphotidibus Scioppianis p. 116.

tor narrat à Baudio Parisiis dæmonem de thesauris reconditis consultum, inprimisqve de Petronio, utrum is alicubi integer exstaret. Qvanqvam Leo qvoqve Allatius inter alia qvæ de eruditis Dæmonem consulentibus in limine libri de patria Homeri congessit, meminit etiam nescio cujus qvi nefariis sacris ex impuro spiritu sit sciscitatus utrum Petronius & ubi integer superesset?

IV. Nostris qvidem temporibus fuit, qvi Petronium *integrum* ex codice Anno 1688. Albæ Græcæ reperto edere se fuit professus, Franciscus Nodotus Parisiis, ac mox Roterd. 1693. 8. Eqvidem assentior viris eruditissimis, qvi fraudem nimis apertam esse observant, cujus sententiæ auctores sunt celeberrimus Leibnitzius in litteris ad W. E. Tentzelium, & Joh. Frid. Cramerus in Vindiciis nominis Germanici contra qvosdam obtrectatores Gallos, Jac. Perizonius in Curtio vindicato p. 53. seq. Rich. Bentlei diss. Anglice scripta de Epistolis Phalaridis p. 10. & auctor Observationum in Petronium Albæ Græcæ repertum, Gallico idiomate (b) editarum Paris. 1694. 12. Eqvidem auctori Observationum respondit Nodotus in Anti-Critica Petroniana (c) itidem Gallice vulgata, sed ingenii plus prodit in castigando adversa-

 rio

(b) Titulus libri: *le tombeau du faux Petrone du Belgrade.*

(c) Integer titulus ita se habet: *la Contrecritique de Petrone, ou reponse aux observations sur les fragmens trouvez à Bel-*

rio suo, qvam pro tuendo pseudo Petronio suo judicii vel solidorum argumentorum. Etiam vir doctus qvi cum vita Petronii & Gallica versione elegantissima ac clavi verorum nominum, qvæ sub fictis illis personis Saytiricus perstrinxerit, satyram, qvalis à Nodoto edita fuerat, vulgari curavit Paris. 1694. 8. qvin tota genuina sit ne dubitat qvidem. Sed erunt haud dubie qvi dicent vel Nodotum ipsum vel Nodoti amicum hunc laborem in se suscepisse, qvo majorem novo fœtui gratiam auctoritatemqve conciliaret.

Jenæ An. 1700. 12. prodiit Petronius ab omni obscœnitate liberatus, cum brevibus notis excerptis & postumis Jo. Andreæ Bosii. In hac editione ratio etiam habetur fragmentorum Nodotianorum.

Deniqve in Clariss. Jo. Georgii Eccarti excerptis litterariis menstruis A. 1701. mense Decembri p. 13. lego Nicolaum Venetteum ad editionem parasse versionem Gallicam Petronii cum notis & lexico, cui subjuncturus sit *Poëma* ejusdem hactenus ineditum *de mutatione Reip. Romanæ*, ex recensione C. Granarti. Vereor tamen ne illud ipsum poëma intelligatur qvod hoc argumento exstat atqve incipit: *Orbem jam totum victor Romanus habebat.*

CA-

a) *Belgrade en* 1688, *avec la responſe à la lettre ſur l'ouvrage & la perſonne de Petrone* à Paris. 1700. 8. Auctor ipse sibi promittit, qvod lectores qvi Petronii studio ducuntur, in hoc libro cum voluptate contemplaturi sunt *le triomphe des nouveaux fragmens.*

CAPUT XII.

DE PERSIO & SILIO Italico.

Persii ætas. 1. *Editiones atqve interpretes.* 2. *Ætas Silii.* 3. *Poëma de bello Punico.* 4. *Ejus editiones.* 5.

I. A. PERSIUS (a) FLACCUS natus Volaterris (b) Eqves Romanus æqvalis Lucani Poëtæ, & una cum eo Annæi Cornuti (c) Philosophi Stoici auditor, vix duodetriginta annos natus obiit anno Imperii Neronis nono. Reliqvis Persii poëmatis juvenilibus jussu Cornuti post auctoris mortem abolitis, utpote indignis luce, solus ad nos pervenit *liber sex satyrarum*

(a) Persii, dubito an nostri effigies in marmore apud Fulv. Ursinum p. 46. elog. & in thesauro Antiqv. Græcarum Gronoviano T. 3. a a a a. Fuit & Cajus sive Manius Persius homo doctissimus de qvo Cicero 2. de Oratore, & 1. de finibus refert Lucilium dicere solitum: *Persium hæc legere nolo, Lælium Decium volo.* Alius Julius Persius in Apuleji Floridis.

(b) Ita plerisqve persvasum est auctore Eusebio in Chron. & scriptore vitæ Persii, licet ipse poëta Ligurem è Tigulia prope portum Lunæ innuere videtur, Sat. VI. vers. 6. seq. Vide Caspari Massæ & Ludovici Aprosii dissertationes Italico idiomate scriptas de patria Persii qvæ recusæ leguntur ad calcem Raphaëlis Soprani de scriptoribus Liguriæ, Gregorium Leti in Italia regnante parte IV. p. 373.

(c) Cornutum suum multis laudat Persius Satyra V. qvæ ridicule inscribitur etiam in Schreveliana editione, *ad Magistrum Eqvitum Cornutum* pro eo qvod legi debebat *ad Magistrum Annæum Cornutum.* De Cornuto & ejus scriptis dixi lib. III. Bibl. Græcæ c. 15. p. 393. seq.

rum (d) doctus & argutus, ſed cum acerbis (e) ſalibus plenus, tum ita obſcurus, ut propterea aliqvibus abjiciendus eſſe videretur.

II. Ut hodie illuſtratus eſt Perſius, etiam à mediocriter doctis legi & intelligi poteſt. Cum vero multorum induſtria in eo interpretando verſata fuerit, præter ceteros, optime de hoc ſatyrico meruiſſe dicendus *Petrus Pithœus*, qvi *vetera Scholia* (f) utiliſſima in Perſium ex vete-

(d) P. Pithæus teſtatur in antiqvo MS. ſingulas paginas hanc inſcriptionem præ ſe tuliſſe: *Thebaidorum Perſii Satyra*, & in extremo: *Explicuit Perſii Thebaidorum Satyra feliciter*.

(e) Hinc *Severi* appellationem Perſius tulit, ut Lucilius à Juvenale dictus eſt *ardens*; Catullus *doctus* ab Ovidio, Horatius à Perſio *vafer* dicitur, Lucretius à Lucano *difficilis* Confer Bælii Lexicon in Perſio, qvem propter ſingularem carminum obſcuritatem non dubitat Latinorum Lycophronem appellare. Neqve ignotum eſt, qvod paſſim narratur de S. Hieronymo, qvi non capiens ejus tenebras, *intellecturi ignibus ille dedit*, abjectoqve libro *ſi non vis intelligi*, inqvit *non debes legi*. Minus præclare de Perſio ſentit Vavaſſor libro de ludicra dictione p. 239. ſeq.

(f) Scholia antiqva ante Pithœum ediderat Rob. Stephanus 1549. 8. Locupletiora Elias Vinetus, Pictavis 1563. 4 ſed magis ſelecta ſunt, qvæ Joſ. Scaligero Eclogario ex MSS. P Pithœus vulgavit. Neqve hæc tamen, neqve illa qvalia hodie exſtant, vel *Cornutum* vel *Probum* habent auctorem, ſed ex diverſæ ætatis & eruditionis interpretum notis ſunt conflata. Chriſtiani ſcriptoris non eſſe probat Pithœus ex iis qvæ ad ſat. 5. v. 134. leguntur. H. Ernſtius lib. 1. c. 7. Obſ. fidi codicis antiqvi Mediolanenſis tribuere ea non dubitat *Helenio Acroni*, qvod nec Vincentio Placcio τῷ μακαρίτῃ improbabile videtur p. 179. catalogi Pſeudonymorum. At longe abeſt, ut credam viris doctis in mentem veniſſe integra & ſin

veteri codice cum notis suis publicavit Paris. 584. Heidelb. 1590. 8. 1610. 8. tum *Isaacus Casaubonus*, cujus eruditiss. atqve uti Josepho Scaligero videbatur divinus commentarius, additis antiqvis scholiis vulgatus est Paris. 1605. 615. & auctior Londini 1647. 8.

Ex cæteris Persii editionibus hæ mihi innoruerunt:

Daventriensis A. 1482. fol.

Venetæ 1482. per Magistrum Renaldum de Novimagio Teutonicum, & 1494. fol. cum commentar. *Jo. Britannici* & *Barthol. Fontii.*

Brixiensis A. 1486. fol. cum commentario *Domiti Calderini.*

Pantalycii circa A. C. 1472. clari commentarius in Persium Francisco Mariæ Episcopo Viterbiensi dicatus, nescio an editus, memoratur à Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 68.

Aldina A. 1501. 8. cum Juvenali.

Persius cum notis *Badii*, Britannici &c. Paris. 1523. fol.

Paris. ap. Sim. Colineum. Lugd. 1528. 8.

Cum scholiis *Joannis Murmelii* Ruremundani & *Herm. Buschii*, Paris. 1531. & 1538. 4. apud Christian. Wechel. & Magdeb. 1537.

Lugd.

nceri Acronis in Persium commentaria scholiis illis contieri. Janus Parrhasius p. 15. Epist. ait se alios genuinos *robi* commentarios in primam Persii satyram manu exaratos legisse longe majori cura ac ingenio compositos. Alia scholia vetera in Persium profert Barthius lib. 56. cap. 2. & lib. 11. cap. 27. Adversar.

Lugd. 1534. 8. apud Gryph.
Parif. apud Rob. Steph 1544. 8.
Bafileæ 1551. fol. cum notis Badii, Britannici, Murmelii, *L. Joannis Scoppæ*, *Jo. Baptiftæ Plautii*, *Ælii Antonii Nebriffenfis* & *Cælii Secundi Curionis*.
Perfius cum *Antonii Foqvelini* commentario. Parif. 1555. 4.
Cum Scholiis antiqvis & commentario Eliæ Vineti. Pictav. 1563. 4.
Juvenalis & Perfius cum notis *Theod. Pulmanni*. Antvv. 1565. 8.
Nicodemi Frifchlini Paraphrafis. Bafil. 1582. 4. Francof. 1596. 4.
Perfius cum notis *Vineti*, *Petri Pithœi*, *Theod. Marcilii* & *Jo. Tornupæi*. Parif. 1601. 4. apud Morell.
Cum notis & paraphrafi *Eilbardi Lubini*. Hanov. 1607. 8. & 1619.
Cum notis *Bernh. Autumni* & *Steph. Claverii*. Parif. 1607. 8.
Juvenalis & Perfius ex recenfione *Nic. Rigaltii*. Parif. 1616. 12.
Afterii Manlii in 1. & 2. Perfii Satyram Commentarii & notæ, Parmæ 1621. 4.
Juvenalis & Perfius typis Regiis nitide excufus. Parif. fol.
Perfius cum notis poftumis *Joannis Bond*. Norimb. 1625. 8. Amft. 1645. 12.
Juvenalis & Perfius cum notis *Tho. Farnabii*. Amft. 1648. 12. Francof. 1623. 8.

Per-

Persius cum paraphrasi & comentario *Dav. Wedderburni* Scoti, Abredonensis. Amst. 1664. 12.
Cum interpretatione ac notis *Josephi Juvencii* è Soc. Jesu. Rothomagi 1697. 12.

Editioni Juvenalis & Persii Friburgensi Anni 1608. 4. *Josephus Langius* indicem omnium vocabulorum adjecit, qvi deinde servatus in edit. Genev. 1612. forma minore, & à *Lud. Prateo* à qvo iidem autores in usum Delphini vulgati sunt Paris. 1684. 4. His adde editiones Juvenalis & Persii cum notis variorum Lugdunenses Batav. 1648. 1671. & utraqve meliorem eodemqve omnium verborum indice auctam Amstelodamensem A. 1684. 8. in qvibus itidem vetus scholiastes occurrit, sed aliqvando, ut in prologo statim, mancus, cum à Pithœo plenior editus fuisset, cujus annotationes qvoqve neglectas miror. Præclara deniqve editio cum Vett. scholiis integris, notis If. Casauboni &c. Lugd. Bat. 1697. 4. adjuncta Juvenali Henniniano.

De notis variorum, qvæ sunt ex doctorum commentariis à *Corn. Schrevelio* aliisqve excerptæ interpretationes, nemini ignotæ esse possunt eruditorum qverelæ, *qvibus displicent, qvi nescio qvibus agitati Bacchicis furoribus qvosvis doctorum labores in pannuceos centunculos sine nomine sine judicio sine miseratione dilacerant, & dein miserabiles suas qvisqvilias invidendo & splendido variorum titulo ostentant*, ut ait ad Juvenalem V. C. Henr. Christianus Henninius. Neqve ta-

tamen hoc æqve de omnibus promiscuè dicendum: & qvi integras doctorum notas sine modo accumulant, fortasse rem ex vero putantibus sæpe melius de autoribus notarum, vel typographis ac bibliopolis, qvam de lectoribus eadem crebrius & sæpe parum ad rem facientia inculcari ægre ferentibus meriti potuerunt videri.

Prologum Persii *Græca* Metaphrasi donavit præter Josephum Scaligerum Dionysius Petavius lib. 2. Epist. 29.

Gallice verterunt Persium Qvercetanus, Paris. 1607. 8. Marollesius ibid. 1653. 8. Sylvecanus, additis notis ibid. 1693. 12. deniqve Tarteronus de qvo infra in Juvenale.

Italica Metaphrasis à Francisco Stelluto cum commentariis edita Romæ 1630. 4.

Anglice ante paucos annos prodiit Persius ex Metaphrasi præstantissimorum poëtarum Diepneyi, Drydenii, Creechii & Congrevii cum notis & dissertatione de natura, origine ac progressu Satyræ.

Germanica Metaphrasis Jo. Samuelis Adami lu cem vidit Dresdæ 1674. 8. qvi in præf. etian prælectionum ineditarum Frid. Rappolt τȣ̃ μακαρίτȣ in Juvenalem & Persium me minit.

Hispanica Didazi Lopez Valentini. Burgis 1609. 8 Versionem qvoqve Bartholomæi Melgarej sed ineditam memorat Nic. Antonius.

III. C

III. C. SILIUS ITALICUS, ex Italica civitate Pelignorum, primum consulatum (d) Romæ gessit anno fatali Neronis Imp. eoqve honore deinde bis iterum functus est. Ciceronis & præsertim Virgilii ingens cultor, & in utroqve scribendi genere, etsi passibus non æqvis imitator, in Campania qvum morbi lentitudinem inedia prævertisset annos natus 75. decessit primis annis Trajani Imperatoris.

IV. Exstat ejus Poëma Heroicum *de bello Punico*, qvod ætate provectus (e) sub Domitiano Imp. usqve ad Scipionis Africani triumphum descripsit *libris XVII*. Historici magis partibus functus qvam Poëtæ ingenio suo indulgentis, unde majori cura qvam ingenio scripsisse affirmat Plinius junior lib. 3. Epist. Inventum est Silii Poëma à Poggio Florentino in turri qvadam, una cum aliis libris, durante Concilio Constantiensi, ut ex Ugolini Verini Florentiæ illustratæ libro 2. notat Colomesius ad Gyraldi dialog. IV. de Historia Poëtar. p. 240. & ante Colomesium Vossius p. 550. de Hist. latin.

Quin etiam solers (Poggius) *Germanis eruit antris*
In latium altiloqui divina volumina Sili.

Alius Codex antiqvus, de qvo Philippus Rossius in libro, cui titulus: ritratto di Roma antica

(d) Vide Plin. Epist. III. 7. *Est res rara quidem, Poëta Consul*, inqvit Jac. Duportus de Silio scribens p. 264. poëmatum.
(e) Martial. VII. 62.

p. 83. ubi de Bibliotheca Vaticana: *Fù portato di Spagna il libro del Silio Italico con l' imagine di Anibale, il quale hoggi si ritrova nella predetta libraria.* Versus octoginta lib. VIII. 143. seq. primus è vetusto codice restituit Franciscus Asulanus.

V. Post editionem principem Romanam (f) A. 1471. fol. per Conradum Schvveinheim & Arnoldum Pannarz, secutasqve Parmensem a Mediolanensem ex castigatione *Domitii Calderini*, Silius cum *Petri Marsi* commentariis prodiit Venet. 1483. 1492. fol. & Paris. 1612. &c ibid. 1531. 8. cum argumentis scholiisqv *Herm. Buschii*, & Basil. 1543. 8. Lugd. 1547. 12 Multa qvoqve in Silio emendarunt illustra runtqve *Franciscus Modius* in novantiqvis lectionibus, *Caspar Barthius* (g) in Adversar. *Daniel Heinsius* in Crepundiis Silianis, editior Raphelengianæ, Lugd. Bat. 1600. 12. ad codicis Modiani fidem recensitæ subjectis & separatim Cantabrigæ 1646. 12. recusis, qvorum nec virum puduit: & præclarus *Jo. Fri Gronovius* in libris Observationum. Hau contemnenda deinde hujus Poëtæ editio curata est à *Claudio Dausquejo*, cujus commentariis eruditis illustratus lucem adspexit Pari. 1618. 4 qvamvis non semper optimam amplexus est lectionem, & in Modium, Heinsium

(f) Hallevord. p. 373. Bibl. curiosæ, Beughem. incuna typograph. p. 126.

(g) Confer Crenii animadverſ. Philolog. XI. p. 14.

ſiumqve invehitur iis qvandoqve in locis, ubi ſeqvi eos ſatius fuerat. Deniqve *Chriſtophorus Cellarius ὁ μακαρίτης* Silium de integro recenſuit, notis ſuccinctis, tabulis Geographicis & indicibus illuſtravit, uſus etiam Nic. Heinſii codice qvem à Frid. Benedicto Carpzovio, viro ad juvandas litteras nato acceperat, Lipſiæ 1695. 12. *Nicolaï* qvoqve *Heinſii* notas in Silium audio jam in lucem proferendas eſſe à nobiliſſimo Drakenburgio.

Cum Virgilio Silium contulit integro libro I. Virgilii triumphantis Alexander Roſſæus, uti ſecundo Lucanum.

CAPUT XIII.

DE PLINIO Majore, Julio SOLINO & Plinio Valeriano.

Plinii Majoris ætas. 1. Scripta deperdita. 2. Hiſtoriæ naturalis libri. 3. Editiones. 4. Ætas Solini. 5. Ejus Polyhiſtor. 6. Ponticon fragmentum. 7. Plinius Valerianus. 8.

I. C. PLINIUS SECUNDUS Veronenſis (a) natus ſub Tiberio: ſub Veſpaſiano varia officia publi-

(a) Benedictus Jovius Novocomenſis Novocomenſem eſſe Plinium contendit ex veteri Inſcriptione, in qva tamen nulla Plinii, ſed tantum L. Cæcilii Secundi mentio. Vide ejus hiſtoriam Novicomi p. 213. 219. ſeq. Venet. 1629. 4. & Pauli Cigalini Novocomenſis prælectionem de patria Plinii, editioni Dalechampianæ Francof. 1608. 8. ſubjectam, qvam impugnavit Polycarpus Palermus, Veronenſis libris tribus de vera Plinii patria Verona, contra Pauli Cigalini aliorumqve ſententiam, Veronæ 1608. 4.

publica administravit, etiam Augur (b) & procurator in Hispania. Nec minus omnibus liberalibus disciplinis insigniter excultus, Epicureus dogmate non moribus, diligentia incredibili & eruditione admiranda, post elaborata plurima, immortalitate dignissima volumina, cum classem imperio regens Miseni ad Vesuvium (c) montem noscendum propius accessisset, ex caligine nubis è monte ortæ spiritu obstructo clausoqve stomacho obiit sub Tito Imp. anno ætatis LVI. Kal. Nov.

II. Scripta Plinii deperdita hæc enumerantur à Plinio Juniore III. 5. Epist. *De jaculatione equestri* liber unus. *De vita Pomponii Secundi* Veronensis, libri II. *Bellorum Germaniæ* libri XX. qvos MStos exstare Augustæ Vindelicorum, mala fide relatum Gesnero fuit. *Studiosi tres*, in sex volumina propter amplitudinem divisi, qvibus Oratorem ab incunabulis instituit ac perfecit. *Dubii sermonis* libri VIII. *A fine Aufidii Bassi* sive Historiarum ubi desiit Aufidius Bassus libri XXXI. *Electorum* commentarii CLX.

III. His ejus scriptis deperditis sola ad nos pervenit (thesaurus non liber) *Historia mundi*

(b) Secundus non tantum prænomen, sed cognomen qvoqve, ut notavit illustris Ez. Spanhemius de usu numismatum p. 522.

(c) Vide Plin. junioris Epist. VI. 16. & 20. ad Tacitum & auctorem vitæ Plinii majoris utrumqve.

di (d) *libri XXXVII.* ad Titum Vespasianum Imp. qva ex voluminibus ultra bis mille (e) scriptorum Græcorum Latinorumqve universam naturæ varietatem complecti conatus est ita, ut liber *secundus ad quintum usque* Cosmographica & Geographica perseqvatur, *septimus ad decimum* animalium naturam describat, *in decimo usque ad undevigesimum* differatur de plantis, agrorumqve cultura & hortorum, *in vigesimo ad trigesimum secundum* de medicamentis, qvæ à plantis & animalibus petuntur, deniqve *in trigesimo tertio usque ad septimum & trigesimum* de metallis atqve lapidibus, ubi etiam simul de statuariis, pictoribus &c. Liber *primus* qvem una cum præfatione suppositum Plinio & ab interpolatoribus adtextum absurde contendit meritus alioqvi de Plinio qvam optime Joannes Harduinus, Chronolog. V. T. pag. 152.

(d) Ita in qvibusdam editionibus inscribi video, cum Plinius Junior lib. 3. Epist. 5. *historiarum naturæ libros* appellat. Cæterum nihil dat amori suo, cum opus illud vocat *diffusum, eruditum, nec minus varium qvam ipsa natura*, Qvantis vero librariorum mendis jam pridem obsitum fuerit, ex his Symmachi ad Ausonium lib. I. Epist. 24. cognosces: *Si te amor habet naturalis historiæ, qvam Plinius elaboravit, en tibi libellos qvorum præsentanea copia fuit, in queis ut arbitror opulentæ eruditioni tuæ negligens veritatis librarius displicebit. Sed mihi fraudi non erit emendationis incuria, malui enim tibi probari muneris celeritate, quam alieni operis examine.*

(e) Non centum duntaxat, ut scribit Jo. Rualdus c. 8. vitæ Plutarchi.

indicis vice fungitur tam argumentorum, qvæ tractat Plinius, qvam auctorum, è qvorum scriptis profecit. Plinius (f) ipse testatur opus hoc exegisse se A.U.C. DCCCXXX (*) Tito Vespasiano sextum Consule, anno 230. post captam Carthaginem, & Corinthum, obitumqve Catonis, anno 90. post obitum Virgilii. Cum vero plurima è Græcis petierit scriptoribus, in illorum sensu asseqvendo non semper feliciter versatus fuit. *Neque vero novum est*, inqvit Josephus Scaliger, sive Yvo Villiomarus in locos controversos Rob. Titii p. 14. *Plinium in reddendo Aristotele aut Theophrasto offendere, cum sexcentis locis ho[illegible] commiserit. Quod utique non Plinii inscitiæ attribuendum, sed eorum negligentia qui excerpta ex auctoribu[s] mala fide descripta ad eum deferebant, ut in ordine[m] ab eo digererentur. Ita enim opus suum eruditissimu[m] magna ex parte composuit vir ille nunquam satis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, qui n[on] sunt Plinii sed amanuensium.* Innumera eju[s]modi observata Salmasio ad Solin. cujus Salma[s]ii videndum etiam judicium de Plinio, homo[]nymis hyles Jatricæ præmissum. Ut omitta[m] Budæi, Allatii & aliorum loca adducta à Creni[o] in limine partis VII. animadvers. qvibus i[l]lum Naturæ ut vocabat Lansius (g) Protono[]tarium hinc inde hallucinatum annotatur. Addam hæc Vignolii Marvillii, person[a]ti scriptoris T. 2. Misc. p. 48. *L' Histoire natu*[-]

re

(*) Respondet hic Anno Christi 77. vel. 78.

(f) Plin præfat & lib. XIV. sect. 3. XXVIII. sect. 3.

(g) Orat. pro Gallia p. 126.

relle de Pline est un edifice d' une parfaitement belle structure, mais dont les dedans ne sont pas toûjours assez bien meublez pour de si beaux debors. Le dessein en est magnifique, les préfaces qui en font les entreés sont tres justes, la Morale qui en est le solide, est admirable, & il y a des ornemens qu'on ne sauroit payer. Telle est la description du Rosignol dans son dixieme livre. C'est dommage que ce grand homme se soit trop appuié sur des Ecrivains peuseurs, & que ne choisissant pas assez ses lectures, il n' a pas été lui même toûjours fidele à traduire les temoignages, qu'il en a tirez.

IV. Editiones Plinii ab Harduino diligenter recensentur, qvibus nonnullas adjungam.

Prima omnium est Veronensis. A. 1468.

Hanc secuta est Romana A. 1470. qvæ manu passim notata fuit in Bibl. Marqvardi Gudii & Clariss. Schurtzfleischii industria pervenit in Bibliothecam Serenissimi Ducis Vinariensis.

Veneta 1472. fol. accurante Joanne Andrea Aleriensi in Corsica Episcopo.

Romana altera A. 1473. laudatur à Francisco Redi de generat. insectorum p. 58.

Parmensis A 1476. apud Steph. Corallum cum brevibus notis *Phil. Beroaldi* tres vix pagellas implentibus.

Tarvisina A 1479. fol.

Parmensis altera A. 1481. fol.

Veneta altera 1483. fol. per Rainaldum de No-

viomago. In Bibl. Bigotiana fuit & Veneta Anni 1486. fol. excusa in membrana.

Brixiensis An. 1498. fol. ex castigationibus (h) *Hermolai Barbari* qvæ separatim Ao. 1492. prodierant & Mediolan. 1494. fol. sæpius deinde recusæ ut Basil. 1534. 4.

Hagenoënsis ex ejusdem Barbari emendatione per Jo. Baptistam Palmarium Plinio diligentius qvam in Brixiensi editione factum applicata Anno 1518. fol. cum *Indice* Joannis Camertis, qvi prodierat separatim Viennæ Pannoniæ 1514. 4. & deinde pluribus Plinii editionibus est adjunctus.

Veneta A. 1519. fol.

Parisiensis 1524. fol. fuit in Bibl. Bigotiana.

Coloniensis 1524. 8. per *Joannem Cæsarium*, qvi 4000. errores sustulisse se testatur, typis Eucharii Cervicorni. Ejusdem Cæsarii scholia in Plinium & Oppianum de piscibus, Argent. 1534. 4.

Basileensis, Erasmi An. 1525. fol. apud Froben. Vide Erasmi Epist. XXVIII, 14. edit. Lond. qvi Gvil. Budæi, Nic. Beroaldi & Jo. Cæsarii operam in Plinio præstitam celebrat.

Petri Danesii editio A. 1533.

Basi-

(h) Huic uni plus qvam reliqvis omnibus debere Plinium ait Rolandus Maresius p. 458. Epist. Et ipse qvidem 5000. circiter crassiora se vulnera sanasse testatur. Conjecturis tamen suis & memoriæ nimium qvandoqve tribuisse, nec pauca contra fidem MSS. erudite magis qvam vere emendasse ab Harduino arguitur.

Basileensis secunda cum annotationibus *Sigismundi Gelenii* (i) A. 1535. fol.

Veneta apud Aldum 1536. 12. qvatuor volum.

Basileensis tertia An. 1539. fol. Ad hanc observationes suas direxit *Ferdinandus Pintianus*, qvi duobus MStis usus Salmanticensi & Toletano An. 1544. eximias suas observationes & castigationes in totum Plinium (excepto libro extremo) edidit recusas Antvv. 1547. 8. & Genevæ 1593. fol. cum *Beati Rhenani* castigationibus in præfationem & libros primores XIV, qvi è vestigiis Codicis manu exarati feliciter qvædam restituit. Viderant lucem hæ Rhenani observationes primum A. 1536. Idem Rhenanus A. 1531. libris rerum Germanicarum subjecit Epistolam ad Pirckhaimerum de locis Plinii per *Stephanum Aqvæum* Bituricensem allatis. Hic Aqvæus (de l' Aigve de Beauvais) Paris. A. 1530. fol. commentarium edidit in universos Plinii libros, mole magis qvam eruditione insignes, judice Harduino.

Parisiensis A. 1543. fol.

Basileensis qvarta An. 1545. fol. qvinta 1549. fol. sexta 1554. fol.

(e) Gelenium nimis ingenio suo in Plinii editione indulsisse notat A. Chevillierius de origine typographiæ Paris. p. 191. & Erasmus in Epistola ad Damianum Goësium scripsit Gelenium è MSto Codice, qvem sciolus aliqvis ex ingenio passim interpolaverat, novum qvodammodo Plinium nobis dedisse, non veterem emaculasse.

Veneta à Paulo Manutio emendata cum castigationibus Gelenii, 1559. fol.

Lugdunensis, opera Juntarum, 1561. 12.

Lugdunensis altera, 1563. fol. apud Joannem Frellonium.

Veneta 1571. fol.

Leydensis A. 1582. Petri Santandreani typis.

Lugdunensis tertia apud Honoratum ad MSS. Codices emendata ex recognitione cum castigationibus, notis & variis Lect. *Jacobi Dalechampii* Medici Cadomensis, 1587. fol. luculenta editio, recusa Colon. 1615. fol. Genev. 1631. fol.

Genevensis A. 1593. 12. & altera 1616. 12. tribus vol. cum variis Lect. Pintiani, Turnebi, Dalechampii.

Leidensis altera Elzevirii typis, è Salmasii castigationibus, accurante Joanne Laët. 1635. 12. tribus volum.

In editione Francofurtensi 1599. fol. accedunt præter notas Dalechampii & anonymi cujusdam (*Jani* fortassis (k) *Gruteri*) annotatiunculæ & Pintiani observationes, uti in altera Anni 1608. 8. *Pauli Cigalini* prælectiones de Patria, fide & auctoritate Plinii. Eædem Dalechampii notæ & Pintiani, Rhenaniqve comparent in Leidensi Anno 1669. 8. tribus volum. qvam cum suis observationibus & variorum no-

(k) Joannem Matthæum Wackerum JCtum auctorem esse conjicit Reinesius Epist. ad Hofman. p. 146.

notis adornavit *Joh. Frid. Gronovius*, qvi non paucis Plinianis insignem lucem attulit, vir ut norunt omnes, præstantissimus in hoc genere literarum. Interjecto tempore passim plurima Plinii loca emendaverat, doctissimeqve illustraverat eruditionis omnis Phosphorus & sol Claudius Salmasius in Exercitationibus Plinianis ad Solinum, qvæ Paris. An. 1629. tum nuper Trajecti ad Rhenum cum eximio auctario exercitationum de homonymis hyles Jatricæ, & de manna saccharoqve editæ sunt A. 1689. fol. Fatendum tamen tot virorum doctissimorum labores nova sua Plinii editione, reliqvorumqve omnium industriam doctrinæ & ingenii sui lumine obfuscasse *Joannem Harduinum* è Soc. Jesu, qvi Codicibus MSS. qvindecim, & editionibus qvam plurimis usus, Plinium de integro recensuit, & in usum Delphini interpretatione & notis indicibusqve lucupletissimis (utinam non qvintuplici serie exhibitis) & Commentario Alphabetico de Auctoribus à Plinio allegatis, illam Naturæ Bibliothecam luculenter illustratam vulgavit Paris. 1685. 4. qvinqve voluminibus. Eqvidem qvis non optet de Salmasio aliorumqve lucubrationibus eum non tam insolenter & indigne pronunciasse, cum passim ex illis profecerit, etiam ubi eorum nomina silentio involvit, ut aliqvot exemplis ostensum à Joh. Clerico est in Tomo qvinto (l) Bibliothecæ universalis. Omitto alia, qvæ in

(l) T. 5. p. 7. seq. adde T. 15. p. 247. T. 21. part. 2. p. 132.

in iisdem Harduini laboribus reprehendit Jacobus Gronovius, præfatione ad Parentis sui opus de sestertiis. Nihilominus plurimum semper de illa Plinii editione Harduino & debent litteræ & debebunt.

Gallice Plinium vertit Antonius Dupinetus, Lugd. 1562. 1566. fol. 2. vol. & Paris. 1608. Sensum auctoris interdum minus assecutus, notante Colomesio ad Gyrald. pag. 202. & Mottano Vayero in Hexaëmero rustico pag. 30. Merito tamen ob plura bene explicata dignissimum laude judicat Bælius pag. 2428. Lexici edit. secundæ.

Germanice prodiit Francof. 1584. fol,

Hispanice cum notis, interprete Hieronymo de Huerta, Madriti 1624. fol. 2. volum.

Italice Venet. 1603. 4. exstat in Bibl. Bodlej.

Juvat etiam per saturam paucis referre qvi partes qvasdam Pliniani operis illustrarunt. Ut *M. Antonius Sabellicus* in Centuriis duabus annotationum. *Robertus de Valle*, Rothomagensis in explanatione difficilium Plinii locorum A. 1500. 4. (exigui momenti judice Harduino.)

Nic. Leonicenus de Plinii & aliorum Medicorum erroribus de herbis, fruticibus, animalibus, metallis, serpentibus &c Basil. 1529. 4. Ejusdem Leoniceni de falsa qvarundam herbarum inscriptione in Plinio, Argent. 1536. *Pandulphi Collinutii* defensio adversus Leonicenum Pliniomastigem.

In

In Plinii Præfationem Marinus Becichemus Scodrensis Paris. A. 1519. Nic. Perottus ad calcem Cornu Copiæ, Philippus Melanchthon T. 2. declamat. p. 192. seq. Martinus de Figveredo, Olyssipone 1529. fol.

Adrianus Turnebus qvi notas suas *Guil. Pellicerio* (m) Montispessulani Episcopo debere se fatetur, & Leodegarius à Qvercu, Heidelberg. 1600. 8. Cornelius Vitellius & qvos Harduinus sibi haud visos memorat L. Antonius Flaminius atqve Antonius Ferrariensis.

In librum I. & II. Francisci de Villabolos glossa naturalis, Compluti 1524. fol.

In librum II. Georgius Valla, Venet. 1502. 4. Jac. Zieglerus, Collinutius & Vadianus, Basil. 1531. 4. Jacobus Milichius, Witteb. 1534. 4. Francof. 1563. 4. Lips. 1573. 4. Rudolphus Goclenius, Marpurg. 1612. 12.

In librum VII. Guglingerus, Cracov. 1526. 4.

In locum Plinii VII. 50. ubi mortis per sapientiam (n) mentio, scripsere Alciatus II. 60 parerg. Mercurial. VI. 20. Var. lect. Bisciola [illegible] XVIII.

(m) Hujus Pellicerii notis in Plinium MSS. usum se fuisse Harduinus testatur. Similiter ineditæ alicubi delitescunt in Plinium notæ Antonii Nebrissensis, Jo. Andreæ Stranæi, Petri Ciacconii, Christophori Longolii, & fortasse Francisci Calvi. Vide animadversiones philologicas Thomæ Crenii T. 7. p. 12. & 207. seq. D. de Aylva (fortasse de Sylva, inqvit Harduinus) Medici Frisii commentarios in Plin. laudat Muntingius.

(n) Verba Plinii sunt: *Atqve etiam morbus est aliqvis per sapientiam mori.*

XVIII. 12. hor. ſubceſiv. Cerda ad Georg. Virgilii IV, 260. Eduardes Fernandez, Joannes de Luna Vega, Franciſcus Ximenez Gvillen, & Jo. Pineda, Jo. Beverovicius qvæſt. Epiſtol. p. 23. 27. 66. 69. 78. & Wedelius Centur. I. diſſ. Medico Philolog. X. 10.

In librum IX. Franciſcus Maſſarius, Venetus, Baſil. 1537. 4. Pariſ. 1542. 4.

In libri XXX. cap. I. & II. commentarius argutiſſimi ſcriptoris, complectens Magiæ naturalis rationem, Wurtzburg. 1548. 4. Fuit in Bibliotheca Petri Francii V. C.

Nic. Maroneæ Commentarius in Plinium & Dioſcoridem de amomo. Baſil. 1608. 4.

Melch. Gvillandi in aliqvot capita Plinii lib. XIII. (de papyro) Venet. 1572. 4. Lauſannæ 1576. 4. Joſephus Scaliger contra Gvilandinum, in ſcriptis ejus poſtumis, Pariſ. 1610. 4.

Prætereo viros doctos qvorum ſcriptis obiter paſſim Plinii loca illuſtrantur, ut ſunt Julius Cæſar Scaliger, Budæus, Turnebus, Voſſius in Theologia gentili: ne dicam de Georgio Valla, Volaterrano &c.

Digvili Grammatici excerpta MSS. ex Solino & Plinio in membranis exſtantia evolvit Salmaſius.

Epitome Plinii à *Rainaldo* qvodam compoſita Oxoniæ in Bibl. Collegii Balliolenſis M$\bar{S}$ta aſſervatur teſte Voſſio de Hiſt. lat. Sed in Catalogo MSS. Anglicæ Anno 1697. fol. edito nullam potui ejus mentionem reperire, vi-

de c

deo tamen memorari *Plinium de temporibus*, & *scriptum* nescio qvod commentitium *de lapide philosophico* sub Plinii nomine, qvod Anglico idiomate bis occurrit in Bibl. Bodlejana.

V. C. JULIUS SOLINUS Grammaticus, Patria ut videtur Romanus, hoc loco à nobis memoratur; qvia fuerunt, qvi Plinio (o) antiqviorem & ad Augusti tempora referendum existimarent, & qvia plurima qvæ habet, petiit ex Pliniano opere. Cæterum ducentis ferme annis Pliniano junior, si audimus Salmasium p. 839. ad Solin. ubi Alexandro Mammææ longe posteriorem fuisse contendit. Post Vespasianos vixisse ex cap. 29. est perspicuum, ad qvem locum confer qvæ idem Salmasius notat p. 271. novæ edit. & in prolegomenis. Henricus qvidem Valesius ad excerpta Peiresciana p. 105. haud diversum esse putat à Julio Solino sive Solone (nam Xiphilinus & Zonaras Ἰέλιον Σόλωνα appellant) Senatore Rom. qvem interfecit Alex. Severus. Confer Tillemontium T. 3. Hist. Imperatorum p. 141. seq. & H. Dodvvellum appendice ad diss. Cyprianic. §. 15. qvi Censorino æqvalem facit. E veteribus nemo Solinum laudat ante S. Hieronymum. Ab eo tempore Ammianum Marcellinum multa è Solino mutuatum,

(o) Vide Jac. Thomasium §. 543. de plagio, & Vossium lib. 3. de hist. latinis p. 720. 721. ubi etiam inter alia docet, Solini Polyhistorem ante 600. annos à monacho redditum esse versibus heroicis, idqve carmen superesse MS.

tum, ejusqve ſententias ac locutiones freqventer ſcriptis ſuis inſeruiſſe notavit Jacobus Gaddius T. I. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 27.

VI. Exſtant utcunqve ab eo digeſta *collectanea rerum memorabilium*, ſive uti in ſecunda ἐκδόσει ab ipſo Solino vulgata inſcribitur, *Polyhiſtor* ad (p) Adventum amicum ſuum, capitibus 57. qvorum index ab auctore præfixus occurrit in editione præſtantiſſima, qvam cum locupletiſſimis & diffuſæ eruditionis commentariis exercitationum Plinianarum titulo inſignitis (q) *Salmaſium* in lucem emiſiſſe, paulo ante dixi. In præſenti tantum notare juvat eum p. 33. & alibi loca qvædam proferre è Monacho, qvi ante ſexcentos plus minus annos Solinum reddidit verſibus Hexametris.

Ante Salmaſianam variæ editiones Solini prodierunt, qvarum optimam *Eliæ Vineti*, ut *Martini Antonii Delrionis* peſſimam eſſe judicabat idem vir maximus. Solinus Vineti prodiit Pictavis 1554. 4. Henricus autem Stephanus Solinum cum Delrionis emendationibus Antvverp. 1572. 8. editis ſubjecit Dionyſio periegetæ, Euſtathianis Scholiis, Pomponio Melæ Johannis Olivarii annotationibus, & Coſmographo

(p) Hic in antiqvioribus editionibus perperam vocatur *Antius* pro qvo *Antium* vel *Avitum* reponebat Delrio. Ineptius Jacobus Philippus Bergomenſis legit *Auguſtum*, qvi ei fons erroris de Solini ætate.

(q) Salmaſio è Galliis Lugdunum Batavorum ingreſſo, P. Scriverius dixiſſe fertur; *Salve ſal & ſol Solini*.

pho, qvi sub Æthici nomine ambulat, Jos. Simleri notis illustrato. A. 1577. 4. Nec contennendi *Joh. Camertis* commentarii Solino adjuncti Basileæ A. 1557. fol. ut omittam qvæ *Jacobus Grasserus* Paris. & Genev. 1605. 8. & *Georg. Draudius* Francof. 1603. 4. adjunxerunt. In mille sectiones dispescuit & utilissimo indice Solinum ornavit *Andreas Reyherus*, Gothæ 1665, 8. Antiqviores editiones sunt Veneta 1473. fol. Parmensis 1480. fol. Colon. 1520. 4. &c.

VII. Carmine qvoqve valuisse Solinum patet ex *fragmento* (r) *Ponticon*, qvod in Appendice Virgilii, & inter Poëmata vetera vulgata a Petro Pithœo, & emendatius in Salmasii prolegomenis legitur.

VIII. Juvat etiam hoc loco meminisse PLINII VALERIANI, Medici Empirici, ex majoris Plinii libris itidem pleraqve mutuati, qvem ex vetustis aliqvot inscriptionibus Comensem patria fuisse viri docti colligunt.

Scripsit, ut par est credere non paucis annis post alterum illum sibi cognominem, ante Constantini Magni tamen tempora, qvi una cum Majore Plinio veteribus Medicinæ artis auctoribus a Marcello Empirico accensetur. A Christiano nomine alienum fuisse, ei qvi leget verisimile videbitur, etsi aliter visum

Dd Rei-

(r) In illo heroico carmine πόντια *aqvoreas catervas* ve pisces & animalia maris descripserat Solinus, imitatus Halievtica Ovidii. Sed vix primi 22. versus supersunt, etsi Barthius p. 1990. Adversariorum, illum neget unqvam reliqva absolvisse.

Reinesio pag. 181. Var. Lect. qvod ipse refelli p. 388. & in defensione p. 137.

Exstant sub ejus nomine *de re Medica Libri V* Romæ 1509. qva sola editione usus est Barthius in Adversariis, bene multis emendationibus & conjecturis parciturus, si integrum ei fuisset inspicere etiam Basileensem, qvam cum Sorani Isagoge, Oribasii fragmento latine verso, Apulejo de herbis & Musæ de betonica libello vulgavit Albanus Torinus, Vitodurensis A. 1528. fol. In illa enim infiniti errores sublati sunt ex MS. Ab eo tempore editum Plinium didici Argentorati 1533. fol cum Physica Hildegardis, Theodori Diæta Æsculapio de morborum causis &c. tum Venetiis apud Aldum Anno 1547. & Basileæ 1549 fol. inter alios medicos antiqvos. Sed ego solam adhibui editionem Torinianam.

Sunt qvi totum hoc εὐποϱίϛων, uti qvidam inscribunt, hoc est *facile parabilium medicamentorum* opus ex libris Historiæ naturalis Plinii Secundi conflatum existimant, inspersis interjecto tempore per imperitas manus non pauci Plinio indignis. Qva de re plura dixi in Centuria Plagiariorum Anno 1689. Lipsiæ vulgat numero 76. ubi de hoc Plinio Valeriano ful egi, Reinesiiqve & aliorum doctorum hominum de eo sententias expendi, sed & indicem scriptorum qvos allegat, vel eorum, qvorum medicamenta memorat, adjeci.

Epistola his libris præfixa, etiam Marcelli Empiri

irici libro de Medicamentis, una cum epiſtois aliorum medicorum præmittitur *ſub nomine Plinii Secundi ad amicos, de Medicina.* Sed in exiguo licet Epiſtolio, ſi cum Plinii Valeriani editionibus comparetur, aliqvam multas licebit ectionum diverſitates deprehendere.

Librum Plinii *de febribus* in opere Veneto de ebribus excuſum, ex eodem Valeriani voluinine pentateucho, de qvo hactenus dixi, xcerptum eſſe apparet.

CAPUT XIV.

DE VALERIO FLACCO.

Valerii Flacci ætas. 1. *Argonautica.* 2. *Supplementa Pii.* 3. *Editiones.* 4.

I. C. VALERIUS (a) FACCUS *Setinus* (b) *Bal-*

(a) Alius L. Valerius Flaccus Conſul de qvo Begerus T. . theſauri Brandenburgici p. 591. Nam poëtam noſtrum Conſulem haud fuiſſe recte docet Barthius adverſus Carrion. uit & Valerius Flaccus qvidam Viterbienſis, Medicus Sixti V. Pontificis, æqvalis Raph. Volaterrani, qvi eum laudat ib. 21. commentar. Urban.

(b) E Setia Campaniæ urbe, etſi alii & verius fortaſſe maint fuiſſe Patavinum, qva in urbe etiam oſſa ejus condita ſſe memorant. Certe domicilio Patavinus fuit, unde *ſpes & lumnus Antenorei laris* vocatur Martiali lib. 1. Epigr. 77. onfer lib. 1. Epigr. 62. ubi Patavium *Apona tellus* dicitur b *Apono fonte Antenorea vitam qvi porrigit urbi*, ut ait Claudianus. Eſt & ad Flaccum Epigramma Martialis 49. libri IV.

Balbus, Poëta non ignobilis, atqve inter latinos uno fortaſſis minor Marone, ſub Veſpaſianis floruit, paupereqve ſorte uſus, admodum juvenis Patavii deceſſit, Qvintiliano ejus obitum lugente his verbis: *Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus*. lib. 10. cap. 1. Inſt. Orat. Deceſſiſſe videtur ſub Domitiano poſt annum CHRISTI 88. ut notatum Clariſſimo Dodwello in Annalibus Qvintilianeis.

II. *Exſtant Argonauticon ad Flavium Veſpaſianum libri ſeptem, & octavi pars*, carmine Heroico, qvod Flaccus *Apollonium* Rhodium imitatus non invito Apolline ſcripſit, ſed per præmatura fata abſolvere non potuit, vel certe integrum ad nos pervenire tempus non permiſit.

Libros I. II. III. & partem qvarti *Poggio Florentino* debemus, ut cognoſcere eſt e codice Laurentii Pignorii, in qvo hæc legi refert Voſſius p. 550. de Hiſt. lat. *C. Valerii Flacci Argonauticon. Hoc fragmentum repertum eſt in monaſterio*

IV, ad qvod confer Voſſ. Inſtitutt. Poëtic. lib. 3. c. 20. §. 10. Porro Argonautica Flacci perſtringi à Juvenale Sat. 1. v. 10. ſq. notavit Parrhaſius Epiſt. 2. At *Varronis* Atacini Argonautica intelligit Statius 2. Silvar.

Cedet Muſa rudis ferocis Enni
Et docti furor arduus Lucreti
Et qvi per freta duxit Argonautas.

Græcos Argonauticon ſcriptores retuli lib. III. Bibl. Græcæ cap. 21, Latini præter Varronem & Flaccum ſunt *L. Accius* cujus ſex verſus proferuntur à Priſciano de metris Comicis & *Catullus* Epithalam. 65.

rio S Galli prope Constantiam XX. millibus passuum, una cum parte Q. Asconii Pediani. Deus concedat alteri ut utrumque opus reperiat perfectum, nos quod potuimus egimus.

Poggius Florentinus.

III. Libri octavi partem posteriorem nonumqve ac decimum librum ex qvarto Apollonii supplevit *Joannes Baptista Pius* Bononiensis, qvæ ejus supplementa in editione Flacci cum Pii non inscitis, ut vocat Heinsius, commentationibus Paris. 1519. fol. in Aldina (c) 1523. 8. Lugdunensi An. 1548. 12 & aliis qvibusdam subjecta, perperam velut Valerii Flacci versus à nonnullis laudantur, ut à Joanne Harungo T. 2. facis Artium Gruterianæ p. 684.

IV. Ceterum de hoc poëta edito primum Bononiæ A. 1474. & deinde ex Ascensii officina Parisiis 1512. præter Pium (ne de *Ægidio Maserio* dicam cujus commentarii simul excusi Paris. 1519. fol.) & *Philippum Engentinum*, ex cujus emendatione prodiit Argent. 1525. 8. & Paris. 1532. 8. optime promeritus est *Lud. Carrio*, qvi cum castigationibus & notis edidit Antwerp. 1565. 8. apud Plantin. insigni MSto Codice usus, licet qvandoqve plus æqvo confisus membranis suis, scripturam amplexus est vulgata, ut notatum Heinsio, deteriorem. Exstat & secunda Carrionis editio 1566. forma minore, in qva nonnulla ad suum ut ait codicem mutavit. Pro-

 diit

(c) Hujus editionis curatorem nimis ingenio ac conjecturis suis indulsisse qveritur Nic. Heinsius.

diit ab eo tempore Flaccus Lugd. 1604 & Coloniæ Allobrogum 1617. 8. cum notis Carrionis, *Andreæ Schotti*, & *Laur. Balbi* Lilienſis Hiſpani. Hinc Lipſienſis editio commemoranda Anno 1630. 8. in qva præter notas Carrionis, & emendationes *M. Antonii Sabellici* (*) occurrunt notæ (d) *Lamperti Alardi*, *Chriſtophori Bulæi* & *Joh. Weitzii*, tum index omnium vocabulorum ab eodem Alardo concinnatus. Etiam locis qvibusdam Valerii lucem affudit Andreas Schottus in Obſervatt. humanarum libris, Giſanius ad Lucret. Caſpar Barthius in Adverſ. &c. qvi incredibilibus laudibus hunc Poëtam effert, ſed ejus obſervationes uti aliorum qvoqve, Alardi notis ſunt inſertæ. Deniqve *Nicolaus Heinſius* Flaccum ad MSS. Codices a ſe emendatum edidit Amſt. 1680. 12. nota qvoqve additurus, qvæ tum morte bibliopolæ ſuppreſſæ ſunt. Earum ſpem deinde fecit Grævius ad Flori lib. I. cap. 16. qvæ editæ tandem ſunt in noviſſima Flaccii editione Trajectina Anno 1701. 12. curante V. C. *Petro Burmanno*. Prætereo Francofurtenſem Anni 1698. 8. qvæ Pariſios natales mentitur. *Michael* qvoqve *Piccartus* commentarium in Flaccum molitus fuit, ut ex Jani Gebhardi litteris ineditis patet apud Rudolphum Martinum Mehlführerum in acceſſ. ad Clariſſ. Almeloveenii

(*) Confer Sabellici Ennead. Lib. V.

(d) Siniſtrum de his judicium Barthii ad Statium T. 3. p. 1256. Jani Brouckhuſii ad Propertium p. 108. P. Burmanni præf. ad Flaccum.

nii Bibl. promissam & latentem pag. 83. Et nuper admodum vir præstantissimus *Jo. Ulricus Meurerus.*

CAPUT XV.

DE M. FABIO QVINTILIANO.

Qvintiliani ætas. 1 *Libri XII. Institutionum Oratoriarum.* 2. *Libri duo artis Rhetoricæ deperditi.* 3. *Institutionum laus & editiones.* 4. *Declamatianes minores.* 6. *Dialogus de Oratoribus, num Qvintiliani?* 7. *De Calpurnio Flacco. ibid.*

I. M. FABIUS QVINTILIANUS (a) ex Tarraconensis Hispaniæ oppido Calaguri, post Neronis necem adolescens admodum à Galba Romam perductus, postqvam cum magna glo-

 ria

(a) In monumentis antiqvis legitur Qvinctilianus, perinde ut Qvinctus, Qvinctius, Qvinctilis &c. Sed vulgatum scribendi usum prætuli. Prætuli etiam vulgarem de patria Fabii sententiam, licet auctori vitæ visus est fuisse Romanus. Sane Hieronymus in Vigilantium: *Iste caupo Calagurritanus & in perversum propter nomen viculi mutus Qvintilianus miscet aqvam vino.* Ausonius: *Adserat usqve licet Fabium Calagurris alumnum.* Idem Hieron. & Cassiodorus in Chron. *Qvintilianus ex Hispania Calagurritanus, primus Romæ scholam publicam & salarium è fisco accepit.* Centena scilicet sestertia ut è Svetonii Vespasiano cap. 18. colligitur. Confer Cresollii theatrum Rhetorum IV. 3. & de Qvintiliano Nic. Antonium in Bibliotheca veteri Hispana, Bælii dictionarium editionis secundæ & clariss. Dodwelli Annales Qvintilianeos. Oxon. 1698. 8. Alius Qvintilianus (nostri fortassis pater vel avus) de qvo Seneca pater in controversiis.

ria in foro (b) versatus fuisset, in publico Gymnasio Rhetorica juventutem docuit per annos viginti (c) qvibus elapsis otium & qvietem studiis suis circa A. C. 88. impetrans sub Domitiano scripsit, cui adulatur X. 1. & qvi sororis suæ nepotum ei delegaverat curam, fortasse etiam Consulem (d) Flavio Clementi, cujus liberos itidem instituerat, commendanti surrogavit.

II. Exstant *libri XII.* (e) *de Oratoria institutione*, ad Marcellum (f) Victorium, amicum suum, qvibus *Epistola ad Tryphonem* (g) *Bibliopolam*, qvi editionem maturari postularat, præmittitur. Hoc opus Fabius in futuros usus filii sui paraverat,

Qvintil. lib. 2. c. 12. Institut. *Nos qvando & præcipiendi munus etiam pridem deprecati sumus, & in foro qvoqve dicendi, qvia honestissimum finem putabamus desinere cum desideraremur.* Hinc *gloria Romanæ togæ* dicitur Martiali II. 9.

(c) Vide procem. libri I. sub init. Ex discipulis Qvintiliani illustribus fuere C. Cælius Orator & Plinius junior qvi eum modicis facultatibus fuisse testatur VI. 32. Epist.

(d) Ausonius in gratiarum act. p. 713. Confer Juvenal. VII. 188. seq.

(e) In Bibl. Gesneriana Simleri & in Bibl. curiosa Hallervordi perperam sedecim libri memorantur. Hos Fabii libros duodecim Hilarium in opere de Trinitate & stylo imitatum esse & numero, testatur Hieronymus Epist. 84. ad Magnum Oratorem, & ad Pammach. de optimo genero Interpretandi.

(f) Fallitur auctor vitæ, qvi hunc Marcellum confundit cum filio Qvintiliani, cujus decennis obitum deplorat præf. ad librum VI.

(g) Mentio hujus Tryphonis apud Martialem IV. 73. XIII. 3.

verat, ſed hic eo nondum dimidio abſoluto decennis obiit, qvod incredibiliter dolet pater in præfatione ad librum ſextum.

Hos libros primus è Monaſterio S. Galli eruit (cui octo Orationes Ciceronis, libri de finibus & legibus, aliaqve ſcripta præſtantiſſima veterum ut Aſconius Pedianus, Valerius Flaccus & Frontinus de Aqvæductibus, lucem debent) Poggius Florentinus (h), incredibili eruditorum, Leonardi præſertim Aretini gaudio.

(h) Jovius auctor eſt Qvintilianum à Poggio repertum in ſalſamentarii officina. Hinc Naudæus in conſilio de inſtruenda Bibliotheca p. 118. Pinelli & aliorum exemplo ſvadet perreptare tabernas bibliopegorum, aliorumqve qvi antiqvas chartas & membranas vendunt, vel iis ad artis ſuæ uſus utuntur. *Et à la verité nous devrions eſtre bien excitez à cette recherche par exemple de Poggius qvi trouva le Quintilien ſur le comptoir d' un Chaircutier, pendant qu'il eſtoit au Concile de Conſtance, comme auſſi par celui de Papyre Maſſon qui rencontra l' Agobardus chez un relieur, qui en vouloit endoſſer ſes livres, & de l' Aſconius, qvi nous a eſté donné par ſemblable rencontre.* Qvintilianum à Poggio repertum teſtatur etiam Ugolinus Verinus lib. 2. de viris illuſtribus Urbis Florentinæ,

Qvin etiam ſollers Germanis eruit antris
In latium altiloqvi divina volumina Sili,
Integer Orator nobis Fabiusqve relatus.

Per Oratorem intellige Ciceronem, cujus libros de finibus & de legibus à ſe deſcriptos in Italiam primus attulit, ut ex Jovio notat Voſſius p. 550. de Hiſt. latinis. Vide & Platinam in vita Nicolai V. Menagiana T. 2. p. 97. Menagii Anti Bailletum c. 12. Mabillonium T. 1. Muſei Ital. p. 211. Alii antiqvi Codices MSS. Inſtitutionum Qvintiliani præter illum à Poggio inventum memorantur à Matthæo Larroqvano in nova actione adverſus Varillaſium, Gallice edita præfat. Confer Baelii Lex. in *Qvintilien* nota (G.).

III. In prooemio testatur Qvintilianus se eo magis hoc opus institutionum ad summam perducere destinasse, qvod *duo* jam sub nomine ipsius *libri* ferebantur *artis Rhetoricæ*, neqve editi ab auctore, neqve in hoc comparati ut ederentur. *Namque alterum,* inqvit, *sermone per biduum habito pueri quibus id præstabatur exceperunt, alterum pluribus sane diebus, quantum notando consequi poterant, interceptum boni juvenes sed nimium amantes mei, temerario editionis honore vulgaverant.*

IV. His binis libris deperditis bene est, qvod ætatem tulerunt pulchri illi institutionum libri, qvibus accuratissime Fabius & copiosissime futurum oratorem instruit, non præcepta tantum proponens, verum etiam (i) elementa, progressum, rationem, usum, exercitationem po-

(i) Erasmus in Ciceroniano p. 91. cui adde hæc Rapini Observatt. de Eloqventia: *Qvintilien prend celui qv'il destine à l'eloqvence dés le berceau & d'entre les bras de sa nourrice pour l'elever à l'etude de cet art & pour le mener pas a pas par tous les degrez des sciences qv'il y croit necessaires. Dans* le premier *livre il luy choisit un precepteur domestiqv, pour luy former la langve par les premiers elemens de la pronunciation de la Grammaire. Il le mene dans* second *livre aux ecoles publiqves, pour y étudier la Rhetoriqve, dont il luy expliqve la nature & les parties qvi ont rapport à cet art: au* troisimie *livre il dévéloppe ce qvi regarde l'elocution, & dans les* qvatre *livres* svivans: *dans le* septieme *il enseigne ce qvi appartient à la disposition & à l'œconomie du discours, qv'il continue de traitter dans le* huitieme, neuvieme, dixieme & onzieme. *Et dans le* doucieme *il decrit tout ce qvi appartient à la personne de l'Orateur, pour luy former le coeur & l'esprit, & dont il fait un fort honneste homme.*

ponens ante oculos, non paucis adjectis qvæ Cicero vel prætermisit vel obiter attigit. Qvod genus sunt de ratione concitandorum affectuum, de generibus & usu sententiarum, de modis amplificandi, de inventione propositionum, de partiendis iisdem ac digerendis, de transmigratione ac concursu statuum, de modo legendi, imitandi, scribendi. Et D. Lutheri (k) nostri judicio *Quintilianus unus est qui optimos reddit adolescentes, imo viros. Hunc unum rogo ante omnia ne derelinquas — — — Ego prorsus Quintilianum fere omnibus auctoribus præfero, qui simul & instituit, simul quoque eloquentiam monstrat, id est verbo & re docet quam felicissime.*

Non puto exstare editionem Qvintiliani antiqviorem Veneta A. 1471. apud Nic. Jenson Gallicum. Hanc exceperunt Tarvisina 1482. Veneta altera 1493. & Romana 1496.

Aldinæ 1514. 4. 1521. 4. 1526. 8.

Paris. 1516. fol. cum notis *Raph. Regii* (l) *Georg. Merulæ* & *Jo. Badii.*

Coloniensis 1521. fol. 1528. 8. & 1534. 8. cum notis *Jo. Sichardi*, *Joachimi* item *Camerarii* qvi in duos libros primores scripsit, & aliorum.

Basileensis 1529. fol. altera apud Rob. Winterum,

(k) Epist. ad Georginm Spalatinum inter eas qvas Rev. Joannes Franciscus Buddeus primus edidit. p. 8.

(l) Hunc Raph. Regium cum Volaterrano eundem facit Vossius p. 673. de Hist. latinis. Male ni fallor.

rum, 4. tertia 1548. 8. qvarta 1555. qvinta 1568. 8. cum iisdem notis.

Lugdunenses Gryphianæ 1534. 8. & 1536. 8. & 1549. 8. Idem Gryphius castigationes & notas *Gvil. Philandri* excudit 1536. 8. qvæ lucem viderunt etiam Basil. 1586. 8.

Parisiensis 1531. & 1536. cum notis *Petri Mosellani* & Raph. Regii, apud Ascensium fol.

Parisiensis tertia Rob. Stephani 1542. 4.

Parisiensis qvarta cum præfatione Angeli Politiani, notisqve *Petri Gallandii, Petri Mosellani, Antonini Pini & Joachimi Camerarii*, 1549. fol. Mosellani notæ editæ sunt etiam Lugd. à Gryphio 1541. 8.

Lugdunenses 1575. 1580. 8.

Commentarii *Hadriani Turnebi*, præterito auctoris nomine editi Paris. 1556. 4.

In Qvintiliani Institutionum librum decimum notæ *Melanchthonis, Jo. Velcurionis, Jo. Stigelii & Casp. Landfidelii* per Stephanum Riccium, Lipsiæ 1570. 8.

Genevenses Qvintiliani editiones A. 1625. 1637. & 1641. 8.

Francofurtensis, cum notis *Danielis Parei* 1629. 8.

Londinensis 1662. 8. cum notis ejusd. Parei.

Hackiana editio cum notis Variorum (m) Lugdun. Bat. 1565. 8. duobus vol.

Pauli Colomesii breves notæ in libros Institutionum, sæpius editæ inter ejus opuscula, Paris. & in Belgio, 12.

Insti-

(m) Hanc recenseo infra §. ult. hujus capitis.

Institutiones ad MSS. Codices Cantabrig. & Bodlej. castigatæ cura *Edmundi Gibson* V. C. Oxonii è theatro Scheldoniano A. 1693. 4. In hac editione subjicitur Qvintiliani declamatio ante inedita qvæ inscribitur *Tribunus Marianus.*

Editio Qvintiliani luculenta Argentoratensis ad MSS. & ex ingenio illustris viri *Ulrici Obrechti* (non diu post A. 1701 defuncti) emendata A. 1698. 4. duobus vol.

Gallice institutiones Fabii vertit Nicolius & Pureus (Mr. Nicolle le Pere, & Mr. l'Abbê de Pure.) Hujus posterioris translatio lucem vidit Paris. 1663. 4. *Italice* reddidit Horatius Tuscanella. Venet. 1566. 4.

Nescio qvalis sit *vetus Qvintiliani interpres* laudatus viris doctis ad Svetonii Neronem cap. 22. *Epitome* Institutionum Qvintiliani à Jona Philologo confecta, editaqve est Paris. 1548. 8. & altera Vergerio auctore ibid. 1554. 8.

Qvi in Schola Tigurina dicendi artem olim publice professus est Joannes Jacobus Ammianus, in enarrandis Qvintiliani Institutionibus septem ipsos annos absumsit, ex qvo deinde per ludibrium vulgo *Septilianus* à litterarum studiosis est appellatus, ut ex Melandri jocoseriis refert Matthias Berneggerus præf. ad Observationes Miscell.

Novam Qvintiliani editionem molitur Clarissimus Rollinus, Professor Bellovacensis, ut didi-

didici ex Novellis Reip. litterariæ A. 1702. T. 2. pag. 355.

V. Præterea Qvintiliani nomine feruntur argumenti ficti *breviores declamationes* CXLV. qvæ ex CCCLXXXVIII. ſupereſſe dicuntur. Harum CXXXVI. primus edidit *Tadeus Ugoletus* Parmæ 1494. & Pariſ. apud Joannem Parvum 1509. Emendavit deinde & notis è jure veteri Romano potiſſimum petitis illuſtravit *Petrus Ærodius* Pariſ. 1563. 4. apud Morell. recuſ. Mediolani 1619. Novem reliqvas ceteris è MS. Codice emendatis in ſua editione addidit P. Pithœus Pariſ. 1580. 8. & Heidelbergæ 1594. 8. apud Commelin. Exſtant etiam in editionibus Qvintiliani recentioribus, ut Hackiana & Argentoratenſi.

Fuerunt ſane Declamationes qvædam à Qvintiliano Inſtitutionum auctore non habitæ tantum, ſed & à tachygraphis exceptæ & editæ, unica tantum vulgata ab ipſo auctore adhuc juvene. Vide lib. VII. c. 11. Etiam pro Regina Berenice ipſa præſente dixiſſe ſe ſcribit lib. IV. cap. 1. Ceterum has qvas jam eruditi ſuſpicantur eſſe Qvintiliani patris, cujus meminit filius lib. IX. Inſtit. Orat. cap. 3. Verum cum Qvintiliani declamatoris mentio qvoqve fiat ap. M. Annæum Senecam patrem procem. libri 10. controverſ. & controverſia 4. ejusdem libri, non minus eorum pla-

ce-

cet (u) sententia, qvi eas *avo* hujusce *Qvintiliani* adscribere malunt, vel plane diverso ab illis tribus. Vide Nic. Fabri notas ad præf. libri X. controvers. Senecæ.

VI. At *XIX.* illæ *declamationes longiores*, qvæ & ipsæ Qvintiliano inscribuntur vulgo, ac Rhetoris Fabii libris in qvibusd. editionibus subjici solent, neqve ejus sunt, qvi declamationes alteras fecit, (nihil enim simile) neqve illius qvi Institutiones Oratorias scripsit, cui eas Erasmus qvoqve abjudicat in Ciceroniano suo, & merito, qvandoqvidem, ut monuit Lud. Vives lib. 4. de corruptis disciplinis, plane aliæ sunt à Fabii præceptis, & tales, ut contra istiusmodi potissimum invehatur. Imo multo ante Erasmum & Vivem Philelphus Epistola ad Joh. Tuscanellam vehementissime eas perstrinxit. Adde qvod in codd. qvibusdam MSS. *M. Floro* tribuantur, ac à nonnullis esse credantur *Posthumii* junioris, unius è triginta tyrannis, de qvo ita Trebellius Pollio: *Fuit autem Posthumius, quod solum memoratu dignum est, ita in declamationibus disertus, ut ejus controversiæ Qvintiliano dicantur insertæ, quem declamatorem Romani generis acutissimum vel unius capitis lectio, prima statim fronte demonstrat.* Eas qvantivis pretii esse judicium est Barthii lib. 58. Advers.

(u) Utor verbis Vossii lib. 1. Institut. Orator. cap. 11. p. 130. qvem vide etiam p. 108. de natura Rhetoricæ, ubi refert Jacobum Durantium lib. 2. Variarum c. 17. mentionem facere manu exarati Codicis qvi declamationes illas tribuit M. Floro. Qvis autem fuerit iste Florus, aut qvando vixerit, haud facile dixerim.

Adverſ. cap. 13. Nimis ſane benignum, ut indicio ſunt, qvæ diximus. Eodem in loco affert Qvintiliani fragmentum ex Albini ſive Alcuini in Geneſin qvæſtionibus.

Declamationem pro tribuno adverſus militem, ſub titulo *Tribuni Mariani* ab Edmundo Gibſono primum una cum Inſtitutionibus Oratoriis vulgatam emendatius recuſam exhibet editio Argentoratenſis T. 2. p. 853.

Declamationes illas XIX. in plerisqve omnibus Qvintiliani editionibus obvias ſeparatim edidit & ad MSS. Codices recenſuit vir doctus Oxon. 1692. 8. ex theatro Sheldoniano. Caſtigavit qvoqve plurimis locis haud infeliciter illuſtris Obrechtus, adjunctis inſuper Variis lect. è MSS. Bibl. Colbertinæ & Victorinæ.

Qvintilianum in *Fanatico*, (declamationis hic titulus) allegat Lactantius lib. I.

VII. Scripſiſſe ſe *librum de cauſis corruptæ eloqventiæ*, teſtatur Fabius ipſe præf. libri VI. Sed libro VIII. extremo ubi idem ſcriptum ſuum commemorat, refert ſe plenius in illo tractaſſe de tropis & ſingulatim de hyperbole, qvod in dialogo de Oratoribus qvi hodie exſtat nusqvam fit. Scriptus eſt dialogus iſte de Oratoribus, ſive de cauſſis corruptæ eloqventiæ (in qvo Curiatius Maternus, M. Aper, Julius Secundus & Vipſanius Meſſala colloqvuntur) ad Juſtum Fabium Anno ſexto principatus Flavii Veſpaſiani, ſive Anno CHRISTI LXXIV. ut ex cap. 17. conſtat, & ad *Qvintilianum* tanqvam auctorem

torem refertur à multis, ut à Lipsio in Taci-
um, Francisco Modio in novantiqvis lectioni-
us à Menagio T. I. Anti-Bailleti p. 339. Græ-
io ad Hesiodum p. 7. & Juliano Pichone in sua
'aciti editione ad usum Delphini adornata.
acitum tamen auctorem malunt Petrus Pi-
hœus, qvi cum Qvintiliani & *Calpurnii Flacci* (o)
eclamationbus edidit ac notis illstravit, Gy-
ildus de Poëtis p. 199. Colomesius ad Gy-
ildum p. 241. & Henricus Dodvvellus V. C. in
nnalibus Qvintilianeis p. 135. seq. At neqve
'aciti neqve Qvintiliani esse T. Faber sensit
l Longinum, & *Svetonio* à nonnullis adscri-
tum ex eruditissimo Baluzio T. 2. Miscell. p.
51. didici, neqve video qvos seqvar, cum qvos
igere debeam, videar mihi videre. Eqvidem
vintiliano plurima argumenta vindicant, ut si
cum illùm de tropis dicam⁹ excidisse, illi for-
sse qvam verisimillime tribueretur. Prodiit
qvam plurimis non Qvintiliani modo, sed
'aciti qvoqve editionibus. Novissime etiam
paratim Upsaliæ admodum nitide atqve

Ee emen-

(o) *Calpurnii Flacci* qvinqvaginta & unam excerptas
hetorum decem minorum declamationes primus edidit il-
lstravitqve P. Pithœus, subjectas declamationibus minori-
s Qvintiliani Paris. 1580. 8. & A 1594. 8 apud Commeli-
m. Vixit Calpurnius sub Hadriano & Antonino Pio Impp.
i ex JCtorum libris J. Gronovius observavit. *Excerpta
etorum minorum* dicuntur à librariis, ut declamationes Se-
cæ Patris *Excerpta majorum Rhetorum*, qvod ad ætatem
ferendum existimem. Porro non minus Calpurnii qvam
necæ declamationes, circa argumenta exercitii causa con-
ta versantur.

emendate cum notis integris Gabodi Hermanni Schelii, P. Pithœi, Justi Lipsii, Jo. Freinshemii, Jo. Frid. Gronovii & Jo. Schultingii, selectis vero M. Antonii Mureti, Curtii Pichenæ & Val. Acidalii, 1706. 8. Ex editionibus Qvintiliani unam referam Hakianam A. 1665. 8. in qva *Institutiones* exstant cum præf. & notis Petri Gallandi, Adr. Turnebi, Joach. Camerarii, Dan. Parei, Jo. Frid. Gronovii & selectis variorum. *Declamationes XIX.* cum notis paucis ejusdem Gronovii, *Declamationes minores* cum Petri Ærodii, P. Pithœi & ejusdem Gronovii observationibus. *Calpurnius Flaccus* cum notis Pithœi, Gronovii & Jo. Schultingii. *Dialogus* deniqve *de Oratoribus* cum Schelii commentario, notis Pithœi & Gronovii, Schultingiiqve & ex Lipsio, Pichena atqve Acidalio excerptis animadversionibus.

CAPUT XVI.

DE STATIO POETA.

Statii ætas. 1. *Scripta.* 2. *Vetus interpres Luctatius.* 3. *Editiones ibid.*

I. P. PAPINIUS STATIUS (a) Neapolitanu

(a) Pater qvoqve hujus Statii, Præceptor Imp. Domitiani multa prosa & carmine scripsit, ut filius testatur Epicedi in patrem lethargo sublatum lib. 5. Sylva 3. Alius L. Statiu Ursulus Tolosensis Rhetor sub Nerone. Vide Scal. p. 17 ad Euseb. & Gevartium Papinianar. lect. lib. 1. cap. 1. Aliu qvoqve Statius Cæcilius Comicus, æqvalis temporibus M Porc

nus extemporali Poëmata componendi facilitate Imperatori Domitiano gratissimus, & à majestate carminis *Aquilinus* librariis dictus fuit. Tamen victus in agone qvinqvennali Domitiani, aliis Poëtis contra ipsum coronatis, ut ipse innuit carmine ab Claudiam uxorem & in patrem epicedio. Qvod vero aliqvi narrant eum præacuto stylo ab indignante Imperatore esse confossum, non magis videtur credibile, qvam qvod Aligerius Dantes prodidit, eum Christiano addictum nomini, sævitiam Domitiani in Christianos pro virili temperasse. Diem obiit supremum ex H. Dodvvelli qvidem rationibus A. CHRISTI XCVI. Domitiani postremo.

II. Exstant ejus *Silvarum* (b) *libri qvinqve*, qvorum primus Stellæ, secundus Meliori, tertius Pollioni, Marcello qvartus, qvintus deniqve Abascantio singulis Epistolis ab auctore inscribitur, ex qvibus Vavassor p. 211. 228. de ludi-

[illegible]rcii Catonis. Statium servile nomen fuisse docet Gellius [illegible] ult. Porro Cornelius à Beughem. p. 130. incunab. Typographiæ facili librarii vel calami errore perperam affirmat Statium floruisse sub Diocletiano Imperatore: Perperam qvoqve Domitius Calderinus, Frid. Morellus, Lindebrogius alii *Papinium Surculum Statium* appellant. Ceterum de [illegible]tii nostri rebus ac vita consulendi annales Statiani editi præstantissimo viro H. Dodwello Oxon. 1698. 8. Loca veterum de Statio, editionibus melioribus præmissa & à Barthio [illegible]3. p. 1567. seq. recensita sunt. Vide etiam, si placet, qvæ [illegible]o. Crenius V. C. parte IX. animadvers.

(b) De silvis qvæ apud Græcos dicuntur σχεδιάσματα, [illegible]e G. Jo. Vossii institutiones poëticas lib. III. c. 22.

cra dictione collegit eum minus valuiſſe in ſoluta qvam ligata oratione, qvod de Virgilio (c) qvoqve fertur. Porro in his libris ſilvæ qvædam verſibus Phalæcis, reliqvæ Epicis ſcriptæ ſunt.

Thebaidos (d) ſive de captis à Theſeo Thebis *libri*

(c) Eqvidem Laërtius in Xenocrate IV. 15. *ποιηταὶ μὲν ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν ἐπιτυγχάνουσι· πεζογράφοι δὲ ἐπιτιθέμενοι ποιητικῇ, πταίουσι.* Sed tam Virgilii proſa qvam Ciceronis Juliiqve Cæſaris ac Bruti verſus iis ſe minus probavit, qvi Maronis Poëmata & Tullianæ orationis flumen ac vim acutam Bruti, Cæſarisqve in ſcribendo elegantiam admirabantur. Unde Caſſius Severus de Salluſtio ita judicabat, ut ejus orationes nihilo meliores eſſe diceret qvam au Ciceronis verſus aut Virgilii proſam. Seneca 3. controverſ præf. *Virgilium illa felicitas ingenii oratione ſoluta reliquit Ciceronem eloqventia ſua in carminibus deſtituit.* Confe dialogum de oratoribus c. 21. Juvenal. X. 121. ſeq. Theodectem magis tragico carmine qvam proſa placuiſſe refert Hyginus apud Gell. X. 18. Similiter de Malherbio Poëta Gallorum celeberrimo cives ejus obſervant *qve ſa proſe beaucou plus negligée qve ſes vers l' a fait comparer a l' irondelle, q marche mal, encorq' elle vole tres bien.* De Moliere clariſſimi nominis Comico Gallo Menagius in Menagianis p. 45. *l proſe de Moliere vaut beaucoup mieux qve ſes vers.* Eoban Heſſo contra Eraſmus lib. 26. Epiſt 45. gratulatur contigiſ *qvod M. Tullio fuit negatum, qvod Philelphus arroganter ſi vindicavit, ut ita pangeret carmen, qvaſi nunqvam attigiſſ ſolutam orationém, ita ſcriberet proſam, qvaſi cum Muſis nih unqvam fuiſſet commercii.* Idem de Buchanano pronunci ac de Hugone Grotio.

(d) Thebaidem è Græcis Poëtis ſcripſere Antagoras, Antiphanes Colophonius, Menelaus Ægeus, Anonymus qv dam Pauſaniæ in Bœoticis & Svidæ in *καδμεία νίκη* laudatu

libri XII. compositi ad imitationem Antimachi & Æueidos Virgilianæ, de qva ipse:

Sed longe seqvere, & vestigia semper adora.

Achilleidos de iis qvæ bellum Trojanum (e) antecesserunt *libri II.* etsi in qvibusdam MSS. unus liber procedat, in aliis vero in qvinqve dispescatur, inscite, judice Barthio LII. 13. Ad versar. Utrumqve Poëma Achilleidem & Thebaidem Statius dicavit Domitiano Imp. qvem à Poëseos studio commendat præter Statium Silius. Achilleidem vero absolvere fata prohibuerunt.

III. Princeps Statii editio non est Veneta A. 1490. ut putabat Bernartius, qvæ Luctatii in Thebaidem commentarios junctos habet; nam Romanam A. 1476. cum *Domitii Calderini Veronensis*, secretarii Apostolici in silvas commentario à Vossio utendam Joannes Fridericus Gronovius habuit, & in Catalogo Grævianæ Bibliothecæ p. 206. video memorari sylvas Statii excusas Parmæ A. 1473. fol. Etiam Venetam A. 1483. fol. cum Luctatii scholiis in Thebaidem vidi qvi laudarent. Hinc memorandæ editiones

alii. Vide Colomes. ad Gyrald. p. 143. Apud Erasmum in adagio *Bœotia auris* pro Anaxagora Thebaidos librum recitante, legendus Antagoras. Statii Thebaidem laudat Juvenalis VII. 83. ad qvem locum confer Casaubonum in Domitianum Svetonii c. 5. Grævium p. 90. ad Hesiodum. E latinis ante Statium in hoc argumento versatus est Ponticus de qvo acutissimus Brouckhusius ad Propertii lib. 1. Eleg. 7. & lib. 2. Eleg. 25.

(e) Vide Dan. Heinsium ad Nonni Dionysiaca p. 183.

Aldinæ 1502. & 1519. 8.
Parisiensis Simonis Colinæi 1530. 8.
Lugdunensis Gryphiana 1547. 12.
Basileensis 1541. 8. apud Henr. Petri.
Plantiniana cum scholiis & notis eruditis *Joannis Bernartii* 1585. 8. recusa hæc editio Lugd. 1598. 12. Genev. 1605. 12.
Parisiensis, ex diligenti recensione *Friderici Tiliobrogæ* sive *Lindebrogii* cum Variis Lect. & *Luctatii* sive *Lactantii* (f) *Placidii* scholiis antiqvis

(f) Ab aliis Lutatius vel Luctatius Placidus, aliis Placidus Lactantius appellatur, sub qvo nomine glossæ veteres latinæ & in Ovidii Metamorph. argumenta exstant. Longe qvidem diversus est ab elegantissimo scriptore Lactantio Firmiano, Arnobii discipulo, cujus eloqventiæ & erudition pauca similia in istis ad Statium scholiis leguntur. Theodosii Imp. æqvalem fuisse affirmat Joh. Rhodius diss. de aci. p. 25. At non tantum meminit Sedulii sed Boëthii qvoqve unde juniorem esse recte colligit Vossius de Poëtis Latini c 46. Perseum præceptorem suum in VI. Thebaid. p. 213 laudare videtur his verbis; *Sed de his rebus* (de Antipodibu ibi sermo) *prout ingenio meo connectere potui, ex libris ineffabilis doctrinæ Persei Præceptoris seorsum libellum composui.* Vossii judicio commentaria ejus sunt centones ex Servio, Hygini Mythologicis & Astronomico ejusdem Arateo & aliis qvibusdam, qvod de eod Luctatio ante Vossium etiam pronunciaverat Jos. Scaliger p. 19. ad Euseb. Adde Vossium p. 73 de Hist. latinis. Merito tamen Nicolao Loënsi *doctus lectuq; dignus exegetes* audit, *præter qvidem glossemata.* Confer Barthii commentar. in Statium T. 2. p. 871. & LII 13. Adversar. Priore loco Vossium qvoqve reprehendit Barthius, qvo scripserat Lutatium à Lindenbrogio primum editum & centones vocaverat ex Servio & Hygino, qvorum tamen commentationes vix centesimam illius partem sibi possint vindicai

qvis in Thebaidem emendatius editis atqve in Achilleidem nunc primum vulgatis è Codice MS. Francisci Pithœi (g) 1600. 4 & Genevæ anno eodem.

Commeliniana cum notis *Jani Gruteri*, Heidelbergæ 1600.

Fed. Morelli & Domitii Calderini observationes ad Statii sylvas cum Lindenbrogii annotationum ad easdem corollario, Paris. 1602. 4.

Joannis Barclaji notæ in Statii Thebaidem, Mussiponti 1601. 8.

Statius cum notis *Emerici Crucei*, Paris. 1618. 4. additis Scholiis Luctatii, & recentium animadvers.

care. Lutatius in Thebaidem jam Venet. 1490. 1498. fol. cum Statio lucem viderat, sed in Achilleidem primus edidit Lindebrogius è MS. Codice Francisci Pithœi. In catalogo Pseudonymorum Viri Cl. Vincentii Placcii p. 216. pro Luctatii Commentario *in Statium*, typographus perperam *in Tacitum* excudit. Porro Christianum scriptorem fuisse apparet ex iis qvæ in IV. Thebaidos scribit p. 144. *Dei vocabulum sciri à nullo hominum potest, sed quid veritas habeat, percipe. Hujusne Dei nomen sciri potest, qui nutu tantum regit & continet cuncta, cujus arbitrio deserviunt, cujus nec æstimari potest mundus, nec finibus claudi? Sed cum magi vellent virtutis ejus ut putabant sese comprehendere singulas appellationes, qvas per naturarum potestates abusive modo designarunt, & qvasi plurimorum numinum nobilitate Deum appellare conati sunt qvasi ab effectu, cujusqve rei ductis vocabulis sicut Orpheus fecit & Moyses Dei summi antistes & Esaias, & his similes.* Plura hujus Scholiastæ loca illustravit emendavitqve Thomas Munckerus notis ad Mythographos latinos.

(g) Hæc editio cum novis emendationibus & observationibus Lindenbrogii MSS. tum ad Statium tum ad ejus commentatorem servatur Hamburgi in Bibl. Joannea.

Cum Papinianis lectionibus *Casparis Gevartii*, Lugd. Bat. 1616. 8.

Statius minori forma excusus Amst. 1624. ex recensione *Danielis* ni fallor *Heinsii*.

Cum notis *Francisci Gvieti* & versione Gallica *Michaelis Marollesii*, Paris. 1658. 8. tribus vol.

Editio Statii *Daumiana* qvam cum locupletissimis *Casp. Barthii* commentariis, inspersis ad Thebaida & Acchilleida *commentariis ac glossis veterum* hactenus bonam partem ineditis *Scholiastæ Luctatio* multis locis qvi corrupti erant castigato, Christianus Daumius curavit Cygneæ 1664. 4. 2. volum. In hac editione Poëta ex recensione Joh. Frid. Gronovii descriptus præmittitur, cujus Papinium Amstelodami An. 1653. 12. editum impense laudat Thomas Reinesius p. 151. Epist. ad Daumium. *Valde me delectarunt notæ tam accuratæ & in pondere non magno satis ponderosæ, viri ad restituendum genuinum auctoris sensum, peculiari qvopiam genio nati à Charitibusqve educati*. Confer Hugonis Grotii Epist. 673. ubi suas ad loca qvædam Statii conjecturas ad Gronovium transmittit. Ejusdem Gronovii in Statium diatribæ seorsim prodierant Hagæ Comitis 1637. 8. Hinc ipsi lites intercesserunt cum Emerico Cruceo, qvi illi Antidiatribam Paris. 1649. forma minore, & deinde Muscarium ad Statii sylvas, Paris. 1640. 8. opposuit. At Gronovius eum probe depexum dedit edito elencho antidiatribes Mercurii Frondatoris, Paris. 1640. 8.

De

Deniqve Statium selectis variorum notis illustratum edidit *Job. Veenhuysen* Lugd. Bat. ex officina Hakiana 1617. 8. *Claudius* vero *Beraldus* in usum Delphini notis, paraphrasi & indice omnium verborum ornavit Paris. 1684. 4. Lexicon Statianum concinnavit Henricus Schævius, cujus specimen dat Morhofius ὁ μακαρίτης parte 2. Polyhistoris p. 66. seq.

Ex Jos. Scaligeri Epistola 347. apparet eum qvoqve & Joh. Wovverium junctis operis novam Statii, veterumqve in eum Scholiorum editionem molitos An. 1600. At enim eorum conatus, vulgatô Parisiis Lindebrogii, æmuli Wovveriani, Statio sufflaminati videntur. Lipsius qvoqve in Epistola ad Janum Lernutium testatus est sibi notata qvædam fuisse ad sublimem hunc Poëtam.

CAPUT XVII.
DE Q. CURTIO.

Curtii ætas, & sententia eorum qvi Historiam ejus recentis scriptoris commentum esse opinantur, explosa. 1. Supplementa libri primi & secundi 2. Editiones, 3.

I. Q. (a) CURTIUS RUFUS qvi fuerit & qvando vixerit incertum est. Nam locus lib.

(a) Mentio etiam Q. Curtii ap. Ciceronem lib. 3. Epist. 2. ad Q. Fratrem. Alius Curtius Montanus Juvenali Sat. 4 & 11. & Tacito lib. 4. hist. memoratus, Curtius deniqve Salassus apud Euseb.

10. cap. 9. unde ætatem ejus colligere conati ſunt viri eruditi, ita ambiguus eſt, ut ibi per *novum ſidus* P. Pithœus & Jac. Bongarſius *Auguſtum*: Popma Matthæus Raderus, & Jacobus Perizonius V. C. *Tiberium*, Juſtus Lipſius, Barnabas Briſſonius, Valens Acidalius & Mich. Tellerius *Claudium*, Janus Rutgerſius, Gerh. Joh. Voſſius, Joh. Henr. Bœclerus, Joh. Loccenius, Philippus Caroli & nuper V. C. Joannes Clericus *Veſpaſianum*, Joh. Iſaacus Pontanus *Trajanum*, Caſpar deniqve Barthius pag. 1165. ad Claudian. *Theodoſium* intellexerit. Et fuit ſane Theodoſii ævo Curtius qvidam ſive Turcius Rufus Apronianus, qvi Virgilium emendavit, ſed longe is à noſtro haud dubie diverſus fuit, cujus ætatem innuit & alter locus IV. 4. *Tyrus nunc tandem, longa pace cuncta referente ſub tutela Romanæ manſvetudinis, adqvieſcit.* Jam ſi idem eſt Curtius, de qvo Tacitus libro XI. cap. 21. Annalium, & Plinius Jun. (b) lib. VII. Epiſt. 27. vel uti Iſ. Caſaubono, Voſſio, Perizonio aliisqve atqve ſi hoc addere operæ pretium eſt mihi qvoqve verſimillimum videtur, cujus inter

(b) Neſcio cujus Rufi opus omnibus numeris abſolutum laudat idem Plinius lib. IX. Epiſt. 38. Etiam Tacitum qvædam è Curtio in Annales ſuos tranſtuliſſe notat Lipſius ad VI. annal. p. 242. Vide eundem ad XI. p. 274. Arriano antiqviorem Curtium (non ex Arriano pleraqve ſua ut volebant Iſaacus Pontanus & Angelus December mutuatum) fatetur etiam Jac. Gronovius V. C. notis ad Arriani Alexandrum p. 260. in qvibus Freinshemii ſupplementa & notas ad Curtium ſubinde caſtigat.

inter claros Rhetores meminit Svetonius, mirum fuerit historiam ejus elegantissime scriptam à veteribus non memorari. Unde reperti deniqve sunt, qvi observatis qvibusdam in Curtio locis qvæ cum Geographia (c) difficulter conciliari possunt, qvalia tamen in Herodoto etiam & aliis gravissimis (d) auctoribus occurrere constat, non dubitarent affirmare, libros qvi sub Curtii nomine feruntur, confectos esse ab erudito qvodam Italo ante annos trecentos. Vide Bodinum (e) cap. 10. Methodi Hist. ubi Curtium Platinæ æqvalem facit, Guid. Patini Epistolam 27. A. 1650. scriptam pag. 96. editionis primæ, & Dan. Gvil. Mollerum diss. de Curtio, Altdorf. 1683. 4. §. 10. Sed hoc facile refellitur iis, qvæ Wagenseilius ὁ μακαρίτης in pera librorum Juvenilium T. 4. p. 178.

(c) Vide Rapini observatt. de Historia & Historicis (reflex. sur l'Histoire) p. 233. & Vignolium Marvillium T. 1. Misc. Hist. & litterar p. 57. Non paucos alios nævos in hoc scriptore animadvertit Joannes Clericus vir doctissimus in Judicio de Q. Curtio qvod exstat parte posteriore Artis Criticæ sect. 3. Acerbius qvandoqve Curtium insectari arguit Jac. Perizonius vir & ipse eruditissimus notis ad Æliani Var. p. 728. Respondit Perizonio Clericus sub Theodori Goralli nomine in præfat. ad Pedonem Albinovanum. Clerico Perizonius in Q. Curtio Rufo restituto in integrum & vindicato, Lugd. Bat. 1703. 8. Clericus deniqve Perizonio librum ejus recensens in Bibl. selecta Gallice edita T. 3. p. 171. seq.

(d) Confer Clerici artem Criticam parte 1. p. 33.

(e) Bodinum impugnavit Joannes Rainoldus prælectione centesima in libros Apocryphos T. 1. p. 1239. Mollerum *Magnus Daniel Omeisius* sive *Hermannus Breverus* Rigensis diss. de Curtii ætate, Altdorf, 1683. 4.

p. 178. disseruit in hæc verba: *Etsi quacunque de causa non occurrit apud Antiqviores, qui extant, Curtii mentio, tamen ii, qvorum ætas tria secula longe excedit, ejus meminere, ut sic saltem longe ante illa tempora vixisse illum necesse sit. Johannes nimirum Sarisberiensis, Carnotensis Episcopus, qvem Anno* 1182. *vita excessisse constat, Curtium allegat in Policratico lib.* 8. *cap.* 18. *Philippus vero Gualterus Episcopus Insulanus, qvem nonnulli Sarisberiensis æqvalem temporum autumant, alii, ut Vossius de Poetis latinis, Anno* 1250. *claruisse ferunt, in Alexandreide, sive carmine, qvo libris X. cecinit res gestas Alexandri, Curtium ad verbum,* (f) *quantum poterat imitatus est. De Alphonso qvoqve decimo Hispaniæ Rege qvi sapientis cognomen meruit & Anno* 1252. *imperare cœpit, Antonius Panormitanus in vita ejus prodidit, eum qvum gravi morbo laboraret remedia Medicis frustra præscribentibus cœpisse legere Q. Curtii historiam de Alexandro M. adeoqve illius dulcedine captum fuisse, ut ex sola lectione sanitatem recuperarit, hæc sæpe deinde repetiit verba erumpens:* Valeant Avicenna, Hippocrates, Medici ceteri,

(f) Idem notatum Barthio LII. 16. Adversar. Alexander qvoqve Benedictus in libris de bello Veneto integras descriptiones è Curtio est mutuatus. Neqve dicere licet PseudoCurtium è Gvaltero sua expressisse, cum Curtius à Sarisberiensi ante Gvalterum lectus fuerit. Laudatur etiam Curtius à Joanne Tortelio lib. de Orthographia edito A. 1485. & liber Curtii primus à Jacobo de Cesollis Lombardo qvi ante annos amplius 400. scripsit, observante Barthio p. 1165. ad Claudian. Saltem incredibile videtur temporibus illis post Gvalterum qvemqvam fuisse idoneum ad Historiam scribendam tam eleganter & tam nativo colore antiqvitatis.

ri, vivat Curtius ſoſpirator meus. *Quanquam quid verbis opus eſt? monſtravit mihi olim ſolidum Reip. literariæ columen, omnique laude dignus Vir Antonius Magliabechius in Bibl. Medicea codicem Curtii antiquiſſimum, atque Lucæ Holſtenii, quod ſimul literis conſignatum exhibebat, veriſſimo quo in talibus pollebat judicio, haud minus annis ſeptingentis gravem. Quod ſupereſt, hic ſcriptor ab iis, qui grandem & pudicum Latinitatis ſermonem amant, aſſidue in manu ſinuque geſtari debet. Sunt enim illi verba electiſſima, acutæ crebræque ſententiæ, expoſitiones mirificæ, conciones multâ facundia inſtructæ, ita, ut oratio ejus ubique ſervet Majeſtatis ſuæ pondus.*

II. Ex *libris decem de rebus Alexandri* Regis Macedonum, duo (g) primores interciderunt, qvi in antiqvioribus editionibus ab Anno 1545. Supplementis *Chriſtophori Brunonis*, Monachi in Bavaria bonarum literarum Profeſſoris, utcunqve reſarciuntur. His in editione Lugdunenſi A. 1615. 12. adjunguntur alia qvædam deſcripta è Bibliotheca S. Victoris (h) à Joanne Maſſonio, Bajocenſi in Neuſtria Archidiacono Papyrii fratre. Horum auctorum eſſe *Franci-*

(g) Ita qvidem editiones & pleriqve libri MSS. etſi codex manu exaratus Petri Danielis, librum primum duntaxat, alii ne illum qvidem integrum deeſſe innuunt: Vide Raderum c. 8. proluſionum ad Curtium: & Freinshemium in limine notarum. Porro fallitur Morerius qvi in Lexico Hiſtorico affirmat Raderum ſupplementa in Curtium compoſuiſſe.

(h) Vide Colomeſii Bibl. ſelectam p. 185. & Catalogum MSS. Iſaaci Voſſii cod. latin. IV.

ciſcum Petrarcham notavit (i) Joſephus Scaliger. Etiam *Qvintianum Stoam* (k) libros illos ſuppleviſſe, ex Antonio Poſſevino & Jac. Gortonio narrat *Joh. Freinshemius*, qvi longe luculentius doctius & plenius defectum librorum illorum ſupplevit ut Mich. Tellerius dixerit, jacturam fere optabilem fuiſſe, qvam tam feliciter & opportunè reſtituerit Freinshemius. Idem Freinshemius & alias in Curtio lacunas ſupplevit, qvæ occurrunt lib. 5. c. 13. & libri ſexti principio, & lib. 10. c. 1. & 4. Ab eo tempore vir doctiſſimus *Chriſtophorus Cellarius*, cum Brunonem ſterilitate, Freinshemium copia & prolixitate qvodammodo peccare animadverteret, novis ſuccinctis & elegantibus ſupplementis Curtium auxit. Nova deniqve ſupplementa Curtii adornavit amicus noſter clariſſ. *Chriſtianus Junckerus.*

III. Editiones & interpretes Curtii diligenter recenſuit Freinshemius in prolegomenis commentario ſuo præmiſſis, cujus induſtriæ nonnulla adjungam.

Prin-

(i) Scaliger in Scaligeranis, ſecundis p. 65. *Omnia Q. Curtii qva habemus deſcripta ſunt ex unico exemplari, reliqva recentia ſunt ad unum omnia. In Bibliotheca S. Victoris primus liber Q. Curtii erat, ſed deprehendi compoſitum eſſe à Petrarcha.*

(k) Stoam ſupplementa Curtii feciſſe negat Mottanus Vayerus in judicio de Hiſtoricis T. I. p. 376. Idem de *Henrico Glareano: Henry Glarean n'eſt ſvivi par perſonne dans ſa diſtribution de l'Hiſtoire de Qvinte Curce en douze livres, reſtabliſſant les deux premiers & diviſant le reſte en dix autres, au lieu*

Prima Curtii editio A. 1474. fuit apud Caſparem Barthium. Erat & in Bibl. Gudiana editio in fol. recuſa per Georgium Laver.

Veronenſis 1491. fol. in Bibl. Nic. Heinſii.

Veneta 1494. fol. edente Bartholomæo Merula, qvem Barthius ſcripſit primum optimo auctori corrumpendo audaciæ ſignum ſuſtuliſſe.

Baſileenſis 1517. fol. per Beatum Rhenanum cum notis Eraſmi, Hutteni, Glareani, Hœningeri, adjecta Regis Alexandri Epiſtola (l) ad Ariſtotelem de Indiæ ſitu ac mirabilibus.

Argentoratenſis 1518. ex ædibus Schurerianis.

Aldina 1520. 8.

Pariſienſis, Eraſmi, 1533. 8. apud Simonem Colineum. Repetita A. 1553.

Baſileenſis 1534. per Tho. Wolfium cum notis Eraſmi & Ulr. Hutteni floribus elegantiarum.

Veneta A. 1535. itemqve altera

Colonienſis 1538. apud Joannem Gymnicum. cum Eraſmi notis, floribusqve Hutteni.

Lugdunenſis apud Gryphium 1541. 8. & altera in 12. 1551.

Baſileenſis A. 1545. fol. apud H. Petri, cum ſupplemento primorum librorum ex Arriano, Plutarcho, Juſtino & Diodoro per *Chriſtophorum Brunonem*: Vita Alexandri à Joanne Mona-

...u *des huit ordinaires.* Integrum Curtii opus exſtitiſſe, ...S. Viennæ Auſtriæ in Bibl. Wolffgangi Lazii, falſa ut vide...r fama fuit.

(l) De hac dixi lib. 2. Bibl. Græcæ c. 10 §. 17.

nacho ſcripta,& Epiſtola Alexandri de Indiæ ſitu notisqve Eraſmi, & Hutteni floribus.

Antvverpienſis 1546. 8.

Lrgdunenſis A. 1546. cum Alexandri Epiſtola.

Lugdunenſis qvarta 1551. & qvinta 1569. parum accurata, ut Acidalio notatum.

Henrici Glareani in Cuttium notæ, Baſil. 1575. 8. excuſæ.

Curtius à *Franciſco Modio* ad MSS. Codices recognitus, cum ejus notis, Colon. 1579. 8. atqve iterum 1591. 8.

Editus Lugduni eodem A. 1591. Curtius ab Antonio Candido, una cum Plutarcho de vita & fortuna Alexandri, & Gnomologia Curtiana.

Hinc memoranda editio Francofurtenſis, Anni 1597. cum *Valentis Acidalii* animadverſionibus 1594. ibidem excuſis. 8.

Genevenſis 1602. apud Jacobum Stœer, & altera A. 1614.

Raderianæ cum ſynopſibus & argumentis *Matthæi Raderi*, Monachii 1615. 12. Coloniæ 1630. 8.

Lugdunenſis A. 1615. 12. in qva occurunt ſupplementa Curtii è Bibl. S. Victoris, de qvibus ſupra §. 2. dixi.

Amſtelodamenſis Anno 1621. apud Gvil. Janſonium.

Leidenſis cum notis *T. Popmæ* & *Joannis Loccenii* Anni 1625. 12. Recuſæ ſunt Loccenii notæ etiam in editione Amſt. 1656. 12.

Co

Coloniensis A. *1628*. fol. amplis & eruditis *Matthæi Raderi* S. I. commentariis illustrata.

Amstelodamensis An. 1628. 12. cura *Jo. Isaaci Pontani* apud Joannem Jansonium, *qvam ego*, inqvit Freinhemius, *habeo pro emendatissima earum qvæ hactenus prodierunt.* Est altera perqvam nitida & emendata Elzeviriana Lugd. Bat. 1633. 12.

Curtius è recensione *Nic. Blancardi* Lugd. Bat. 1649. 8.

Ex *Andreæ Reyheri* editione, Gothæ 1658. 8.

Præ cæteris vero laudandus ipse iterum *Joannes Freinshemius* est, qvi Curtium accuratè recensitum, minutisqve sectionibus distinctum cum variis Lect. (m) commentariis doctis & copiosis, novis supplementis, locupletissimoqve indice vulgavit Argentorati 1640. 8. 2. Volum. In capite qvarto Prolegomenon qvibus de Curtii ætate, dictione, editoribus differit, alii etiam scriptores Græci & latini, qvi res (n) Alexandri M. litteris consignarunt, recensentur, qvibus non pauca addi pooffunt ex Reinesii Epistolis ad Hofmannum p. 311. seq. De commentario autem Freinshemiano ita ad Jo. Lud. Fabricium scripsit Tanaquillus Faber lib. I. Epist. 5. *Librum commentarium, qvem in Curtium edidit, postqvam à nobis abiisti, legimus, nullam unqvam*

Ff bo-

(m) Freinshemium hinc inde reprehendit Jac. Gronovius in notis ad Arrianum de expeditione Alexandri. Vide & Jo. Clericum parte III. Artis Criticæ p. 708.

(n) Confer si placet Bibliothecam meam Græcam lib. III. cap. VIII.

bonarum rerum messem uberiorem videor vidisse, nullam latius patentem omnigenorum librorum lectionem, opus haud dubie ultima posteritate dignum.

Sæpius ab eo tempore in Germania & Belgio Curtius prodiit cum iisdem Freinshemii & selectis aliorum notis per paginas singulas textu statim subjectis: præcipue laudata editio Argentoratensis studio Jo. Henrici Rapp. 1670. 4 Ut editionem cum notis variorum Amst. 1664 & 1672. 8. *Cornelio Schrevelio* curante vulgatam & Francof. 1668. 8. recusam præteream, in qu Freinshemii commentarii sed non integri sunt adjecti. Exstat & Curtius cum Freinshem supplementis excusus Amst. 1687. 8.

In usum Delphini novam Curti editionem ad ornavit *Michael Tellerius*, S. I. Paris. 1678. 4.

Philippi Caroli observationes postumæ in Curtium, ejusdem ad Gellium animadversionibus subjunctæ edente Christophoro Arno do lucem adspexerunt Norimbergæ 1663.

Samuel qvoqve *Pitiscus* selectis commentarii variisqve iconismis æri affabre incisis, qvæ ex Lipsii & aliorum Antiqvariorum scripti repetiit, illustratum edidit Curtium Ultrajecti 1685. & auctius (o) 1693. 8.

Circa idem tempus *Christophorus Cellarius* eundem scriptorem floridissimum novis supplementis tabulis Geographicis, notis & dissertatione de moribus Alexandri utiliter auctum in lucem emisit Lips. 1688. 1691. 1696.

Hi

(o) De mendis typographicis atqve integris versibus in hac editione omissis qveritur Christianus Junckerus.

Hinc amicus noster Christianus Junkerus Curtium eddidit cum notis perspicuis in usus tironum, Chronologia Curtiana è Jo. Clerici Critica excerpta, supplementis novis Monarchiæ Græcæ Historiam usqve ad ejus finem complectente, & dispositionibus Orationum (p) in Curtio Logico Rhetoricis, imitationum exemplis & indice, Dresd. 1700. 8.

Deniqve Curtius notis perpetuis minime contemnendis (ad modum Minelli ut habet titulus) illustratu prodiit curante *M. Andrea Stübelio* Lipf. 1710. 11. & suppresso auctoris nomine Amst. 1702. 12. Auctor eruditus notarum testatur se usum qvoqve observatis Bongarsii, Palmerii, Seibisiiqve. Hic est Stubelius cui præclaram illam & post Buchneri, Jac. Thomasii, J. Gothofr. Herrichen, ac præcipue Christophori Cellarii curas locupletissimam & accuratissimam thesauri sive Lexici Latini, Basilii Fabri ditionem debent studiosi.

Versiones Curtii qvam plurimæ exstant. De *Germanica* qvidem Jo. Friderici von Leisten sive Lehsten, Francof. 1658. 1696. 8. recusa, sinistram ert sententiam J. H. Bœclerus in brevi Isagoge d Auctores classicos recte tractandos (Kurtze Anweisung/wie man die Auctores classicos tractiren soll A. 1679. 12.) p. 20. *Anglice* prodiit Londin. 1694. *Danice* Magno Wingaardo interprete Hafn. 1704. 8. *Bohemicam* versionem Kac-

 ze-

(p) Conf. Valentini Tilonis Curtium Oratorem Amst. 1564. 12. & Imitationes Curtii XCVIII, à M. I. C. Wagner Germanice editas Pirnæ 1699. 8.

zerii Archigrammatei Posoniensis, nescio an editam memorat Dan. Gvilelmus Mollerus diss. de Curtio §. 21. Inedita qvoqve est *Russica* interpretatio, composita ab Elia Kopyevvitz. *Italice* vertit & Lipsiæ A. 1695. 12. edidit Nicolau Castelli. Jacobus qvoqve Gaddius de Scripto ribus non Ecclesiasticis T. 1. p. 118. refert se vi disse volumen MS. in membrana pulcherrimi miniaturis ornatum qvo vetus Curtii versio ii lingvam Hetruscam continebatur: la storia d Alessandro Magno composta da Q. Curtio Ru fo in latino, dipoi tradotta in volgare l. Lombar do da *P. Candido*, al Serenissimo Prencipe Filip po Maria, Duca di Milano, di Pavia & Anghier Conte, & di Genova Signore, & emendato i Firenze, e ridotto in lingva Toscana. *Hispani* Gabriel de Castanneda A. 1534. fol. *Gallice* ve tit N. Segvierus Genev. 1614.

Notum denique est *Claudium Fabrum Vogel Dominum* Gallicæ Curtii versioni integros tr ginta annos insudasse. Prodiit Paris. 1647. 1653. Amst. 1665. 1673. 8. Balzaco dicta *L'Alexandre inimitable*. Freinshemii supplementa non Vogel sius vertit sed *Petrus Ryerus*. Qvod non anima versum D. Christiano Thomasio (q) qvi mir tı

(q) Vide Christiani Thomasii **müßige Gedancken** A. 88. par 2 p. 354. seq. Ceterum Adamus Ebertus in relationibus è Pa nasso p. 192. ait Vogelasium expertum esse fatum, qvod to sor aliqvis Lutetiæ habuerit, qvi tonsuram secundum more novissimum incipiendo, illius mutationem intellexisset a teqvam ad alteram pervenit partem; sic illum qvoqve secun vio

ur Vogelasium in primo statim libro capite rimo gravem errorem commisisse.

De Epistolis Curtio suppositis ita Jo. Frideri-usGronovius in elencho antidiatribesMercu-ii Frondatoris. p. 99. *Quis æstimabit scriptum ni-ili, cui docti viri nomen adscribitur. Quis Epistolas Q. urtii, Pauli & Senecæ amœbæas, otiosorum & putidis-morum hominum figmenta miratur, quia illustria no-nina præferunt?*

CAPUT XVIII.

DE JUVENALI.

Juvenalis ætas. 1. *Satiræ.* 2. *Earum editiones atque inter-pretes.* 3.

I. DECIMUS (a) JUNIUS JUVENALIS A-vinas, qvum satira non absurde composita in aridem pantomimum, qvi in deliciis aulæ

erat,

ice recensita versione, & opere ferme finito, animadvertis-: præsentem linguæ Gallicæ genium non respondere ei, qvi iguisset, cum versionem ordiretur, ideoqve triplicandum uisse tentamen. Martial. VII. 82. *Eutrapelus tonsor dum cir-uit ora Luperci Expungitqve setas, altera barba subit.* Simi-s interpretis cunctatoris mentio in T. 2. Menagianorum p. 5. *M. Patru à été qvatre ans à traduire la premiere periode e l'Oraison de Ciceron pour le poëte Archias, encore n' ait il as rendu ces mots:* qvod sentio qvam sit exiguum.

(a) Non *Decium* sed Decimum hujus scriptoris prænomen sse docet Lud. Carrio libro emendationum & capite primo. Ab antiqvis librariis communiter *Ethicum* cognominari no-at Barthius in Adversariis Lib. VI. cap. 1. ut Martialem *oqvum*, Propertium, *nautam*, Ovidium *Getam*, Statium *Aqvilinum*, Prudentium *Amœnum*. Confer Nic. Antonium Bibl. Vet. Hispanæ lib. 1. p. 62.

erat, Domitianum (b) offendisset, per honorem militiæ qvanqvam octogenarius urbe summotus est, missusqve ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti, ut narrat Svetonius in ejus vita, qvamobrem *Histrionis exsul* vocatur à Sidonio IX. 270.

II. Exstant ejus *Satiræ XVI. in libros qvinqve digestæ*, ut primus qvinqve priores, secundus sextam, tertius & qvartus singuli ternas, qvintus reliqvas qvatuor complectatur.

Satira 1. alios poëtas perstringit, exposita causa cur ipse accesserit ad hoc genus scribendi 2. tangit Hypocritas 3. urbis incommoda 4. convivas Domitiani 5. parasitos 6 mulierum flagitia & scelera: 7. artium (c) neglectarum qverelam continet, & 8. de claritate natalium 9. perstringit cinœdos 10. vota inania

(b) Fallitur vetus Scholiastes qvi ad sat. 7. v. 92. nota Neronem à Juvenale pungi, & hunc propterea missum est in exsilium à Claudio Nerone. Fortasse legendum: *à Calvo Nerone*, id est à Domitiano. In Pentapolin Libyæ relegatum esse a Domitiano Juvenalem scribit Jo Malalas T. 1. Chronographiæ p. 341. cujus verba repetit Suidas in Lexico. Henricus vero Dodwellus V. C. qvi Juvenalis vitam perseqvitur in Annalibus Qvintilianeis, contendit eum sub Hadriano demum satiras edidisse, in exsilium ab eodem missum A. C. 119.

(c) Tarteronus præfat. ad Juvenal. *la septieme, qvinzieme & seizieme Satire ne furent pour lui qve des coups d' essay. Il commenca ses coups de maistre agé d' environ qvarante trois ans, & fit les treize autres dans le cours de vingt années, c'est à dire jusqv' à la troisieme du regne de l' Empereur Adrien, & se reposa ensuite, ou mourut.* Confer qvæ de Juvenali Franciscus Vavassor libro de ludicra dictione p. 242. seq.

inania & ridicula 12. luxum 12. heredipetas 13. docet ſcelera tandem non impunita abire, 14. de exemplis parentum, 15. de religionibus peregrinis, 16. de (d) privilegiis commodisqve militiæ.

III. Præſtantiſſimam Juvenalis editionem debemus V. C. Henrico Chriſtiano Henninio, in qva Poëtæ vita ex codice Iſaaci Voſſii auctior, & diſſertatio Nic. Rigaltii de Satira Juvenalis præmittitur ex edit. Pariſ. 1616. 12. tum Poëtæ verſibus per ſingulas paginas ſubjiciuntur veterum (e) Scholia ex editione P. Pithœi, Pariſ.

 1585.

(d) De auctore hujus Satiræ 16. videtur addubitare Grotius ad Lucæ III. 14. & Rutgerſius p. 338. Var. Lect.

(e) Non unius autoris eſſe qvæ P. Pithœus ſub veteris ſcholiaſtæ nomine vulgavit, ſatis eſt perſpicuum. Ante Pithœum in octavam ſatiram qvædam vulgaverat Georgius Valla, ſed non ita diligenter exſcripta, qvæ *Probo* auctori tribuit. Sed Valerii Probi, Berytii Grammatici eſſe neqveunt, qvæ in qvibusdam aperte ſapiunt ævum Imperatorum Chriſtianorum. Itaqve fuerint alterius Probi ſcriptoris Chriſtiani, de qvo Lupus Ferrarienſis Epiſt. 34. & 20. ubi ſatiram illius memorat, qva Ciceronem ac Virgilium cœlo intulit, contendens CHRISTUM morte ſua etiam paganis ſapientibus profuiſſe. *Petrum Bithium* Scholiorum in Juvenalem auctorem appellat Gonſalus de Salas ad Petronium p. 130. Sed verius videtur, centonem eſſe è variis & à variis conſutum, *alicubi*, ut ait Pignorius, *ſine delectu*. Et multa alia ejusmodi ſcholia in MSS. libris præterea occurrere eruditi obſervant, qvorum etiam non nulla affert in commentario ſuo Domitius Calderinus. Lambecius certe lib. II. de Bibl. Vindobonenſi p. 243. narrat ſe in veteribus MSS. reperiſſe ſcholia ad Juvenalem, qvæ à Pithœanis plurimum differ-

1585. 8. & integer Iſaaci Grangæi commentarius ibid. 1614. 4. excuſus. Seorſim deinde comparent commentarii Joh. Britannici (f) & Scholia Cœlii Secundi Curionis cum excerptis enarrationibus Georgii Merulæ. Hinc notæ & caſtigationes Theodori Pulmanni, P. Pithœi, Nic. Rigaltii: commentarii Domitii Calderini & ſelecta ex qvæſtionibus Angeli Sabini ſuper Juvenale, ex Georgii Vallæ, Antonii Mancinelli, Jodoci Badii Aſcenſii commentariis, ſcholiisqve Adr. Turnebi, Eilhardii Lubini, Bernhardi Autumni & Thomæ Farnabii. Has obſervationes excipit ſylloge notarum ab Henninio excerptarum è ſcriptis utriusqve Voſſii, Joſ. Scaligeri, Salmaſii, Grævii, Octavii Ferrarii, Barthii, Bocharti, Sam. Claverii, Ludovici Dorleans, Joſ. Ant. Gonſalii de Salas, Scioppii, Rutgerſii, J.F. Gronovii

differrent, ut fruſtra ex iis medelam locis hiulcis ſperaverit. Adde, ſi placet, qvæ Barthius LVI. 3. Adverſar. Noviſſime Jacobus Tollius Juvenalem edere voluit cum ſcholiaſte Veteri tertia parte aucto, è Codicibus ut mihi perſvadeo Vindobonenſibus.

(f) Jo. Britannicum non fuiſſe primum e recentioribus eruditis qvi Juvenalem illuſtravit, ex his ipſius Britannici verbis probe obſervat Bælius adverſus Cœlium Sec. Curionem: *Juvenalis Satiras etſi temporibus noſtris à nonnullis egregie litteratis Commentatoribus vel cum magna ipſorum laude enarratæ fuerunt, aggreſſi ſumus, qvod omnino animadverteremus in toto opere multa ab iis ſive incuria qvadam ſive conſulta opera præterita eſſe.* Prodiit Juvenalis cum notis Britannici & Vet. Schol. Brixiæ 1501. fol. cum commentario Domitii Calderini Rom. 1474. fol.

vii, Nic. Heinsii, Ez. Spanhemii Jac. Ouzelii, Philippi Rubenii & aliorum. Clarissimi deinde Almeloveenii & ipsius Henninii Spicilegia inseqvuntur cum peplo notarum ad veterum Scholia, concinnato ex Pithœi, Rutgersii, Almeloveenii, Henninii & aliorum observationibus. Deniqve succedit index omnium vocabulorum ad hanc editionem accommodatus, qvalem à Josepho Langio in Juvenalem & Persium nos habere supra in Persio dictum est, ubi & alias qvasdam insignes Juvenalis editiones memoravi, qvia hi duo Satirici fere junctim edi solent. Cæterum Henniniana editio Juvenalis de qva hactenus dixi, lucem adspexit Ultrajecti 1685. 4. Duabus *Gallicis* versionibus eidem memoratis qvarum una Andreæ Qvercetani est, altera Marollesii, adde tertiam à Tarterono concinnatam Paris. 1689. 12. & qvartam Silvecani, qvi versibus Gallicis reddidit & obscuriora loca notis adjectis explicavit. ibid. 1690. 1691. 12. 2. volum.

Tertia Tarteroni recusa etiam est Amst. 1695. 12. qvi prosam Gallicam latino Juvenali è regione posito addidit, prætermissis subinde ad editionis Coloniensis Anno 1610. 8. ad Pratei, Rodelli & Josephi Juvencii (g) exemplum locis ob-

(g) Prodiit Juvencii editio Rothomagi 1697. 12. *Qvi Commentarios, inqvit, & notas in Juvenalem ediderunt, alii qvia breviores ideo obscuri, alii qvia prolixiores, obtundunt potius qvam juvant; alii deniqve fœdos qvosdam locos illustrare contendunt, qvos obscurare ac premere debuerant; hæc tria fugere diligenter studuimus.*

obſcœnis, propter qvam fœditatem Cæſar Scaliger III. 98. Poëtices ait *ſe vel jubere vel optare toto opere abſtinere virum probum.* Et Octavius Ferrarius, qvi hujus Poëtæ multa loca egregie illuſtrat II. 14. electorum, ait ſe plenum commentarium dare meditatum, *ſed abſterruit* inqvit, *freqvens obſcœnitas. Non enim conſilium emaſculare, qvod infortunium Hiſpano Poëtæ* (Martiali) *contigit, qvi inteſtabilis factus eſt, & ſi laniena placuiſſet, totus fere excidendus erat. Plurima enim ut cenſet Cæſar Scaliger, in eo occurrunt non modo non explicanda ſed ne legenda qvidem boneſto Viro.*

Juvenalem *Italica* Metaphraſi poſt veterem Georgii Summæ translationem donavit Fredericus Nomius, cujus etiam latinæ Satiræ ſedecim, felici genio ad Juvenalis imitationem elucubratæ exſtant.

Anglica Rob. Stapletonus Oxon. 1644. 8. & Londin. 1660 fol. cum animadverſionibus & iconibus ære deſcriptis, Bartholomæus Holyday Oxon. 1673. fol. Noviſſime etiam Jo. Drydenius. Sed & illuſtris Stepneus qvædam Juvenalis Anglico carmine haud inſcite reddidit.

Hiſpanica Diegus Lopez. Madrit. 1642. 4.

Belgica Valentinus, Lugd. Bat. 1682. 12. *Germanica* Johnſonus Henninio inſpectus.

Hadriani Valeſii & Jo. Bourdelotii notas ad Juvenalem & Perſium in lucem edendas Pariſiis ſcripſit Clariſſ. Jacobus Bernardus in novellis Reip. litterariæ A. 1700. T. 1. p. 357.

Si

Si inter ſe conferantur triumviri Satiræ veteris latinæ, Juvenalis, Perſius & Horatius, libenter ſubſcribo ſententiæ Jo. Baptiſtæ Capellii, qvam hoc diſticho fuit complexus:

Acrior eſt Aulus, florentior eſt Juvenalis,
Plus Venuſina ſapit ſeria Muſa jocis.

CAPUT XIX.

DE SEX. JULIO FRONTINO.

Frontini ætas. 1. *Libri de aquaductibus.* 2. *Strategemata.* 3. *De Coloniis.*

I. SEXTUS JULIUS FRONTINUS (a) Vir Conſularis, Veſpaſianorum, Domitiani, Nervæ & Trajani temporibus floruit, variisqve muneribus functus ſub Trajano deceſſit, Succeſſorem in auguratu habens (b) Plinium Juniorem. Monumentum ſibi exſtrui vetuit his verbis: *Impenſa monumenti ſupervacua eſt, memoria noſtri durabit ſi vita meruimus.*

II. Ex-

(a) Fallitur Gaddius, qvi T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis pag. 193. ait hunc Frontinum fuiſſe Rhetorem Alexandri Severi. Sed idem cum noſtro videtur qvi ab Æliano in Tacticis, à Dione & Martiali appellatur Fronto. Vide Sixtum Arcerium ad Ælian. p. 93. 94. 98. Sane Frontonis & Frontini nomina confuſa olim fuiſſe patet etiam ex Luciano de ſcribenda hiſtoria T. 1. p. 616. edit. Amſt. Effigies Frontini in numo Smyrnæorum apud Sponium Miſcell. pag. 140. Vide & Jac. Gronovium T. 3. Theſauri Antiqv. Græcarum. 71.

(b) Vide Plin. lib. 4. Epiſt. 8. & lib. 9. Epiſt. 19.

II. Exſtant libri duo *de aqvæductibus urbis Romæ*, qvos ſcripſit, cum aqvarum officium ei à Nerva injunctum eſſet. Aliqvoties prodierunt una cum Vitruvio, ex Jocundi Veronenſis caſtigatione Florent. 1513. 1522. 8. Argent. 1543. 4. & adjecti ſunt Onuphrii Panvinii de Rep. Romana commentarii cum Joh. Obſopœi notis Pariſ. 1588. 8. Occurrunt etiam in editione ſcriptorum Frontini Keucheniana. Noviſſime eos tomo IV. theſauri Antiqvitatum Romanarum Clariſſ. Grævius inſeruit additis notulis Keuchenii, & ſubjectis tribus diſſertationibus eruditiſſimi Viri Raphaëlis Fabretti de eodem argumento, qvæ lucem viderant Romæ 1680. 4. & Frontino non mediocrem lucem afferunt. Vide etiam, ſi placet, Aldum Manutium in qvæſitis per Epiſtolam T. IV. Lampadis artium Gruterianæ p. 181. ſeq. Jac. Cujacii Obſervationes XVI. 17. & Lipſii admiranda Urbis Romæ III. 11. Manuſcriptus codex qvo Poggius (c) primum uſus ad vulgandum hunc librum, exſtat in Bibl. montis Caſſini, ut refert Mabillonius T. 1. muſei Italici p. 133.

III. *Strategematicon* (d) ſive de ſollertibus Ducum Græcorum, Romanorum & aliorum in bello factis & dictis *libri III.* qvibus deinde adjun-

(c) Poggius ipſe in deſcriptione ruinarum urbis Romæ teſtatur hos ſe libellos reperiſſe absconſos abditosqve in monaſterio Caſinenſi.

(d) Idem argumentum Græce octo libris poſt Frontinum exſecutus eſt *Polyænus*, qvem Iſaaco Caſaubono debemus. De eo dixi in Bibliotheca Græca lib. IV. cap. 15.

adjunxit *qvartum*, in qvibus, ut ipſe ait, exempla potius ſtrategicon ſive diſciplinæ militaris qvam ſtrategematicon exhibentur. Primam editionem horum librorum Keuchenius exiſtimavit eſſe qvæ Pariſ. 1513. cum Vegetio ac Solino prodiit, ſed exſtat altera longe antiqvior Bononenſis A. 1495. ex caſtigatione Philippi Beroaldi. Video etiam laudari editionem Jocundi Veronenſis. Diu poſt Vegetius & Frontinus cum notis *Franciſci Modii* Brugenſis lucem viderunt Coloniæ 1580. 8. Deinde cum ejusdem Modii notis & *Godeſchalci Stevvechii* conjectaneis Lugd. Bat. 1592. 8. 1607. 4. & Veſaliæ Cliviorum 1670. 8. Prætera cum notis *Petri Scriverii*, Lugd. Bat. 1644. 12. inter alios ſcriptores rei militaris, Vegetium latinum, & è græco verſos Æneam, Ælianum & Polybii de caſtrametatione Romanorum eclogam. Et inter alia Frontini ſcripta cum notis Rob. Keuchenii Amſt. 1661. 8. Deniqve cum notis *Sam. Tennulii* qvi *Franciſci Gvieti, Joh Frid. Gronovii*, & aliorum virorum doctorum animadverſionibus & qvatuor Codicibus MSS, uſum ſe profitetur. Lugd. Bat. 1675. 12.

Italicam verſionem Jo. Baptiſtæ Pii Gaddius celebrat: exſtat & alia M. A. Gandini. *Gallice* vertit Ablancurtius. *Hiſpanice* Gvillenus & Didacus Gratianus de Avila. *Anglica* translatio prodiit Lond. 1539. 8. *Germanicam* deniqve Marci Tatii Leonhardus Fronſpergerus inſeruit parti primæ operis qvod ſpeculum bellicum inſcripſit.

Lu-

Lucam qvoqve Holſtenium in Frontino illuſtrando elaboraſſe didici e Marqv. Gudii Epiſtolis. Hodie autem illam ſpartam ornandam in ſe ſuſcepit eruditus Danus, Nicolaus Benzonus, ut mihi ſignificavit cum ante aliqvod temporis in hac urbe verſaretur.

IV. *Libri de Coloniis* duplex idqve longe diverſum exemplar occurrit, de qvorum utroqve & de iis, qvæ ſub Frontini nomine inter ſcriptores agrimenſorios leguntur, *de qvalitate & liminibus agrorum* cum *Aggeni Urbici* in Frontinum commentariis, dixi infra libro IV. c. 11. Nunc ſufficiat notaſſe editiones duas omnium ſcriptorum Frontini hactenus memoratorum, qvarum alteram debemus Petro Scriverio Lugd. Bat. 1607. 4. cum Vegetio aliisqve rei militaris ſcriptoribus, alteram Roberto Keuchenio Amſt. 1661. 8. qvi notas non indoctas addidit.

V. Libri de ſcientia militari, qvos ante libros Strategematum ad Trajanum ſcripſit Frontinus, temporum injuria perierunt. Vide Stewechium ad Veget. lib. 2. cap. 3. Voſſium de Hiſt. Latinis p. 737. Naudæum Bibliographiæ militari p. 44. &c.

CAPUT XX.

DE M. VALERIO MARTIALI.

Martialis (a) *ætas.* 1. *Epigrammata.* 2. *Editiones.* 3. *Suppoſita Martiali.* 4. I. M.

(a) Alius Gargilius Martialis, hiſtoriarum ſcriptor, Vopiſco

I. M. VALERIUS MARTIALIS, ex Bilbili Celtiberiæ oppido, Hispanus, sectator Epicuri scribendiqve Epigrammatis non insulsus (b) artifex at scurrilis interdum ac freqventer obscœnus (c), Domitiani, Nervæ & Trajani tem-

sco ac Lampridio memoratus ac fortasse Sidonio IX. Epist. 14. ubi Juvenci Martialis historiam memorat. Fenestella qvoqve Annalium conditor, Martialis dicitur à Fulgentio lib. 3. Mythol. Confer Savaronem ad Sidonium p. 580. Notus præterea Martialis Lemovicensium Apostolus; sub cujus nomine Epistolæ binæ, sed spuriæ exstant latine, qvas Geverh. Elmenhorstius notis illustravit Hamb. 1614. 4. Gargilius Martialis de cura boum, huc usqve ineditus fuit in Bibl. Isaaci Vossii. De hoc Cassiodorus c. 28. divinar. lect. *De hortis scripsit pulcherrime Gargilius Martialis, qvi & nutrimenta olerum & virtutes eorum diligenter exposuit.* Eodem opere usus Palladius de re rustica lib. IV tit. 9. & alibi. Martialem Medicum Erasistrateum, cujus libri duo Ἀνατομικῶν tunc exstabant, qviqve Galeno annum ætatis trigesimum qvartum agente jam erat septuagenarius, memorat libro de scriptis propriis T. 4. p. 362. Prætereo L. Cincium L. Fil. Martialem in vet. inscriptione apud Sponium p. 59. Misc. De nostro Martiali Epigrammatum Poëta multis agit Nic. Antonius Bibl. veteris Hispaniæ lib. 1. cap. 13. qvem si placet vide. Apud Lampridium in Alex. Severo c. 38. laudatur *Martialis coci Epigramma*, sed in antiqvis Codd. & prima edit. vocabulum *coci* desideratur teste Salmas. itaqve non opus Meursii emendatione c. 13 auctar. Philolog. qvi pro *coci* legebat *coce* qvod putabat scriptum pro qvoqve. Sane Martialis à recentioribus dicitur *Cocus* ut à Jo Sarisberiensi VI. 3. Policrat. Jacobo Magno Toletano in Sophologia &c.

(b) Vide præter alios Franciscum Vavassorem in libro de Epigrammate.

(c) Michaël Verinus castissimus juvenis in distichis:

Car-

tempora ingenio ſuo illuſtravit, ſenex autem urbe relicta patriam ſuam repetens, in illa obiit ſub eodem Trajano.

II. Exſtant ejus *Epigrammatum libri XIV.* qvorum penultimo *Xeniorum*, ultimo *Apophoreton* (d) titulum ipſe auctor inſcripſit. Qvi vero Epigrammatum libris præmittitur *liber ſpectaculorum*, eruditis non improbabili conjectura videtur eſſe collectio carminum non ab uno Martiali ſed à variis poëtis conſcriptorum in ſpectacula fratrum Titi ac Domitiani, edita fortaſſe à Martiali, qvi inſertis propriis qvibusdam Epigrammatis illam συναγωγὴν locupletavit.

III. Editio princeps Martialis, qvam Scriverius in cœlum laudibus extollit, Romana eſt Anni 1473. fol. Hanc aliæ ſunt inſecutæ ut Mediolanenſis 1483. fol. cum commentariis *Domitii Calderini*, & Aldina 1501. 8. qvam habeo collatam cum MS. Codice ab Obadia Trevv. & ceteræ qvam plurimæ, qvæ apud Nic. Antonium in Bibl. veteri Hiſpana T. 1. p. 65. ſeq. videri

Carmina ſunt fateor pulcherrima vatis iberi,
Ad mores faciunt non tamen illa bonos.

Hic eſt Verinus, qvi anno ætatis XVIII. moriturus, hæc de ſe, diſticho 318.

Promittunt Medici Venerem mihi ferre ſalutem,
Non tanti vita ſit mihi certa ſalus.

Andream Naugerium nobilem Venetum refert Jovius in elog. qvotannis recurrente geniali die, ſcripta Martialis ſolennibus flammis ſolitum uſtulare, manibus Catulli annuum ſacrificium.

(d) Apophoreta Martialis ſimili diſtichorum libello imitatus eſt vir ſummus Hugo Grotius p. 351. ſeq. Poëm.

deri possunt. Mihi suffecerit præcipuas tantum retulisse hoc loco, ut Parisiensem A. 1617. fol. qvæ *indicem* omnium vocabulorum auctore *Josepho Langio*, ex edit. Argent. 1595. 12. adjectum habet, præterea instructa est commentariis doctorum virorum, notisqve Domitii Calderini, *Georgii Merulæ* Alex. *Theodori Pulmanni*, *Hadr. Junii*, *Nic. Rigaltii*, (e) *Christophori Coleri*, *Steph. Claverii*, *Fed. Morelli* & *Ramiresii de Prado* Hispani in librum spectaculorum & qvatuor primos Epigrammatum libros (f) atqve adversus hunc commonitoriis *Claudii Musamberti* Abbavillæi. *Theodori* item (g) *Marcilii* in librum spectaculorum & in XII. libros Epigrammatum, *Desiderii Haraldi*. In hac editione occurrit qvoqve *Metaphrasis Græca* felicissima selectorum Martialis Epigrammatum composita à viro summo *Josepho Scaligero* & cum Is. Casauboni præf. edita Paris. 1607. 8. atqve inter Poëmata Scaligeri P. Scriverio curante Lugd. Bat. 1619. 12.

Martialis tertiis *Matthæi Raderi* Jesuitæ curis illustratus, (h) Moguntiæ 1627. fol. Prima editio

Gg

(e) Confer Rigaltii notas ad Artemidor. p. 58. seq.

(f) Prodierant Paris. 1607. 8. Insolentem typhum hujus Ramiresii perstringit Tho. Gatakerus c. 26. & 39 Adversar. Confer Nic. Antonium p. 66. 67. laudatæ ejus Bibl. veteris Hispanæ.

(g) Marcilii notæ prodierunt Paris. 1584. & perstringuntur à Jos. Scaligero in diatriba missa ad Scriverium. Heraldi observationes editæ ibid. 1602, 4.

(h) Observandum est, Raderum obscœna prætermisisse.

Nobis

tio lucem vidit An. 1602. altera 1611. fol. Ingolstadii. De prima sic Josephus Scaliger Epist. 159. ad M. Velserum : *Valde laudo operam Raderi vestri in Martialem. Itaque me auctore multi emerunt librum illum, ut ego pretium illius excandefecerim. Laudo, inquam, eruditionem hominis & candorem Germanicum, qui sine ulla rubigine & maledicentia tam bene de bono scriptore meritus sit.* Confer Velseri Epist. 21.

Jani Gruteri editio ad MS. Palatinum castigata cum notis, Francof. 1596. 12.

Martialis ex accuratissima recognitione *Petri Scriverii*, cum notis ejusdem Scriverii, *Jan. Gruteri*, *Jos. Scaligeri*, *Jo. Brodai* (ex libro X Miscellaneor. T. IV. Lampadis artium Gru-
teria

Nobis inqvit, *non licet esse tam latinis, qvi Musas colimus pudiciores.* Adde Jac. Du Porti poëmata p. 179. & Tho. Crenii animadvers. parte III. p. 18. seq. Ceterum primus qvi ex Martiali loca nupta resecuit fuit *Gesnerus* si credas Gruteri Epist. ad Jungermannum, inter Gudianas p. 210. Martialis ex Gesneri castigatione prodiit Tiguri 1544. 8. cum notis *Jac. Micylli.* Sed pridem ante Gesnerum Parisiis An. 1514 idem fecerat *Franciscus Sylvius* Ambianas. Vide Vavassorem libro de Epigrammate p. 255. seq. & Bælii Lex. T. 3. p. 2717. Etiam A. 1535. & 1554. Martialis lucem vidit qvi castus & ab omni obscœnitate purgatus in fronte voluminis dicitur. Etsi librum titulo haud respondere observat idem Vavassor p. 25. *Edmundi Augerii* Jesuitæ, Martialis ab omni turpitudine vindicatus. Antw. 1568. 8. apud Plantin. *Andreæ Frisii* Galli Rom. 1608. 8. & Lugd. 1618. minore forma. His accedit deniqve Martialis à *Josepho Juvencio* è Soc. Jesu Parisiis ante paucos annos editus, & *Petri Rondelli* editio, qvi libros qvinqve Epigrammatum è Martiale selectorum cum notis suis vulgavit Tolosæ 1680. 8.

terianæ) *Hadr. Turnebi, Angeli Politiani, Justi Lipsii, Jani Rutgersii & Isaaci Pontani.* Lugdun. Bat. 1619. 12. insignis neqve ubivis obvia editio.

Schreveliana Martialis editio cum notis integris *Thomæ Farnabii* & selectis variorum Lugd. Bat. 1656. 1661. Amst. 1670 8.

Collesiana qvam in usum Dephini adornavit *Vincentius Collesius* Paris. 1680. 4. recuderunt Londinenses Anno 1701 8. & eodem anno Amstelod. 8. Hugvetani, emendatam variis locis tum in libro ipso, tum in indice omnium verborum, & numismatis antiqvis illustratam à Ludovico Smids, Med. D.

Librum spectaculorum & primum Epigrammatum prolixis commentariis illustravit *Nicolaus Perottus* de Saxo Ferrato Archiepiscopus Sipontinus qvi sæpius editi sunt sub invidiosa inscriptione *cornu copiæ*, Venetiis ap. Aldum, 1513. Tusculani & Basileæ 1526. fol.

Balthasaris Bonifacii conjecturæ in Martialem prodiere Venet. 1635. 4.

Cæsaris Zaroti de Medica sive Philosophica Martialis tractatione commentarius, ib. 1657. 4.

Martialis *Gallica* prosa redditus à *Michaele de Marolles*, Paris. 1655. 4.

Hadr. Beverlandi notæ ineditæ ad Martialem & Juvenalem MSS. memorantur in novellis Reip. litterariæ A. 1699. T. 1, p. 468.

IV. Epigrammata qvædam Martiali perperam tributa & ab Hadriano Junio inserta P.

Scriverius rejecit ad calcem ſuæ editionis. Scriverium ſecuti plures, ut Schrevelius in edit. Amſtelod. 1644. 12. in qva *Jo. Frid. Gronovii* notæ in loca qvædam etiam occurrunt. Tamen in illis à Scriverio rejectis nonnulla Martiale haud indigna legi judicat Nic. Antonius Bibl. vet. Hiſpanæ T. 1. p. 67. Adſcribam & hæc ex Chriſtiani Daumii viri doctiſſimi notis ad Catonis diſticha p. 140. *Martialis nomine ὑποβολιμαῖος ſcriptor laudatur Hieronymo Paduano libro* undiqve ſuſcepto *cap. 6.* Alterius cenſor, cenſor & eſto tuus. *Niſi is forte Godfridus Wintonienſis eſt, qui vixit A. 1107. & teſte Baleo centur. 2. c. 59. f. 168. & ex eo, Joanne Pitſeo p. 192. 193. ſcripſit Epigrammata Satirica, qvorum initium :* Undiqve ſuſceptum qvi miſcuit &c.

CAPUT XXI.

DE C. CORNELIO (a) TACITO.

Taciti ætas. 1. Annalium libri 2. Hiſtoriarum. 3. Vita Agricolæ. 4. De Germanis. 5. Dialogus de cauſis eloqventiæ. 6. Editiones Taciti. 7. Verſiones. 8.

I. C. CORNELIUS TACITUS Eqves Romanus, gener Cn. Julii Agricolæ, ſub Veſpaſianis, Domitiano, (b) Nerva (ſub qvo conſulatum

(a) Alius, ut videtur, Cornelius Verus Tacitus in inſcriptione veteri apud Reineſ. qvem vide p. 307. Epiſt. ad Boſium: & Bælii Lex. in Tacito, nota (k) p. 2829.

(b) Vide qvæ Lipſius in vita Taciti, & ad lib. 1. Hiſt. c. 1.

tum gessit Anno U. C. 850. CHRISTI 97. suffectus T. Virginio Rufo) & Trajano varios honores gessit, scriptis vero suis prudenti & arguta brevitate disertis immortalem sibi laudem & gloriam comparavit.

II. Exstant ejus *Annalium* (c) qvo opere res Romanas à Tiberii principatu ad mortem Neronis usqve persecutus fuerat Tacitus, *libri* (d) *VI. primi* qvorum qvintus mutilus est, sextus qui integer ad nos pervenit, in Tiberii excessu desinit. Deinde post qvatuor librorum (e) lacunam *liber undecimus* ἀκέφαλος *ad librum XVI.*

(c) Sic ipse vocat IV. 32 ut fallantur qvi Ephemerides sive Acta diurnalia appellant, à qvibus diserte distinguit XIII. 31. Annales vero & Historiæ qvomodo differant, vide apud Gellium V. 18. Primo annales fuerunt, post Historiæ factæ sunt, si credimus Victorino in 1. Rhetoricorum Cic. p. 82.

(d) Andreas Alciatus in Encomio Historiæ ad Galeacium Vicecomitem ait Leonem X. Pontificem M. qvinqve primos Taciti libros à Barbaris redemisse. Qvinam illi Barbari sint docet Lipsius ad illa verba lib. 2. Annalium c. 9. *Flumen Visurgis interfluebat. Mutua Romanorum Germanorumqve clade nobilis amnis, cui famam præcipue Tacitus dedit, & ipse Tacito, (mirum fatum) vitam. Nam qvinqve hi primores libri inventi Corbejæ qvod monasterium ad Visurgim est. Atque illinc depromptum vere hunc thesaurum Qvæstor qvidam Pontificius ad magnum Leonem detulit, donatus ab eo aureis qvingentis.* Hinc gloriam Corbejæ & splendorem veritatis ab Alciato obfuscatam qveritur Vir Cl. Christianus Franciscus Paulini in Theatro illustrium virorum Corbejæ Saxonicæ. Qvinqve illi libri primum editi Romæ A. 1515. cura Philippo Beroaldo à Pontifice commissa.

(e) Lipsius juvenis supplementa Taciti scribere molitus est, sed postea abjecit consilium.

XVI. (f) *sed extrema parte mutilum* à C. Valerii Asiatici sub Claudio Imp per inimicorum fraudes ad voluntariam mortem adacti exitio ad interitum Thraseæ & Pæti qvem Nero mori jusserat.

III. Ab his Annalium libris diverso (g) scriben-

(f) If. Vossius notis ad Melam p. 40. hæc allegat verba ex Taciti libro vigesimo : *Per Gallias edixere, ut missis legatis in commune consultarent.* Exstant lib. 4. Hist. c. 67.

(g) Fateor, mihi olim minus absurdam visam fuisse Antonii Qværengi opinionem, qvi uti Leo Allatius in apibus urbanis p. 45. auctor est singulari scripto probandum susceperat, Taciti libros falsa conjectura dividi in duo genera atqve opera diversa Historiarum alterum, alterum annalium, itaqve verisimile videri libris illis qvinqve historiarum cœpisse operis Historici qvod â Tacito exaratum memorat S. Hieronymus, partem posteriorem fusius & accuratius perscriptam ab excessu Neronis Imp. fuisse qvi in ordine librum XVIII. XIX. XX. XXI. & XXII. Sed lectis iis qvæ hac de re à Clariss. Bælio in Lexico p. 2825. & 2827. disputata sunt, accuratiusqve perpendens verba Hieronymi lib. III. in Zachariæ cap. XIV. *Cornelius qvoqve Tacitus qvi post Augustum usqve ad mortem Domitiani vitas Cæsarum triginta voluminibus exaravit,* & considerans spatium temporis qvod libris qvinqve Historiarum scriptor perseqvitur, nondum integri biennii, cum tamen ab excessu Neronis ad Domitiani exitum majus qvam duodetriginta annorum spatium intercedat, idqve pluribus, maximis ac perqvam variis eventibus insigne, saltem dubiam illam Qværengi sententiam atqve incertam esse affirmo, qvoniam nisi valde dissimilis sibi fuit Tacitus, non minore qvam viginti qvinqve librorum spatio illa pertexere potuit. Accedit qvod in qvinto Historiarum libro hodie leguntur, qvæ repetit è qvinto Taciti libro Tertullianus lib. de spectaculis. Qvæ vero c. 16. Apologetici ubi iterum qvintus liber laudatur, proferuntur, exstant libr

bendi genere exarati fuere à Tacito *libri Historiarum*, qvorum *qvinqve primores* ſimiliter ſuperſunt (niſi qvod qvintus extremo mutilus eſt) & complectuntur res à conſulatu Galbæ & Titi Vinnii usqve ad pacem initiam inter Cerealem Romanum & Civilem Batavum, qvi audita Vitellii morte turbas excitaverant.

Non deſunt Viri docti, qvi libros Hiſtoriarum à Tacito ante Annales ſcriptos eſſe contendunt, qvoniam ipſe XI. 11. Annalium ad illos lectorem remittit: *Utriusque principii rationes prætermitto, ſatis narratas libris quibus res Imperatoris Domitiani compoſui.* Ut adeo orſus fuerit Tacitus ab Imperatoribus ætatis ſuæ conjunctioribus, deinde ad priores ac remotiores dicendos ſe converterit, qva ratione Plutarchum qvoqve in vitis ſuis pertexendis uſum fuiſſe notat Jo. Rualdus in ejus vita c. 21.

Qvod ſi vita ſuppeditet, inqvit Tacitus lib. 1. Hiſtoriar. cap. 1. *principatum divi Nervæ & imperium Trajani, uberiorem ſecurioremque materiam ſenectuti ſepoſui.* Sed hoc opus nunqvam perfeciſſe videtur, etſi ſunt qvi tradant annum ætatis octogeſimum attigiſſe. Ceterum ex hoc

bro 16. Annalium, ubi numerum potius corruptum velim cauſſari vel memoriam Tertulliani vacillantem, qvam cum Briſſonio ad leg. Codicis Theodoſiani de ſpectac. p. 17. mihi perſvadere, aliter olim Taciti fuiſſe libros digeſtos. ProQværengi tamen opinione facit qvod utrinqve Tertullianus ſine diſtinctione operis, tantum numerum librorum laudat, & qvod Hierooymus illos triginta teſtatur cœpiſſe *poſt Auguſtum*, qvo tempore Annalium libri ordiuntur.

ipſo loco conſtat Hiſtorias à Tacito ſcriptas Nerva jam defuncto.

Locum è Tacito laudatum ab Oroſio VII. 3. atqve inde ab auctore Hiſt. Miſcellæ, pro ſuppoſititio habet Joannes Maſſon, V. C. in Jani templo reſerato p. 48.

IV. Exſtat præterea Soceri ipſius, *Cn. Julii Agricolæ*, Viri Conſularis & Britanniæ Præfecti, *vita* qvam præter *Matthiam Berneggerum* & *Julium Salinerium* ſeorſim illuſtravit *Michaël Virdungus*, Norimb. 1637. 8. *Marcus Zuerius Boxhornius*, (h) Lugd. Bat. 1642. 12. *Auguſtus Buchnerus*, Lipſ. 1673. 1683. 8. &c. Confer etiam, ſi placet, *Jo. Andreæ Boſii* emendationes, in ejus Epiſtola 78 ad Reineſium. Et *H. Savilii* notas ad Taciti Hiſtorias & Agricolam ex Anglico latine verſas ab Iſaaco Grutero, Amſt. 1649. 12. Gallica verſio hujus libelli qvæ Pariſiis 1639. 12. ſine auctoris nomine edita eſt, *Hoberium* auctorem agnoſcit à qvo Terullianum de patientia & de oratione Gallice verſum habemus. Vide Colomeſii Bibl. ſelectam p. 20.

V. *Libellus de ſitu, moribus populisqve Germaniæ*, qvam è vicino Belgio cui regendo procurator erat impoſitus, propius cognoſcere Tacitus potuit. Hunc libellum ſeparatim cum notis Criticis & collectione monumentorum veterum de ſtatu Germaniæ edidit *Hermannus Conringius* Helmſt. 1635. 1652. 1678. 1687. 4. ut editio

(h) Scripſit etiam Boxhornius vindicias ſuorum in Tacitum Agricolam commentariorum adverſus Anonymum.

tionem *Poggii* Flor. ad calcem Diodori Sic. Venet. 1493. fol. *Jodoci Willichii* Francof. ad Viadrum 1551. 8. *Andreæ Althameri* Norimberg. 1529. 8. *Beati Rhenani* in libris rerum Germanicarum, *Simonis Schardii* in Tom. I. de rebus Germ. & *Philippi Cluveri* in limine Germaniæ antiqvæ prætеream. Etiam cum *Georgio Casp. Kirchmajeri* τȣ̃ μακαρίτȣ observationibus seorsim prodiit Wittembergæ 1664. 8. *Matthiæ Berneggeri* qvæstiones Miscellaneæ in Taciti Germaniam & Agricolam Argentor. 1640. 8.

VI. Solet etiam Tacito à qvibusdam tribui *Dialogus de corrupta Eloqventia*, de qvo supra in Qvintiliano dictum. Gallice vertit *Girius*.

VII. Editiones & Interpretes Taciti Clariss. Hankius de Rom. rerum scriptoribus, Tho. Crenius VIII. animadvers. aliiqve magno numero recensent, ex qvibus præcipuos hic commemorabimus, prætermissos ab illis addituri. Prima Annalium editio Veneta 1468. fol. apud Joannem Spirensem, laudatur à Chevillerio de origine typographiæ Paris. pag. 39. Historiarum libri post Romanam edit. An. 1495. excusi itidem Venet. 1497. fol. Prodiere etiam Annales Mediolan. 1516. 4. & apud Aldum 1534. 4. & Basil. 1542. fol. Ab eo tempore non dubitandum est *M. Antonium Muretum* inter primos optime de Tacito promereri cœpisse, cujus notæ in qvinqve libros primores vulgatæ demum Ingolstad. 1604. 8. cum notis ad Sallustium.

Mureto prior ſua edidit Juſtus Lipſius (i) cujus commentarii doctiſſimi in Tacitum ſæpiſſime ſunt excuſi qvalibet forma. Præferri autem merentur, qvi contextum è qvinta ejus recenſione facta Anno 1595. & ſecundas illius curas, notisqve numeros adjectos habent. Easdem Lipſii obſervationes Tacito ſuo adjecit *Jo. Frid. Gronovius*, cum cujus notis & Rhenani, Urſini, Mureti, Acidalii, Freinshemii, aliorumqve & in his *Hugonis* etiam *Grotii* (k) in lucem emiſſus eſt Amſt. 1675. 8. & 1685. 8. 2. Vol. in qva utraqve editione etiam Variæ Lect. MS. Oxon. additæ à Jacobo Gronovio. Poſt Lipſium laude dignus *Janus Gruterus*, qvi cum Schediaſmatibus ſuis integrisqve decem virorum doctorum notis Tacitum à ſe recenſitum edidit Francofurti 1607. 8. *B. Rhenani* nempe, *Andreæ Alciati*, *Æmilii Ferreti*, *Marci Vertranii*, *Fulvii Urſini*, *Marcelli Donati*, *Franciſci Modii*, *Joſiæ Merceri*, *Curtii Pichenæ* & *Chriſtoph. Coleri*. Poſt Gruterianam prodiit Pariſiana 1608. fol. cum ſedecim virorum doctorum commentariis & notis. Nihil porro accuratius & ad uſum accommodatius eſt editione Taciti (*), qvam in ſectiones ſubdiſtin-

(i) Sunt qvi Lipſium plagii in Muretum ac Chifletium commiſſi arguunt, ſed ut videtur præter cauſam. Lipſium certe abſolvit ipſe Muretus XI. 1. Var. Lect. tantum præventum ſe à Lipſio qveritur. Confer Jac. Thomaſium de plagio & Crenium VII. animadverſ. pag. 43. ſeq. & p. 49. ubi de Chifletio.

(k) Prodierant in edit. Taciti 1640. 12. ap. Elzevir.

(*) Laudatur à Grotio Epiſt. 1092.

diſtinctam cum locis parallelis, & argumentis in ſumma qvaqve pagina adſcriptis, accuratiſſimoqve & locupletiſſimo indice adornarunt *Matthias Berneggerus* & *Job. Freinshemius.* Argent. 1638. 1664. 8. Sane Criticorum audacia non pauca in hoc præſtantiſſimo ſcriptore corruperat, ut Leo Allatius p. 108. de patria Homeri profeſſus ſit, illi ſe licentiæ ſingulari libro obviam iviſſe, ſed ad hanc rem nos qvidem non dubitamus illos duum viros longe aptiores fuiſſe Allatio.

Tacitus cum novis (l) cogitationibus *Ludovici Aureliani* ſive *de Orleans* ad Annales, Pariſ. 1622. fol.

Annibalis Scoti commentarii in Annales & Hiſt. Francof. 1592. fol.

Vincentii Lupani annotationes in Annales Taciti, Pariſ. apud Rob. Steph. 1556. 8.

Theodorus qvoqve *Ryckius* Tacitum de integro caſtigatum cum inſignibus animadverſionibus in lucem emiſit Lugduni Bat. 1687. 12. duobus vol.

Deniqve *Julianus Pichon* (m) luculentam ejusd. ſcri-

(l) Apud Colomeſium p. 209. ad Gyraldum legas, *novus ſed aliqvando ineptus cogitator Lud. Dorleans.* Res ipſa autem ſvadet Colomeſium ſcripſiſſe, *non ineptus cogitator.* Paſſim hic laudatur, qvandoqve etiam reprehenditur à Joanne Taſſino lib. de ludis ſæcularibus.

(m) In Tacito Pichonis hoc eſt ſingulare, qvod ſcriptorum nomina è qvibus notæ collectæ ſunt adponit, qvod in aliis ſcriptoribus in uſum Delphini editis omiſſum qveritur Jo. Clericus in Bibl. univerſali T. 10. p. 304.

ſcriptoris editionem in uſum Delphini adornavit Pariſiis 1682. 1687. 4. qvatuor voluminibus.

Scipionis Amirati diſſertationes & *Chriſtophori Forſtneri* notas politicas, ſimiliaqve in Tacitum ſcripta qvamvis alioqvi non inutilia Iani Gruteri diſcurſus, & Trajani Boccalini, Nic. Vernulæi, Chriſtophori Pflugii, Milleti ſive Mellieti, Pii Mutii, Virgilii Malvezzi, Jo. Henr. Bœcleri, Gabrielis Ackeleye, Amloti &c. prudentes prætermittimus, qvod ea ad Auctorem intelligendum ſæpe minus faciant, cujus affectata qvandoqve obſcuritas, ita videtur in majorem ejus gloriam & admirationem ceſſiſſe, ut πολιτικώτερα longe, multoqve plura interdum qvam de qvibus unqvam cogitavit, dixiſſe putetur. Sic ipſum Tacitum obſervant viri docti multorum dicta & facta in ſcriptis ſuis torqvere non in eum finem qvem illi qvi dixerant intendebant, imo ne qvidem de illo cogitabant, ſed qvem callida Cornelii diffidentia & perverſum ex ſuo ingenio alios judicandi ſtudium dictitabat. Contra eos qvi dictionem Taciti criminantur, vide qvæ diſputat Muretus volum. 2. Orat. 16. 17. 18.

VIII. In diverſas qvoqve lingvas Tacitus converſus legitur. Nam inter *Gallos* poſt Steph. Plancæum & Claudium Fauchetum Pariſ. 1582. fol. Francof. 1612. 8. Jo. Balduinum 1628. 4. Rudolphum le Maiſtre 1636. fol. Achillem Harlæum Chanvallonum Pariſ. 1664. fol. cele-

bre

ɔres interpretationes Perotti Ablancurtii 1651. ɜ. & Ameloti Huſſæi qvi primos ſex Annalium ibros Gallica veſte induit, & de claris Taciti interpretibus diſſertationem dignam lectu præmiſit libro, cui titulus *la Morale de Tacite*, ubi nter alias Ablancurtius (n) tanqvam parum ccuratus interpres perſtringitur. *Hetruſco* ermone reddidit Bernardus de Avanzatis ſed ta obſcure, adhibitis verbis obſoletis & ab uſu emotis, ut vix à Florentinis ſuis intelligi affirnet Janus Nicius Erythræus. Caninii verſio :alica Annalium lucem vidit Venet. 1544 4. 628. 4. Exſtat & verſio Scipionis Amirati, ım Adriani Politi, Rom. 1611. 4. & Georgii)ati, Francof. 1611. 8. & qvæ cum Balthaſaris Aımi aphoriſmis prodiit Venet. 1644. 4. *Hiſpanicè* ranſtulit Emanuel Sveyro Antvverp. 1613. althaſar Alamus Barrientus (cujus jam aphoıſmos Italice translatos memoravi) Madrit. 614. fol. Don Carlos Colomo, Antonius e Herrera &c. *Anglica* (o) qvoqve verſione Anna-

(o) Gvido Patinus T. 1. Epiſt. 314. *Monſieur Ablancour un habile homme. On le blame pourtant de s' être trop donné licence à ſon Tacite, & de fait je ne l' entens pas ſi bien qve le tin. Je ne ſuis point de votre avis touchant ces traductio, pas une ne me plaît. Il n' y en a point qui vaille le tiers ſon original, ſi ce n' eſt peut être les Metamorfoſes d' Ovide iduites par Renouard, & encore tout cela n' eſt bon qv' à ceux i n' entendent pas le latin.*

(o) Prodiit eadem verſio Annalium Anglica, cum libris ſtoriarum & vita Agricolæ ab H. Savili translatis & comıtario illuſtratis, Lond. 1612. fol.

nalium per Richardum Grenewey, Lond. 1604. edita usus est Jo. Freinshemius in comparatione versionum Taciti Angl. Hisp. Germ. Gall. 1, 2. & Ital. 1, 2. per qvatuor primos Annalium libros, subjecta specimini paraphraseos Cornelianæ, sive paraphrasi eorundem IV. librorum, Argentor. 1641. 8. *Germanice* translatum memini à Carolo Melchiore Grotnitzio fol. Jac. Micylli versionem Francof. 1612. editam laudat Schottelius. Freinshemius usus est antiqviore versione vulgata Mogunt. 1535. *Belgicam* duplicem exstare versionem narrat Borremansius unam Groenevvegenii & alteram Fenacolii Amstelod. 1645. 8. sed qvarum neutra vel ab ipsis possit intelligi Belgis. Qvare aliam politiorem fidelioremqve ab Hoofdio adornatam edi optat p. 109. Variarum Lectionum. Prodiit illa omnium plausu excepta Anno 1684. editore Gerardo Brand & novissime operibus Hoofdii junctim editis Amstelod. 1704. fol. tomo qvarto sive ultimo inserta est. Confer de nobili hoc scriptore & Belgarum Tacito Petro Cornelio Hoofdio, Petrum Francium Orat. XXIII. qvæ est de laude Amstelodami. Inter alia p. 305. refert qvod incredibile possit videri & à Gerardo Brand in Hoofdii vita confirmatur, Tacitum ab eo, ut dictionem ejus plane sibi redderet familiarem perlectum esse totum bis & qvinqvagies.

CA

CAPUT XXII.

DE PLINIO Juniore & XII. Panegyricis.

Plinii Junioris ætas.1. Epistolæ.2. Earum editiones. 3. Panegyricus.4. Aliorum veterum latinorum panegyrici.5. Plinii scripta deperdita.6. Liber de viris illustribus & Altercatio cum Hadriano Imp. male tributa Plinio.7.

I. C. PLINIUS SECUNDUS CÆCILIUS a) ex novo Como Italiæ Transpadanæ oppido, Plinium Majorem avunculum, Qvintilianum & Nicetam Sophistam Præceptores habuit, disertissimus in foro causarum Patronus: variis honoribus, iisqve maximis (b) in Republ. gestis, Imperatori Trajano charissimus obiisse videtur postremis annis ejus imperii. Vitam Plinii post Cataneum, Lycosthenem, Rittershusium & Christophorum Cellarium consignavit Saſ-

(a) A Josepho Scaligero vocatur *C. Plinius Secundus Cæcianus*. Sed vide Vossium lib. I. de Analogia c. 7. *Veronensem* appellat Beda de sex ætatibus, sive per errorem sive propter avunculum Veronensem Plinium, a qvo fuit adoptatus. Confer Jo. Mansionarii animadversionem de duobus Pliniis Veronensibus oratoribus.

(b) Cum consulari potestate in Bithyniam missus est à Trajano. Confer Gruteri inscript. p. 454. & A. Pagi ad A. LXIX. num IX. ubi disces consularem potestatem (civilem) diversam fuisse ab imperio consulari (militari). Etiam Consulem fuisse constat ex ipsius Panegyrico. Licet enim à Dione, Cassiodoro & aliis inter Consules non refertur, Trajanus tertium suum consulatum Anno CHRISTI 1000. resignavit, ut præter alios notatum Joanni Lightfooto p. 155. seq. opp. postum.

Sassius Gallicus interpres, & diligentissime Joannes Masson à qvo scripta Plinii vita editioni Oxoniensi Epistolarum A. 1703. 8. præmittitur. Castigantur in hac vita nonnulla tradita ab H. Dodvvello in Annalibus Statianis & Qvintilianeis, à qvo & ipso viro præstantissimo Annales Plinianos exspectavimus.

II. Exstant ejus *Epistolarum* florida ingeniosaqve elegantia insignium *libri decem*, qvorum ultimus Epistolas Trajani & Plinii mutuas de rebus gravissimis (c) scriptas complectitur, & Cun

(c) Inprimis notatu digna Epistola 97. cujus Tertullianu in Apologetico, Eusebius III. 13. Orosius, Paulus Diaconu Syncellus aliiqve meminerunt, in qva Plinius ex Imperator rogat qvomodo cum Christianis agendum sit in qvibus præter inflexibilem obstinationem nihil supplicio dignum po tuerit deprehendere. Epistola 98. respondet Trajanus con qvirendos non esse, delatos autem & convictos nisi Christia no nomini renunciaverint puniri oportere. Has duas Epistc las seorsim cum commentariis suis ediderunt Gerh. Jo Vo sius Amstelod. 1655. 12. D. Christianus Kortholtus, Kiloi 1674. 4. Easdem illustravit Franciscus Balduinus in com mentariis ad edicta veterum Principum Romanorum c Christianis, Basileæ ap. Oporin 8. Conr. Rittershusius i Principe Trajano, Amberg. 1608. Jo. Tesmarus, Marpur 1681. 4. Jo. Christophorus Artopœus in Philologia lo Pliniani de cognitione instituta adversus Christianos, & Ex iisdem ut opinor Epistolis ansa data fuit sutoribus fabul rum, ut duo crassissima figmenta excogitarent & nobis pr derent: qvorum unum in Lucii Dextri sive sinistri tenebrior potius commentitio chronico legitur, Plinium à Tito Creta Insula conversum ad fidem Christianam, septima Se tilis ad Novocomum Martyrium obiisse, qvod Bivarius 273. alio figmento probat, auctoritate nempe ementitori

T

Cunrad. Rittershusii commentariis illustratus est, qvæ separatim lucem adspexerunt Ambergæ An. 1609. 8. prmissa Plinii & Trajani vita.

Hh Qvo-

iti *Actorum* qvæ Zenas legis peritus & Apostoli discipulus ujus Paulus ad Tit. III, 13. meminit, in literas misit, scilicet. Hanc fabulam præter alios explodunt Rev. D. Tho. Ittigius n diss. de Patribus Apostolicis p. 101 seq. Marcus Zuerius oxhornius, in Hist universali p. 168. seq. cujus verba cum cholиis suis Jac. Thomasius suæ Plinii Epistolarum editioni ræmisit. Guil. Caveus in vita Titi Anglice scripta num. 9. & x ipsis Pontificiis Petrus Halloix ad vitam Ignatii T. 1 illutrium Ecclesiæ orientalis scriptorum p. 423. Alterum commentum occurrit in Pseudo Damasceni sermone de defunctis, p. 424. in vita Gregorii M. à Joanne Diacono scripta II. .4. Glycæ Annalibus p. 240. in legenda 46. Jacobi de Voagine & in Constantiensis Concilii reprobatione articulo-um Jo. Wiclefi, artic. 19. (ut alios jam omittam) qvo diitur Trajanus Imperator in vitam revocatus precibus S. Gregorii I. Papæ, veniamqve peccatorum suorum impetrasse. Hujus fabulæ non puduit Apologiam scribere Alphonum Ciacconium singulari diatriba, Franciscum de Mendoa lib. 2. de floribus Sacris, Problemate 6. Alphonsum Salmeronem T. 14. disp. 27. &c. sed ex ipsis Pontificiis eam merito rident *Alphonsus Tostatus*, *Dionysius Cartusianus*, *Dominicus Soto*, *Franciscus Suarez*, *Rob. Bellarminus* & *Cæsar Baronius* ap. Georgium Calixtum de bono perfecte summo pag. 66. qvibus adde *Blasium de Viega* & *J. Becanum* ap. Jo. Gerhardum Loco de inferno § 63. *Possevinum* & alios apud eundem Confess. Cathol. p. 246. edit. in fol. & apud. Gisb. Voëtium T. 5. disp. select. p. 538. sq *Gabrielem Naudæum* p. 4. Apologiæ pro viris doctis Magiæ postulatis, *Leonem Allatium* p. 123. seq. de libris Ecclesiasticis Græcorum, *Natalem Alex* Sec. 2. part 1. p. 113. *Paschasium Qvesnellum* ad Leonem M. diss 1. p. 285. *Halloixium* T. 1. de vitis illustrium scriptorum Oriental. p. 420. seq. *Dionysium Sammarthanum* in Hi-

Qvoniam Sidonius novem tantum libro
agnoſcere videtur (ut Jo. Manſionarius octo.
Hinc librum decimum, qvem à Petro Leandr
è Gallia in Italiam allatum primus A. 1502
vulgavit Hieronymus Avantius Veronenſis
pauci qvidam pro hypobolimæo habuerunt
qvos multis refellit Catanæus. Rectius alii re
liqvis eum præferendum putant. Vignoliu
Marvillius T. 3. Miſc. Hiſt. litterar. p. 197. *L
dixieme livre des Epitres du Jeune Pline eſt le chef
auvre de ce grand homme. Ses autres lettres ont a
grandes beautez, & des agremens ſinguliers pour l
gens qvi aiment les belles lettres, mais celles ci qvi re
gardent le miniſtere, ſont incomparables, principa
lement qvand elles ſe trouvent accompagneés des re
ponſes de Trajan, qvi leur aportent un grand luſtr
Jamais rien ne m' a fait mieux concevoir ce qve l
Romains apelloient* Imperatoria brevitas, *qve c
reponſes ſi breves & ſi ſages. Si les pours eſprits
meloient d' écrire, ils n' écriroient pas autremen
C' eſt là le plus haut point de le perfection.* Plin
imitatione Symmachus qvoqve libro decim
Epiſtolarum ſuas ad Imperatores Theodoſiun

Gr

Hiſtoria Gregorii M. & *Nic. Comnenum* in prænotionib
Myſtagogicis è jure Canonico &c. Gemina narratio
Dinocrate defuncto Perpetuæ precibus ex pœnis inferoru
liberato reperitur in actis Perpetuæ & Felicitatis à Luca H
ſteinio vulgatis, ſed qvam Theodoricus Ruinartus in ac
ſelectis Martyrum ante paucos annos editis, p. 89. 90. ta
tum abeſt ut in dubium vocet, ut dicat egregium illum l
cum eſſe ad probandum, mortuos poſſe à pœnis qvas patiu
tur per vivorum preces liberari.

Gratianum & Valentianum Epiſtolas fuit complexus.

III. Prima editio Epiſtolarum Plinii eſt Neapolitana an. 1476. fol. Hinc prodierunt Romæ A. 1490. 4. per Eucharium Silber, alias Franck, natione Alemannum, curante Pomponio Læto, qvi in Epiſt. dedicatoria ad Varinum Jamertum Innocentii VIII. Pontificis miniſtrum cubiculo, collatis a ſe & revolutis vetuſtis exemplaribus emendatas Plinii Epiſtolas teſtatur. Exſtat & editio Bononienſis A. 1498. 4. per Philippum Beroaldum, & Tarviſina: tum Veneta ap. Aldum A. 1504. in qva ex membranis Gallicis ad Aloyſio Mocenico Senatore Veneto in Italiam allatis nonnulla acceſſerunt, qvæ in prioribus deſiderabantur. Hinc Argentorati 1514. ex *B. Rhenani*, Baſileæ & Lugduni ex Andreæ Cratandri & iterum Baſileæ ex *Jo. Sichardi* recenſione prodierunt. Aliqvoties etiam recudit *Henricus Stephanus* cum Græcarum locum & ſententiarum interpretatione, & ad loca qvædam ſuis atqve generi ſui *Iſ. Caſauboni* notis, qvæ in ſecunda editione A. 1591. 12. demum acceſſere. Præterea exſtant cum commentario in primis laudato (d) *Joh. Mariæ Catanæi* Mediolan. 1506. fol. apud Alex. Minu-

 tia-

(d) In editionibus antiqvioribus, etiam *Catanæi*, ordinem librorum immutatum reperio pro nono enim poſuit librum octavum, pro octavo nonum. At in commentariis ipſum ſuis *Gaudentium Merulam* ſeqvi, qvi veteres ſcriptores Mediolani narravit, notat Carolus Mutianus Rufus Epiſtola 117.

tianum & Parif, 1601. 4. Genev. 1625, 1643. 4. ut omittam *Jani Gruteri* & *Claudii Minois* annotationes. Cum *Augusti Buchneri* animadverfionibus excufæ funt Plinii Epiftolæ Francofurti ad Viadrum 1644. 12. Ex recenfione *Marci Zuerii Boxhornii* Lugd. Bat. 1653. 1659. 12. Cum noti Buchneri, If. Cafauboni, H. Stephani & *Casp. Barthii*, cujus poftremi obfervationes ex eju Adverfariis Andreas Rivinus collegit. Jen 1650. 8. & Francof. ad Viadr. 1665. 8. additi Plinii & aliorum panegyricis. Cum notis Alberti Chriftiani Rothii Lipf. 1694. 8. Eximi editiones funt *Veenhufiana*, qvæ *Jo. Veenhufio* dige rente obfervationes excerptas variorum & *J. Frid. Gronovii* adjunctas habet Lugd. Bat. 1669 8. *Thomafiana* cum *Jac. Thomafii* eruditis de auctore & qvi eum illuftrarunt prolegomeni accurateqve felectis variorum & ineditis hactenus *Casp. Barthii* notis Lipf. 1675. 8. Hæc ἐκδοσις minus emendate repetita eft Halæ Saxonum 1686. 8. *Cellariana*, cum obfervationib & indicibus *Chriftophori Cellarii*, Lipf. 1693. 12. 1700. 12. Deniqve Oxonienfis à *Thoma Hear* V. C. caftigata ad MSS. & notas adjunctas vitamqve Plinii à doctiffimo viro Joanne Maffo no præfixam habens A. 1703. 8.

Gallica verfio elegans Epiftolarum Plinii a ctore Saffio (Mr. de Sacy, Avocat au Confei) prodiit 1701. 12. tribus voluminibus. In prim editione A. 1699. 12. tantum exftant libri qv tuor priores.

Bi

Binis epiſtolis lib. 2. Epiſt. 17. & lib. 5. Epiſt. 6. lluſtrandis, qvibus villas ſuas ruſticas deſcripſit 'linius, apprime faciunt ichnographiæ inſertæ Comiti ruſtico Pithœi & notæ Felibinii qvas Gallicæ harum Epiſtolarum verſioni adjunxit didítqve Pariſ. 1698. 12. Titulus libri : *Les lans & les deſcriptions de deux des plus belles maiſons le Campagne de Pline le Conſul, avec des remarqves ſur ous let batimens.* &c.

Epiſtolam qvintam libri tertii, & libri ſexti ;piſtolam decimam ſextam, qvibus ſcripta & nteritum Plinii majoris, avunculi ſui Plinius unior perſeqvitur, notis illuſtravit *Joannes Har-uinus* in limine Plinii Hiſt. naturalis.

IV. Ex variis orationibus, *qvas* in demon-:rativo & judiciali genere Plinius compoſuit, olus exſtat *Panegyricus Imp. Trajano dictus* cum b eo Conſul deſignatus eſſet Anno U. C. 855. Ianc pulcherrimam orationem, cujus ipſe b. 3. Epiſt. 13. & 18. meminit, una cum Epiſto-is ediderunt illuſtraruntqve Catanæus, Janus Gruterus, Boxhornius, A. C. Rothius, Tho. Hearne, & vir multis aliis nominibus præclare neritus de bonis litteris Chriſtophorus Cel-arius. His adde editionem Panegyrici Argen-oratenſem A. 1635. 4. cum notis variorum, col-ectore & editore Jo. Jacobo Stoeckero, & Oxo-nienſem Epiſtolarum & Panegyrici cum no-is vulgatam An. 1686. Seorſim qvoqve Pane-gyricum illuſtratum edidit *Juſtus Lipſius*, & Wit-ebergæ Anno 1674. 8. *Georgius Caſparus Kirch-*

mayerus. Exſtat etiam elegantiſſima editio in Belgio cum eruditis *Dom.* (e) *Baudii* & Variorum notis adornata Lugd.Bat.1675.8.

VI. Eadem Plinii oratio familiam ducit inter XII. PANEGYRICOS VETERES Variorum auctorum, qvi Plinii Epiſtolis ſubjiciuntur in editione Francof. ad Viadr.1650.1665.8. Reliqvi vero undecim etſi diu poſt Plinium ſcripti iſta occaſione à nobis recenſendi, hi ſunt:

II. Panegyricus Maximiano Herculeo & Conſtantino Auguſtis dictus, incerto auctore.

III. Claudii Mamertini Panegyricus dictus Maximiano Auguſto.

IV. Ejusdem Genethliacus Maximiani Auguſti.

V. Eumenii pro reſtaurandis Scholis Æduorum Auguſtodunenſibus oratio ad Conſtantii Cæſaris præfectum Galliarum.

VI. Ejusdem Epithalamius Conſtantino Aug. dictus.

VII Ejusdem Panegyricus dictus Conſtantio Imp. & filio ejus Conſtantino Magno.

VIII. Ejusdem gratiarum actio Flavienſium nomine, de remiſſis debitis à Conſtantino Auguſto.

IX. In-

(e) Baudius A. 1603. Lugduni Batavorum publicis prælectionibus Plinii panegyricum expoſuit. *Nec me deterret* inqvit, *ab hoc incepto, ſed potius cunctanti calcar admovet quicquid eruditiſſimus Catanaus, Livineus, & utroqve multis rebus potior Lipſius in eo genere elaborarunt — — Vix ulla recitatio noſtra caret juſta reprehenſione* σφαλμάτων Λειψιανῶν, *cum anteſtatione tamen honoris*, Centur. 3. Epiſt. 1. ad Wowerum.

X. *Incerti* (f) *Panegyricus Constantino Aug. Constantii F. dictus.*

[X]I. *Panegyricus Constantino Imp. dictus à Nazario.*

[X]II. *Mamertini pro Consulatu gratiarum actio ad Julianum Imp.* Mentio hujus Mamertini apud Ammianum Marcellin. XXI. 8. & 10.

[X]III. *Latini Pacati Drepanii Panegyricus Theodosio* M. *Imp. dictus* qvi seorsim Schefferi commentario illustratus prodiit Holmiæ 1651. 8.

Hisce in qvibusdam editionibus additur *Au[s]onii gratiarum actio pro Consulatu dicta Gratiano Im[p]eratori* & sæpius edita cum reliqvis Ausonii [s]criptis.

Ennodii Panegyricus Regi Theodorico dictus, qvi [t]um inter Ennodii opera à Jac. Sirmondo illu[s]trata, tum in aliqvibus Cassiodori editionibus [o]ccurrit. Panegyricos post *B. Rhenanum* Basil. [1]520. 8. & *Jo. Livinejum* Antwerp. 1599. 8. ac[c]urate recensuit *Janus Gruterus*, qvi Francofurti [1]607. 12. edidit cum suis, Livineji, *Val. Acidalii* [&] *Conr. Rittershusii* notis & castigationibus. Hisce [P]arisienses addidere, ad Plinii qvidem Pane[g]yricum notas Catanæi, Fr. Balduini, Lipsii & [H]ermanni Rayani, Ad Eumenii pro restauran[d]is scholis & Pacati Panegyricum Theodosio [d]ictum observationes Fr. Balduini. Ad Auso[n]ii gratiarum actionem notas Eliæ Vineti & Jos. Scaligeri, ad Ennodii orationem Scholia

(f) Aqvisgranum patriam suam videtur innuere c. 21. li[c]et Sigonius Bibracten Æduorum, intellexit. Vide Velseri opera p. 406.

Andreæ Schotti & Jac. Sirmondi, tum in omnes Panegyricos annotata Claudii Puteani, Theodori Pulmanni & Anton. Schonhovii non prætermissis etiam qvæ ad loca nonnulla observarunt Petrus Faber Sanjorianus & Franciscus Juretus Paris. 1643. 12. 2. Volum. In usum Delphini Panegyricos interpretatione & notis illustravit *Jacobus de la Baune* ibid. 1677. 4. Amstelod. 1701. 8. Deniqve ex recensione & cum notis succinctis atqve ad usum lectorum accommodatis & indice Christophori Cellarii, Halæ Sax. 1703. 8.

VI Multa vero alia scripsit Plinius, ut libros de Helvii ultione, qvorum meminit lib. VII. Epist 30 & lib. IX. Epist. 13. & Orationes è qvibus ipse laudat Actionem pro Accia Variola lib. VI. Epist. 33. è qva Sidonius VIII. 10. Epist. ait eum plus gloriæ de centum virali suggestu domum retulisse, qvam qvum M. Ulpio (Trajano) incomparabili Principi comparabilem panegyricum dixit. Orationem ad municipes suos, cum Bibliothecam dedicaret, lib I. Epist. 8. & lib II. Epist. 5. Varia itidem lusit carmine, tam Græco qvam latino, de qvibus vide lib. VII. Epist. 4. Sed illa omnia pridem interciderunt.

Qvanta cura & diligentia in scribendo usu fuerit, ipse auctor est lib. VII. Epist. 17. ad Celerem: *Nullum emendandi genus omitto, ac primum qvæ scripsi ipse pertracto, deinde duobus aut tribus lego, mox aliis trado annotanda, notasqve eorum dubi*

dubito cum uno rursus aut altero pensito, ac si qvid mihi credis, tunc acerrime emendo, nam tanto diligentius qvanto sollicitius intendo — — Cogito qvam sit magnum dare aliqvid in manus hominum, nec persvadere mihi possum, non & cum multis & sæpe tractandum, qvod placere & semper & omnibus cupias.

VII. Sæpius qvoqve sub Plinii nomine lucem vidit *liber de viris illustribus*, sed ille auctorem agnoscit Aurelium Victorem, ut infra libro tertio cap. 9. est annotatum.

Neqve *Altercatio cum Hadriano Imp.* sive responsa ad interrogata Hadriani sunt Plinii Secundi, uti in edit. Monasteriensi A. 1597. inscribuntur, sed Secundi sophistæ Atheniensis qvem Epithyrum vocatum esse legitur ap. Philostratum lib. 1. de Vitis sophistarum p. 543. ubi ἐπίκουρον h. e. *subscudem* sive *clavum ligneum* scribendum recte ex Suida monuit Holstenius & Bochartus. Apud eundem Suidam perperam legas hunc ipsum Secundum Sophistam, etiam Plinium cognominatum esse. Sed utiqve scripserat Suidas: οὐκ ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος. De hoc Secundo dixi lib. II. Bibl. Græcæ c. 13. p. 502. seq.

Plinii nostri Secundi fere æqvalis fuit *Julius Secundus* Orator, cujus elegantiam celebrat Qvintilianus XII. 10. & X. 1. De eodem consulendus auctor de causis corruptæ eloqventiæ. Nescio an diversus *Secundus* Orator, qvem Othoni Imp. ab Epistolis fuisse narrat Plutarchus in

Othone p. 1070. E. Alius *Carinnas Secundus* Rhetor, qvem Caligula in exſilium egit, qvod exercitii cauſa in Tyrannos declamaſſet, teſte Dione lib. LIX. p. 656. Alius Secundus Salluſtius de qvo Ammianus XXII. 3. Ceterum admodum freqvens priſcis Romanis à numeris nomina imponere. Sic *Marcus Primus* occurrit apud Xiphilum Auguſto p. 71. *Tertii* amanuenſis ſui meminit S. Paulus Rom. XVI. 22 *Tertulli* etiam huc ſpectant & *Tertulliani* ac *Tetradii, Pentadiiqve.* De *Qvarto* qvodam conſulenda Matyrologia 3. Nov. & Bivarius ad Pſeudo-Dextrum p. 103. *Qvinti, Qvintilli, Qvintillæ* paſſim occurrunt, uti *Sexti* qvoqve & *Sextimii, Septimiiqve,* neqve *Octaviorum* obſcurum nomen. *Septimæ* etiam cujusdam mentio apud Ciceronem IX. 10. ad famil. ad qvem locum Paulus Manutius annotat, filias haud raro ab ordine naſcendi appellatas, *Primam, Secundam, Tertiam, Tertullam* &c. De *Nono* Medico dictum libro VI. Bibliothecæ Græcæ, *Decimi* magis etiam obvii & pro undecies mille Martyribus, qvas cum S. Urſula veneratur Eccleſia Romana, viri docti eruunt *Undecillimam* Martyrem. Sed miſſis hiſce inſtitutum noſtrum proſeqvamur.

CAPUT XXIII.

DE FLORO & AMPELIO.

Flori ætas. 1. *Epitome rerum Romanarum.* 2. *Editiones.* 3. *Argumenta librorum T. Livii.* 4. *Ampelius.* 5.

I. L.

I. L. ANNÆUS (a) FLORUS patria ut videtur Hispanus, fortasse ex Senecarum gente, sub Trajano Imp. scripsit, ceu ipse innuit.

II. *Epitomen de gestis Romanorum*, sive *Rerum Romanarum libros IV.* (*) ab U. C. ad Jani templum

(a) In qvibusdam codd. L. Julius Florus, in aliis L. Annæus dicitur, qvo de vide Vossium de Hist. Latin. pag. 164. Hinc Volaterranus eum putavit esse Julium Florum Secundum, qvem jam dixi ab eloqventia laudari à Qvintiliano qvi & patruum ejus Julium Florum commemorat. Elias Vinetus vero ad Auson. & A. Schottus ad Aurel. Victorem non dubitant breviarium hoc tribuere L. Annæo Senecæ, Lactantii auctoritate ut videtur persvasi qvi VII. 15. ubi Flori sententiam de ætatibus Populi Romani referre videtur, Senecam laudat anctorem. Sed non plane verba breviarii Flori adducit, neqve adeo sententiam accurate, atqve idem vel simile potuit etiam Senecæ in mentem venire. Rectius itaqve Vossius cum Salmasio eundem esse existimat Florum, qvi in Epist. ad Hadrianum Imp. ap. Charisium ait se poëmatis delectari, & cujus in Hadrianum versiculos refert Spartianus. Idem Vossius Florum nostrum suspicatur auctorem Octaviæ, qvæ inter Senecæ tragœdias ultima est. Etiam pervigilium Veneris, versus Trochaici de qvalitate vitæ sub Flori nomine circumferuntur, de qvibus dixi libro IV. c. 1. Alius Julius Florus auditor Porcii Latronis, Galliarum sub Tiberii Imperio in eloqventia primus, qvi laudatur à Seneca Rhetore & Qvintiliano. Alius Florus sub Nerone, de qvo Arrianus Epictet. lib. I. cap. 2. &c. Etiam Florus qvidam loqvens inducitur à Plutarcho VIII. 1. & 10. sympos. Dicebant autem veteres florus pro florido, ut colorus pro colorato. Vide Vossium de vitiis sermonis p. 131. edit. novæ.

(*) Stephanus Pighius ad Valerii Max. IV. 8. hæc supplenda esse monet in Flori 2. 7. 8. *Aderant Rhodii, nauticus populus, Nam Rhodus opinatissima insularum metropolis cum pane*

plum prima vice clausum sub Augusto Imperatore. Supra lib. I c. 11. observatum est, T. Livii Historiam Romanam idem fere sibi temporis spatium describendum proposuisse, unde fuerunt qvi Livii Epitomen his libris contineri dicerent. Sic in editione Florentina A. 1510. 8. Justino hi libri subjiciuntur ex Phil. Beroaldi recensione, hoc titulo: *Flori Epitomata qvatuor qvam cultissima in X. T. Livii Decades.* Sed à Livio non semel in hoc opere dissentire Florum notavit Lipsius in electis lib. II. cap. 5. Multus autem Florus est in laude rerum à Romanis gestarum, ut non tam narrare bella, qvam perpetuum victoriarum pæanem, florida sed interdum ad Poëticam (b) accedenti dictione decantare videatur *brevis hic & comtus Historicus*, ut vocatur à Julio Celso p. 118. edit. Grævii.

III. Editionibus à viro Cl. Martino Hanckio annotatis, in qvibus præstat qvæ *Jo. Freinshemio* accurante cum notis, Chronologia & indice prodiit Argentorati 1632. 1636. 1655. 8. Adde principem Parisiensem A. 1470. 4. Aldinam A. 1521.

cum

pene omnibus Cycladibus arma pertimescens Romam jam dudum se fœderatam populo illi conjunxerat. & navali bello solatia condonabat. Multa ex Floro repetit Jornandes de origine Mundi & actibus Romanorum.

(b) Dictionem audaciorem & frigidas argutias errores qve nonnullos in Floro reprehendit Grævius in præf. Sed Apologiam pro Floro adversus Grævium scripsit Laur. Begerus in Prolegomenis ad suam edit. Utramqve lectu dignam commentationem reduci curavi in Præfationibus & Epistolis Grævii à me collectis & editis Hamburgi 1707. 1713. 8.

cum Polybio è versione Perotti. Parisiensem A. 1545. 4. Lugdunensem An. 1606. 8. in qva libri qvatuor cum notis *Eliæ Vineti*, (qvæ prodierant Pictav. 1563. 4.) *Joannis Camertis* (Basil. 1529. 8. & 1532. fol. Paris. 1539. 4.) *Justi Lipsii* & *Jani Gruteri*, (Heidelb. 1597. 8.) Epitome Livii autem cum notis *Caroli Sigonii* & *Martini Delrii*. *Neomagensem* Rutgeri Hermannidis 1662. 8. & *Elzevirianam* Amst. An. 1672. 8. cum notis variorum. *Ultrajectinam* variis numorum, veterumqve monumentorum (c) iconibus & observationibus *Jo. Georg. Grævii* illustratam A. 1680. 8. Parisinam, qvam in usum Delphini concinnavit *Anna Tanaqvilli Fabri* filia 1674. 4. & Angli recuderunt 1692. in 8. Deniqve *Wetstenianam* cum integris *Claud. Salmasii* (d) & Grævii longe auctioribus, Freinshemianis plerisqve, & selectis Jo. Camertis, *Jo. Stadii* (Antw. 1564. 8.) Eliæ Vineti, Jani Gruteri, *Jo. Isaaci Pontani* (Amst. 1672. 12.) *Christoph.*

(c) In his facile eminet omnium monumentorum latinæ linguæ propemodum antiqvissimum columnæ rostratæ imago in æs incisa ad lib. 2. cap. 2. cum Petri Ciacconii supplementis. Hanc columnam Populus Rom. consecravit memoriæ C. Duillii, qvi victoriam navalem primus à Pœnis reportavit.

(d) Salmasius A. 1596. natus, vix qvatuordecim annorum fuit cum Florum illustravit ediditqve An. 1609. 8. Et ipse de se ita ad Jungermannum: *Florus meus non ultra diem septimum ex qvo illi manum admovere cœpimus nos tenuit, & fuisset sane pudendum si diutius nos tenuisset, cum stultum esse laborem ineptiarum notissimo versiculo feratur.* Auctiores postea Salmasii notæ prodiere, ut in edit. Lugd. Bat. 1655. 8.

ſtoph. *Adami Ruperti* (Norimb. 1659. 8.) atqve aliorum annotationibus, iconiſmis ex Ultrajectina editione petitis & Freinhemiano indice Amſt. 1692. 8. & 1702. 8. apud Georgium Galletum. Deniqve *Laurentius Begerus* luculentiſſimam Flori editionem ſereniſſimo Principi regni Pruſſici heredi conſecratam adornavit notis Criticis atqve Hiſtoricis, & pulcherrimo numorum ac veterum monumentorum apparatu inſtructam. Sed duo tantum libri priores editi ſunt Berolini 1704. fol. reliqvos anteqvam perficeret fatis conceſſit elegantioris ille antiqvitatis peritiſſimus interpres & ruſpator curioſiſſimus Anno 1705. 20. Febr.

Jo. Henrici Bœcleri commentarius in librum Flori qvartum inter ejus diſſertationes Academicas occurrit p. 504. ſeq. Ejusdem ſcriptoris nonnulla in fortuitis ſuis emendavit vir Cl. *Jacobus Tollius*, qvibus ſe ait elegantiori editioni præludere. Sed is cum magna literarum jactura fati invidiam ſecum trahens nuper abiit illuc, unde negant redire qvenqvam. Itaqve non Florum tantummodo ſed Artemidorum qvoqve & tot alia χαριέστατα incaſſum ab eo expectavimus.

Gallice vertit poſt Coffetellum Vayerus, Mottani celebris Sceptici filius, additis notis, qvibus prior interpretatio paſſim caſtigatur. Exſtat & *Anglica* verſio 8. & *Germanica* &c.

Ad imitationem noſtri ſcriptoris compendia hiſtoriæ variarum nationum ſub Flori nomine

pro

prodierunt, ut Petri Berthault Florus Francicus, Parif. 1630. Lamberti Sylvii Florus Anglicus. Lugd. Batav. 1651. Joachimi Paftorii Florus Polonicus, Gedani 1679. Jo. Nadani Florus Hungaricus Amft. 1663 &c. Etiam Hiftoriam fuam Danicam Flori Danici titulo profcripfit Vitus Beringius. Othiniæ 1698. 1709. fol.

IV. Wetfteniana editio aliæqve non paucæ exhibent præterea fub Flori nomine *Breviarium T. Livii* five *Argumenta librorum Hiftoriæ Livianæ CXLII.* itaqve non eorum modo qvos habemus, fed deperditorum qvoqve, folis exceptis CXXXI. & CXXII. uti fupra in Livio diximus. Hæc argumenta qvæ in univerfis fere Livii editionibus occurrunt, utrum Flori fint nec ne, minus exploratum eft: à qvibusdam ipfi Livio tribuuntur tefte Hanckio p. 301. lib. I. de Rom. rer. fcriptoribus, Ita certe video fentire Dionyfium Gothofredum. Alii ut Bonifacius XV. Hift. ludicræ duos diverfos Floros comminifcuntur.

V. Claud. Salmafius Floro infuper fubjecit L. AMPELII, Scriptoris Sidonio (e) memorati cæteroqvi incertæ ætatis, *libellum memorialem* è Francifci Jureti codice à fe recenfitum, qvi eleganti

(e) Vide Sirmondum ad Sidonium p. 236. Etiam inter excerpta ex Himerii Sophiftæ declamationibus occurrit ap. Photium Cod. 243. ἐκ τῆς εἰς Ἀμπέλιον προπεμπτικῆς. Confer de hoc Ampelio Procos, Ammianum Marcellinum lib. XXVIII. c. 4. & ibi Valef. L. Ampelius Antiochenus præfectus Urbi, ante annum Urbis MCXXIV. Vide Reinef. p. 117. Epift. ad Hofmannum.

ganti varietate narrationes totius orbis celebriores breviter complectitur, & ab eo tempore plurimis Flori editionibus adjunctus sæpius prodiit. Salmasii in hunc librum promissæ annotationes cum plenioribus ejus in Florum commentariis lucem minime adspexere. Locos aliqvot emendavit illustravitqve Thomas Munckerus notis ad Mythographos latinos. Comperi etiam Ampelii librum cum Flori tetrabiblo & breviario Rufi Festi in Hetruscam lingvam conversum prodiisse Romæ 1633. 1672. 12.

CAPUT XXIV.

DE C. SVETONIO TRANQVILLO.

Svetonii ætas. 1. Vita Cæsarum. 2. Vita Grammaticorum, Rhetorum, Poëtarum. 3. Plinii Vita & liber de viris illustribus Svetonio præter rem tributa. 4. Svetonii editiones. 5. Scripta deperdita. 6. Obiter de monumento Ancyrano. 7.

I. C. SVETONIUS (a) TRANQVILLUS Grammaticus & Rhetor Romanus, scriptor Vopisci judicio emendatissimus & candidissimu

(a) Tranqvillus dici maluit, cum pater ejus, Svetonii Lenis diceretur. Diversus à C. Svetonio Paulino de qvo Tacitus, qvemqve cum Tranqvilli parente confundit Muretus XV. 11. Var. lect. & Xichon Polentonus in vita Svetoni nostri ap. Pighium in annalibus Rom. T. 3. p. 600. Fuit Svetonius Octavianus, à qvo vitam Taciti Imp. scriptam refert Vopiscus.

mus, Plinii (b) Junioris amicus & ab eo adſcitus in contubernium, Trajani beneficio cum ἄτεκνος eſſet jus trium liberorum conſecutus, Magiſter Epiſtolarum, ſed ab Hadriano remotus ab illa provincia, qvod apud Sabinam, uxorem Imperatoris, injuſſu ejus ut ait Spartianus, familiarius ſe egiſſet.

II. Ex ſcriptis ejus exſtant *vitæ XII. Imperatorum* pari libertate (c) ab eo deſcriptæ ac ipſi vixerunt: *C. Julii Cæſaris*, qvæ initio mutila eſſe videtur Turnebo, Urſino, Torrentio, Pitiſco, & ante hos Lud. Vivi, qvi etiam ſupplementi loco qvædam de Julia gente Cæſarisqve juventa commentatus eſt, qvæ occurrunt in editione Svetonii Plantiniana cum Torrentii notis 1574. 8. & in Vivis operibus Tomo I. p. 686 ſeq. *Octavii Cæſariis Augusti*, *Tiberii Neronis Cæſaris*, *C. Cæſaris Caligulæ*, (d) *Tib. Claudii Drusi Cæſaris*, *Ne-*

Ii

(b) Plinius X. 95. Epiſt. ad Trajanum: *Svetonium Tranqvillum probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, & mores ejus ſecutus & ſtudia jampridem, Domine, in contubernium adſumſi, tantoqve magis diligere cœpi, qvanto propius inſpexi.*

(c) Hanc à Tillemontio in Hiſt. Imperatorum & aliis qvibusdam reprehenſam recte tuetur Bælius in Lexico edit. ſecundæ: ubi etiam obſervat Chronologici ordinis ſecurum Svetonium vitas per rerum capita maximam partem digeſſiſſe, & diligentiſſime annotaſſe qvæ ad vitam, mores, indolem & ingenium cujusqve Imperatoris ſpectare obſervavit.

(d) Euſebius de vita Conſtantini Lib. I. cap. 10. ἦν γὰρ ἐκ αἰσχρὸν Νέρωνος μὲν τὴν μνήμην καὶ τῶν τȣ́τȣ μα-

Neronis Claudii Cæſaris, *Sergii Sulpicii Galbæ*, *M. Salvii Othonis*, *A. Vitellii*, *utriusqve Veſpaſiani* & *T. Flavii Domitiani.* Hæ vitæ in qvibusdam codd. & Suidæ teſtimonio in VIII. (e) libros tribuuntur, qvam ſententiam in ſua editione ſeqvitur Iſ. Caſaubonus: At aliis ut M. Zuerio Boxhornio & Pitiſco qvi numerum Svidæ corruptum putat, ſingulæ vitæ ſingulos libros abſolvunt, qvibus præit Vincentius Bellovacenſis in ſpeculo Hiſtoriali, qvi duodecim Svetonii libros laudat.

III. *Liber de illuſtribus Grammaticis.*

De claris Rhetoribus liber, ſed majorem ſui partem mutilus.

Ex libro de (f) Poëtis *vita Terentii* à Donat excerpta, *vita Horatii* qvam Porphyrio ad Hora lib. 2. Epiſt. I. diſerte tribuit Svetonio: *vita Perſi vita Lucani* & *vita Juvenalis*, qvam alii malun referre ad *Probum*, ſed ex ſtyli convenienti Svetonio vindicat Salmaſius ad Solin. p. 320.

IV. *Plinii Majoris vita* Svetonio indigna eſ

μακρῷ χειρόνων δυσσεβῶν τινων καὶ ἀθέων τυράνν ἀόκνων ἐυτυχῆσαι συγγραφέων οἱ δὴ φαύλων ὑποθέσ δραμάτων ἑρμηνείᾳ κομψῇ καλλωπίσαντες πολυβίβλ ἀνέθηκαν ἱςορίαις, ἡμᾶς δὲ σιωπᾷν &c.

(e) Lupus Ferratienſis Epiſt. 91. Svetonium de vita Cæſarum in duos nec magnos Codices diviſum à Marqvar Abbate mitti ſibi deſiderat.

(f) Confer Rol. Mareſii Epiſtolas p. 473. edit. Lipſie & Voſſium de imitatione cap. VII. §. 9. Poëtis unde cœpe ex Tranqvillo refert Iſidorus Hiſp. VIII, 7. Originum.

ut argumento non uno Vossius de Hist. Latin. ostendit, & Scaliger ad Eusebium non dubitas plus qvam qvatuor seculis scriptam esse post Svetonii obitum. Aliam ejusdem Plinii vitam incerto auctore scriptam vulgavit post alios Jo. Harduinus.

Liber de viriis illustribus non magis Svetonii est qvam Plinii Junioris, sed Aurelium Victorem auctorem habet, ut jam monui. Similiter falsi sunt qvi ex loco Orosii VI. 7. *libros* Cæsaris *de bello Gallico* ad Svetonium retulere, de qvibus Bælius in Lexico edit. 2. in *Cæsar*, nota 5.

V. Svetonii editores & interpretes complures Sabellicus, Beroaldus, Egnatius, Erasmus, Glareanus, Pulmannus, Fulvius Ursinus, Justus Lipsius, Marcellus Donatus, Janus Gruterus, Jacobus Zevecotius, Matthias Berneggerus, Johannes Henricus Bœclerus, M. Zuerius Boxhornius &c. ab Hankio in libro utroqve de Romanarum rerum scriptoribus & Tho. Crenio IV. animadvers. enarrantur. Hoc igitur loco fas sit saltem præcipuas editiones illis omissas laudasse. Principem *Romanam* Anni 1470. qvæ exstat in Bibl. Regis Christianissimi: *Mediolanensem* A. 1475. qvam pro prima habet Clarissimus Montfauconus in Diario Italico p. 230. *Aldinam* 1516. 8. *Parisiensem* Rob. Stephani An. 1543. 8. qvam ex codice Memmiano expressam notant eruditi. *Parisiensem* 1610. fol. cum notis *Is. Casauboni* & aliorum, ap. Sebast. Carmoisium. *Genevensem* 1615. 12. ex iterata Ca-

ſauboni recenſione cum animadverſionum ejus ad Svetonium appendicula. *Schildianam* cum notis Varior. & nonnullis Lipſii ac Salmaſii obſervatt. & caſtigationibus Lugd. Bat. 1647. 8. 1652. 1662. 1667. 8. *Grævianam* cum integris *Lævini Torrentii* (Antvv. 1591. 4.) & *Iſaaci Caſauboni* (Pariſ. 1606. 4.) commentariis, *Theodori* item *Marcilii*, *Franciſci Gvieti*, *Jo. Frid. Gronovii* & *Jo. Georgii Grævii* notis, *Achillis* præterea *Statii* (Antvv. 1574.) & *Eliæ Vineti* (Lugd. 1585. 12.) ad libros de Grammaticis & Rhetoribus, locupletiſſimoqve *Matthiæ Berneggeri* indice, Trajecti 1672. 4. & Hagæ Comitis 1691. 4. in qva etſi minus emendate repetita editione præter effigies Imperatorum ex numis, Gvil. Cœtierii Rectoris Daventrienſis, & *Gvil. Goëſii* conjectanea Hagæ Comitis 1578. 4. ſeorſim edita nec pœnitenda Grævii notis ſeparatim adjunctis augmenta acceſſerunt. Qvemadmodum in tertia eaqve locupletiſſima editione Traject. 1703. 4. qva vix abſoluta fatis conceſſit vir præſtantiſſimus Grævius, non modo animadverſiones ſuas auxit è Memmianis excerptis & antiqvarum membranarum collatione, ſed integrum addidit præterea *Caroli Patini* commentarium qvi Svetonii Cæſares è numiſmatis antiqvis illuſtravit Baſil. 1675. 4. 1707. 4. *Oxonienſem* cum notis brevibus ſed ſelectis & ad uſum lectorum comparatis A. 1676. 8. è theatro Scheldoniano: *Pariſienſem* in uſum Delphini, qvam notis & omnium indice vocabulorum adornavit

navit *Augustinus Babelonius* A. 1684. 4. *Pitiscianam* notis selectis ac copiosis variisqve iconibus eleganter ac utiliter illustratam à *Samuele Pitisco* Trajecti ad Rhen. 1690. 8. 2. Volum. Amstelodamensem *Wetstenianam* 1697. 12. ex recensione Grævii cum ejus notis, ac deniqve *Leidensem* 1698. 12. à Salmasio recensitam cum codice Memmiano, additis emendationibus *Jacobi Gronovii.*

Prætereo versiones *Gallicas* Georgii de la Bouhiere Lugd. 1569. 4. & Teilii Paris. 1616. 4. qvem integra qvandoqve capita suppressisse & sententias Svetonii freqventer corrupisse notant viri docti: *Italicam* P. del Rosso, Venet. 1550. 8. *Hispanicam* Jaimi Bartholomæi, Tarracone 1596. . *Germanicam* Comitis illustriss. Holkii, *Anglicam* editam Lond. 1670. 8. *Belgicam* &c.

VI. Multa alia scripserat Svetonius qvæ intercideunt. Ex his fuere: περὶ τῶν παρ' ἕλλησι παιδιῶν. *De ludis sive lusibus Græcorum* lib. I. Svid. in Τράγκυλλος & Servius in V. Æneid. ubi mansum *de puerorum ludibus*. Laudat etiam Tzetzes Chil. VI. hist. 85. & Eustathius ad Iliad. ά. *Lib. I. Historiæ ludicræ* Gell. IX. 7. *De spectaculis & certaminibus Romanorum*, περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων lib. II. Svid. περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ, *de anno Romano* lib. I. id. περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων *de notis qvibus Critici in libris utebantur*, liber. I. id. περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας. *Pro Ciceronis Republica* adversus Didymum Chalcenterum Grammaticum (qvi Ci-

 ceroni

ceroni maledixerat teste Ammiano XXII. ult.) Svid. περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδεῶν ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται. *De nominibus propriis & de genere vestium.* Svid. & Servius in VIII. Æneid. περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη. *De vocibus maliominis sive maledictis, & unde qvodcunqve.* Svid. & Etymolog. in ἀρχολίπαρος. Περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν. *De Roma ejusqve institutis & moribus* libri II. Svid. In hoc opere fortassis tradiderat etymologiam vocis triumphi, qvam è Tranqvillo affert Isidorus XVIII. 2. Originum. Στέμμα Ῥωμαίων ἐπισήμων, *Stemmata* sive *Genealogiæ illustrium Romanorum.* Svid. *Libri III. de Regibus*, qvos carmine in epitomen coëgit Paulinus teste Ausonio Epist. XIX. *De institutione officiorum.* Priscian. lib. VI. *Prætorum liber octavus.* id. libro VIII. *De vitiis corporalibus* Serv. in Æneid. VIII. *De rebus variis* id. & Charisius lib. 2. Etiam in Isidori Hisp. libro de natura rerum c. 37. qvædam nomina ventorum è Tranqvillo referuntur & c. 38. locus prolixus de signis tempestatum ex *Tranqvillo in partis*, sed puto legendum *in variis.* J. Grialus legit *in pratis*, ut λειμῶνας sive *prata* inscripserit libros suos de rebus variis Svetonius. Alii *in parergis* vel *Arateis*, qvæ lectiones minus placent.

VII. In editione Pitisci, & Græviana aliisque qvibusdam habes etiam *Monumentum Ancyranum* de rebus Augusti Imp. (Justi Lipsii & Isaaci Casaub-

auboni notis illustratum,)& varias de XII. Imperatoribus, qvorum vitæ à Svetonio describuntur, veteres inscriptiones. At de monumento illo Ancyrano plura erit dicendi locus infra libro IV. cap. 5.

CAPUT XXV.

DE APICIO.

Apicii libri de re culinaria, eorumqve editiones. 1. *Apicii plures* 2.

I. CÆLII APICII, patria, ut suspicabatur Carolus Avantius, (a) Hispani, de obsoniis & condimentis, sive *de re culinaria libri X.* inventi sub Nicolao V. Pontifice in Insula Megalona (b) ab Enocho Asculano cum Porphyrionis in Horatium scholiis, ut tradit Leander Albertus Bononiensis in descriptione Italiæ p. 267. & Philippus Bergomas in Chronici continuatione ad A. C. 1454. qvi *M. Cæcilium* appellat. In eundem semilacerum & sqvalore obsitum Apicii codicem centum fere annis interjectis incidit *Albanus Torinus*, ut ipse testatur præfat. ad suam horum librorum editionem, qvam ex Megalonensi & Ve-

(a) Vide Jo. Rhodium de acia c. 14. p. 155. Cæterum Nic. Antonius in Bibliotheca veteri Hispana nullam Apicii mentionem fecit.

(b) Plantina in vita Nicolai V. p. 325. Glandorpius in Onomastico p. 105. Bælius in Lexico, ubi de Apicio disserit. Jac. Cujacius XVI. 5. Obs. & Vossius in Aristarcho pag. 133. edit. novæ A. 1695.

Veneta editione A. 1503. 4. apud Joannem de Cereto de Tridino excusa vulgavit Basileæ, dicavitqve Georgio Würtembergæ & Mompelgardi Comiti 1541. 4. additis excerptis ex Jo. Damasceno de variis condituris & Paulo Ægineta de facultatibus alimentorum, cum libris decē Baptistæ Platinæ (c) Cremonensis de tuenda valetudine, natura rerum & popinæ scientia. Recusa hæc eodem anno forma octava Lugduni (d) apud Gryphium. Anno post, Apicii libros castigatos notisqve illustratos recudi curavi Gabriel Humelbergius, Tiguri 1542. 4. qvem Torini editionem pro lubitu mutasse ait Barthiu pag. 1576. Adversariorum. Idem tamen p 1714. eum multa ex MSS. & ingenio felicite restituisse affirmat. Vide etiam Lambeciun lib. :

(c) in editione Argentinensi A. 1517 4. hoc Platinæ opi separatim excusum inscribitur : *de honesta voluptate & valetudine, vel de obsoniis & de arte coqvinaria* libri X. In præfat. Platina ait se imitatum *Catonem virum optimum, Varronem omnium doctissimum & Columellam ac Cælium Apicium* E græcis hoc argumentum olim tractaverat Pancratius qvidam sub Leone & Zenone Impp. clarus teste Svida, ut ali Athenæo laudatos omittam.

(d) Inter MSS. Marqvardi Gudii, editio Apicii Lugdunensis exstat collata cum antiqvo codice litteris fere iisdem scripto, qvibus Pandectæ Florentini, hodie obvio in Bibl. Vaticana, inter libros, qvi fuere Ducis Urbinatium & deir Romani palatii extincta familia Ducali, qvæ Ducatum illa à Romanis Pontificibus in feudum tenuerat. Easdem varias lectiones ex Gudii apographo in usum meum vel ejus i nova editione Apicii de rep. litteraria bene promereri volu rit, descriptas servo ab Henrico Volcmaro Scherzero, Adami Theologi τȣ̃ μακαρίτȣ filio.

lib. 3. de Bibliotheca Vindob. 352. Deniqve *Martinus Liſterus* V. C. Apicium cum Variis Lectionibus & notis vulgavit Londini 1705. 8 cujus editionis centum vix atqve viginti exemplaria feruntur eſſe excuſa.

Liber primus inſcribitur ἐπιμελὴς, ſecundus Ἀρτέπτης ſive ut rectius in Humelbergii editione & MS. Vaticano Σαρκόπτης, tertius Κηπουρικά, qvartus πανδέκτηρ, qvintus ὄσπριος ſive leguminarius, ſextus τροφήτης in edit. Lugdunenſi & Baſil. pro qvo *Tropetes* in MS. ſive potius (ut emendat Humelbergius) Ἀεροπετής, ſeptimus πολυτελὴς, octavus τετράπους, nonus θάλασσα, & decimus ἁλιεύς.

Libri qvarti cap. 2. *Salacattbia Apiciana*, libri qvinti cap. 4. *Apiciana concila*, libri ſeptimi cap. 4. *offulæ Apicianæ*, libri octavi c. 7. & libri ſexti cap. 4. *jus frigidum crudum Apicianum* memorantur, qvæ obſoniorum cocturarumqve genera nomen accepiſſe videntur vel ab Apicio qvodam (e) Nicomedis Regis æqvali, qvem περὶ ἀσωτίᾳ πάντας ἀνθρώπους ὑπερηκοντικέναι narrat Poſidonius ap. Athenæum libro IV. Dipnoſoph. De qvo Svidas in ἀφύα, & fortaſſa in Μάρκος Ἀπίκιος. Ab hoc Marco, panes ſaccharo

(c) Lib. 7. cap. 14. horum librorum invenio Varronem citari his verbis: *Varro ſic utiqve de bulbis dixit: Aqva decoqvant bulbos qvi Veneris oſtium qværunt* &c. De betaceis Varronis vide lib. 3 cap. 1. & confer Turnebi Adverſar. lib. 11. c. 3. Lib. 8. cap. 7. Porcellum Vitellinum puto dici à lurcone Vitellio Imp. de qvo Lampridius in Heliogobali vita: *cœnas & Vitellii & Apicii vicit*.

conditi vulgo etiamnum dicuntur *Marci panes* ut notat Balthasar Bonifacius IX. 5. hist. ludicræ. Vel potius ab alio qvodam juniore M. Gabio Apicio qvi sub Augusto & Tiberio fuit *ad omne luxus ingenium mirus & nepotum omnium altissimus gurges* ut à Plinio Majore lib. 9. c. 17. & lib. 10. c. 48. appellatur. Ἀσωτίας πέρας Eunapio & Dione teste πάντας ἀνθρώπους ἀσωτίᾳ ὑπερβαλλών, qvi ejus παιδικὰ fuisse narrat Sejanum, in Tiberii deinde aula Ministrum principem. Hujus mentio ap. Senecam Epist. 95. & 120. lib. de vita beata c. 11. & consolat. ad Helviam c. 10. Dionem lib. 57. p. 616. Tacitum IV. Annal. Martialem III. 22. Suidam & alios. Fortassis etiam apud Ælianum II. 42. de animal. nisi ibi pro Ἄκολον non legendum Ἀπίκιον cum Gesnero sed Κρωβύλον. Confer Ælian. IV. 16. Var. Hist. Porro Apicii nomen pro qvovis guloso occurrit apud Juvenalem Sat. XI. Sidonium lib. 4. Epist. 7. &c. qvi & *Apicianos plausus* dixit lib. IV. Epist. 25. Meminit qvoqve Tertullianus c. 5. de pallio, & c. 4. Apologetici, cocorum veluti sectam qvandam ait dictam esse ab Apicio, ut Grammaticorum ab Aristarcho, Medicorum ab Erasistrato. Apionis Grammatici liber περὶ τῆς Ἀπικίου τρυφῆς, sive de ganea Apicii memoratur Athenæo lib. VIII. Ab hoc Apicio *placentas Apicianas* idem Athenæus dictas refert lib. 1. & 14. & *condimentorum Apicianorum* meminit Tertullianus lib. de anima, *cocturæ Apiciaæ* Plinius lib. 19. qvi etiam lib. 8. c. 51. inventum

Api-

Apicii fico arida saginandi sues recitat. Alias jus delicias vide apud Lampridium in Heliogabalo cap. 20. Præter hos duos Apicios tertii (f) qvoqve gulæ magistri eodem nomine mentio est apud Athenæum libro primo, cujus verba Suidas in voce ὄστρεα exscribit. Ille fuit ætate Trajani Imperatoris, cujus nomen ne apud Suidam corruptum suspicemur (cum Lipsio ad Taciti IV. Annal.) vetat ille qvem dixi Athenæus. Ecqvis vero ex trium horum numero auctor sit illius de re cibaria sive coqvinaria operis, non ita promptum esse explicatu videtur. Nemo sane primo illi tribuet, hic enim non potuit illa condimenta Apiciana, aliorumqve juniorum lurconum obsonia commemorare. Alter vero sub Augusto & Tiberio, ne easdem causas jam adducam, M. Gabii non (g) Cælii vel M. Cœcilii prænomine utebatur.

(f) Sic apud Græcos plures ejusmodi fuere luxuriosi comedones, Philoxeni nomine, de qvibus Athenæus.

(g) Nisi aliæ causæ obstarent, fortasse hoc argumentum à nomine petitum exigui momenti esset. Nam fatetur Torinus, se lacero & sqvalore obsito in codice vix nomen divinasse. Et Isidorus Hispalensis lib. 20. Originum cap. 1. huic Apicio libros illos tribuere videtur his verbis: *Coqvinæ apparatum Apicius qvidam primus composuit, qvi in eo absumptis bonis morte voluntaria periit.* Scholiastes qvoqve Juvenalis ad sat. 4. v. 23. *Apicius auctor præcipiendarum cœnarum qvi scripsit de juscellis, fuit enim exemplum gulæ.* Neqve Is. Grangæus ad illum Juvenalis locum dubitat eundem M. Apicium auctorem esse decem de re coqvinaria librorum qvos habemus. Qvod vero Volaterranus libro 13. Anthropologiæ & ex


tur. Reliqvus itaqve tertius fuerit, cui per me libros illos cum viro Clarissimo Olao Borrichio Cogitat. de variis Latinæ Lingvæ ætatibus p. 18. adscribat, qvi non suspicetur potius ab argumento qvam ab auctore nomen Apicii præfixum gerere, excerptosve ex majore opere vel ex variis scriptoribus contractos fuisse. Confer Barthium lib. 34. Adversar. cap. 18. & Vossium lib. 1. cap. 14. de Analogia, qvi conjicit auctorem horum librorum esse *M. Cælium* qvendam vel *Cæcilium*, hunc autem operi suo nomen Apicii indidisse qvia ageret de re culinaria. Sic Stephanus Stephanius ad Saxonem Grammaticum p. 13. *Pari prorsus modo Cælii libelli de re culinaria Apicii titulum sunt sortiti, cum ad Apicium illum non pauca referantur.* In Latini Latinii Bibliotheca profana, ubi qvædam illius viri docti in Apicium observationes leguntur, ad verba editoris ubi in præfat. ait *se statim olfecisse auctorem esse vetustissimum*, hæc nota occurrit: *Qvam vereor ne tuæ nares obesiores fuerint. Qvid enim vetustatis redolere possunt verba semibarbara & ab eo florenti seculo prorsus aliena? Ego vero, ut qvod sentio paucis expediam, commentum puto esse hominis otiosissimi, qvi cum illuder posteris ejusdem naris facile sibi esse persvasisset, mentito nomine Apicium credidit venditare posse. Se*

passim

ex eo pro more R. Stephanus in elucidario Poëtico ait Suidam testari, qvod M. Apicius libros de gula conscripseri vellem locum indicassent. Hæc enim apud Suidam no reperio.

passim occurrunt qvibus pæne manifesto prodst se ipsum auctor ineptus, barbarus & nullius in ea arte ingenii, aut gustus, qvi ea interdum conjugat ad saporis gratiam, qvæ usu docente omnes scimus summam palato molestiam nauseamqve stomacho creare solere. Observandum interim, in Palladii libris de re rustica occurrere nonnulla, qvæ similiter leguntur etiam apud Apicium. Antiqvissima Viri Illustris *Vinidanii* excerpta ex Apicio laudat Salmasius ad Solinum pag. 253. 358. & 750. edit. Trajectinæ. *Vindiciani* nomen observo apud Voss. lib. I. de vitiis sermonis c. 11. per errorem (ni fallor). Qvartum aliqvem Apicium auctorem horum librorum præter rem suspicatus est Is. Casaubonus ad Lampridium p. 333.

Nonnulla hujus scriptoris illustravit Caspar Barthius in Adversariis, Jo. Bruyerius Campegius in Dipnosophia, Lud. Nonnius in IV. libris diæteticon. &c.



LIBER

LIBER III.

De scriptoribus æneæ & ferreæ ætatis, à temporibus Antoninorum ad corruptum penitus nitorem sermonis latini.

CAPUT I.

DE AULO GELLIO.

Gellii ætas. 1. *Noctes Atticæ.* 2. *Earum editiones.* 3.

I. A. (a) GELLIUS, Romanus, Romæ in Rhetorica disciplina Cornelii Frontonis, deinde Athenis Philosophorum Phavorini, Tauri, T Eustachii, Peregrini & aliorum auditor, *vir elegantissimi eloqvii & multæ ac facundæ scientiæ* dicitu Augustino IX. 4. de Civ. DEI. Sane litterarun & antiqvitatis peritissimus fuit, floruitqve sul Antonino Pio (b), mortuus primis annis Marci Antonini Philosophi. I

(a) Ita potius auctore Lupo Ferrariensi Epist. 1. & 4. v detur nomen ejus efferendum, qvam *Agellius*, etsi non ign ro auctoritate MS. Cod. Prisciani aliter sensisse Justum L psium VII. 8. qvæst. Epistol. Obertum Gifanium, Jac. Sche kium, Lud. Carrionem, Gerh. Jo. Vossium aliosqve: Salm sium etiam in commentario inchoato MS. ad Arnobiu At pro sententia eorum qvi Aulum Gellium vocant, vi Lambecium in prodromo lucubrationum ad hunc scripto rem. In Theodori Gazæ libello de mensibus, ubi Ἀύλ Ῥωμαίων λόγιος laudatur, innuitur Aulus Gellius. Gel variis in Glandorpii Onomastico p. 382. memoratis ac Cajum Gellium de qvo Diodorus Sic. XX. T. 2. p. 817.

(b) Confer H. Dodwelli diss. de ætate peripli maris Eu ni §. 10. p. 117. seq. T. 1. Geographor. Græcorum minor V. C. Jo. Hudsoni.

II. Exſtant *Noctes* (c) *Atticæ* ad liberos ſuos, diſtinctæ *libris XX.* (d) & varia ac facunda ſcientia refertæ, qvas ita inſcripſit, qvod longinqvis per hyemem noctibꝰ in agro terræ Atticæ comentationes illa ludere ac facere exorſus eſſet, ut ipſe ait in (e) præfatione, qvæ antiqvioribus editionibus perperam locum extremum libri vigeſimi occupat. Liber *ſextus* ἀκέφαλος eſt. Libri *octavi*, qvi in qvindecim capita diſtinctus periit, ſola *argumenta* ad nos pervenerunt, qvalia libris ſuis Gellius ſe præfixiſſe ipſe in præf. teſtatur, etſi, qvæ hodie habemus an Gellii ſint vel potius *Avieni* (f) qvi in MS. qvodam Gellium recenſuiſſe dicitur, ambigunt aliqvi eruditorum. Vide H. Stephani noctes Pariſinas

num.

(c) Sic Gellii imitatione *Noctes Pariſinas* ſcripſit H. Stephanus, *Brixianas* Felicianus Betera, *Romanas* Curtius Lancilottus, *Tuſculanas* & *Ravennatenſes* Jo. Matthæus Cariophyllus, *Africanas* Sigismundus Pauluzius, *Solitarias* Jo. Baptiſta Perſona, *geniales* Jo. Nardius: *Nocturnas exercitationes* Franciſcus Rubeus, *Noctes Chriſtianas* D. *Jo* Fechtius Roſtochienſis Academiæ lumen, Antonius Borremanſius *Veſperas Gorinchemenſes*, Jacobus Guſſetus *Groningenſes*, alius deniqve *Noctes Theologicas*, qvibus propter obſcuritatem fuerunt qvi titulum impoſuere *tenebrarum Theologicarum*.

(d) In Catalogo MSS. Iſ. Voſſii cod. latino V. memoratur Aulus Gellius deſinens in libro vigeſimo tertio. Sed theſaurus, qvod ajunt, carbones.

(e) Præfationem loco ſuo motam poſtliminio reſtituendam monuit Salmaſius Prolegomenis ad Solin. & Langbænius in limine notarum ad libellum Aureolum Longini περὶ ὕψους. Qvod factum etiam in editionibus Gellii Oiſeliana & Gronovianis.

(f) Vide Jac. Schegkii præmeſſ. Epiſt. 6.

num. 4. 5. à cujus tamen sententia merito recedit V. C. Jacobus Gronovius p. 12. ad Gellium & 743.

III. Primus (g) Gellium edidere Conradus Svveinheim & Arnoldus Panartz Romæ 1469. fol. Commentarios *Joannis Andreæ*, eodem anno Romæ editos, memorat Catalogus Gudianus p. 327.

Editio Veneta prima ex ædibus Petri de Maximis A. 1472. fol. lucem vidit & cum MSS. collata à Francisco Junio, Francisci filio exstat inter libros If. Vossii, Lugduni Batavor.

Video & memorari alteram Romanam, Anni 1474. fol.

Veneta altera An. 1477. fol. per Andream Jacobi Catharensem.

Brixiensis per Boninum de Boninis de Ragusa, An. 1485. correctore Marco Scaramucino de Palatiolo.

Veneta tertia A. 1486. qvarta 1491. fol. qvinta An. 1500. Philippi Picii Mantuani, & sexta ex *Philippi Beroaldi* recognitione 1509. in qva *libri octavi argumenta* primum edita fuerunt.

Basileensis A. 1506.

Parisiensis ex recensione Joannis Connelli 4.

Florentina Philippi Juntæ A. 1513. 8.

Aldina A. 1515. 8.

Lugdunensis, forma minore A. 1515. 8.

Ar-

(g) Notitiam aliqvot antiqviorum Gellii editionum fateor me debere V. C. Jacobo Gronovio, qvi in nova sua Gelli editione illas annotavit.

Argentoratens. A. 1517. fol. & altera 1521. 8.
Parisiensis cum scholiis *Badii Ascensii*, & Basileensis An. 1519. fol.
Coloniensis apud Eucharium Cervicornum, 1526. fol. & eodem anno apud Soterem, 8. & *Petri Mosellani* Protognensis in Gellium annotationes Basil. 1526. 8. qvæ exstant etiam in edit. Gellii Anno 1541. & Coloniensi 1533. 1537. & 1549. 1566. 8. apud Gymnicum.
Lugdunensis apud. Seb. Gryphium 1534. & altera Gryphiana 1539. 8. & tertia 1546. qvarta 1550. qvinta 1555. sexta 1559. 12. & septima 1566. 8. apud Anton. Gryphium.
Parisiensis altera tertiaqve cum scholiis Badii Ascensii ex annotatis *Ægidii Maserii* Parisiensis & Petri Mosellani, 1524. 1530. fol.
Veneta 1544. & 1537. 8.
Parisiensis qvarta 1565. 12. & qvinta 1584. apud Hieron. de Marnef &c. forma minore.
Lugdunensis apud Barthol. Vincentium 1571. & altera 1585. 12. tertia Tornæsiana 1592. 12.
Genevensis 1621. forma minore.

Sed inprimis utilem operam huic scriptori castigando præstitit *Lud. Carrio*, & qvi cum notis, emendationibus & noctibus Parisinis (h) edidit *H. Ste-*

(h) In prima statim Gellium Stephanus tuetur adversus acrem Ludovici Vivis censuram, qvi lib. 3. de disciplinis Gellium vocat *hominem rhapsodum plane, congestorem potius qvam digestorem, & ostentatorem qvam peritum, loqvaculum sine eruditione, in verbis ac sententiis putidulum* &c.

H. Stephanus Parif. 1585. 8. etfi commentarios eorum integros in Gellium defideremus non minus qvam promiffas editiones ab Ob. Giphanio, Jufto Lipfio, (i) Jof. Scaligero & Jo. Wovverio, Jo. Pricæo, Luca Fruterio, Petro Menardo Turonenfi, & Claudio Salmafio. *Petri* qvoqve *Lambecii* prodromus lucubrationum in Gellium, qvem cum MS. Regio Parifienfi contulerat, typis expreffus Parif. 1647. 8. epidromo hactenus deftituitur, nec prodromi editio fecunda qvam priore qvadruplo auctiorem in prodromo hiftoriæ literaria idem Lambecius promifit, unqvam lucem adfpexit. *Philippi Caroli* animadverfiones in Agellium cum ejusdem in Curtium obfervatis, præmiffa de Criticis differtatione pof ejus obitum à Chriftoph. Arnoldo editæ Norimbergæ 1663. 8. non ultra librum 14. (*) procedunt. Emendatiffimam vero Gelli editionem Anno 1651. 12. Amftelodami in lucem emifit *Jo. Frid. Gronovius*, atqve iterum 1665. 12. qvam ut plurimum feqvitur Lugdunenfis, qvæ *Antonii Thyfii*, & cum ille labori huic immortuus effet, *Jacobi Oifelii* cura in Be-

gi

(i) Vide Lipfium II. 3. electorum.

(*) Chriftophorus Adamus Rupertus nota marginali l Caroli animadverfiones p. 280. ad illa verba: Agit igitu ômei, perfeverate animum.) *Utinam & auctor perfevera fet, et ad Pontificios abiens, imperfectas has nobis lucubrati nes rliqviffet.*

gio prodiit, ſelectaqve ex variis doctiſſimorum hominum ſcriptis commentaria adjuncta habet, ſubjecto indice ſcriptorum à Gellio allegatorum Anno 1666. 8. In uſum Delphini Gellium illuſtravit *Jacobus Prouſt*, Pariſ. 1681. 4. Ab eo tempore Gellius cum notis & emendationibus *Jo. Frid. Gronovii* ad priores novem libros excuſus eſt Lugd. Batav. 1687. 8. Deniqve ibidem 1706. 4. luculentam Gellii editionem adornavit *Jacobus Gronovius* dicatam illuſtriſſimo & doctiſſimo Abbati Dominico Paſſioneo, in qva locis qvam plurimis emendatior eſt contextus è collatione MSS. Codicum, tum notis utriusqve Gronovii parentis & filii, atqve caſtigationibus acceſſerunt *P. Lambecii* Prodromus lucubrationum Gellianarum, *Caſp. Scioppii* integra collatio duorum Codicum MSS. & ex *Lud. Carrionis* Caſtigationibus excerpta. Notæ variorum ex editione Thyſiana non integræ adjunctæ ſunt, ſed loco earum freqventes paſſim in Thyſium & Oiſelium & alios viros eruditos Jac. Gronovii invectivæ.

Gloſſarium vocum haud vulgarium in Gellio edere voluit Barthius, cujus ſpecimen vulgavit VIII. 16. Adverſar. Julii Cæſaris Scaligeri *problemata Gelliana* edita ſunt Amſt. 1651. 12. D. Frid. Rappolti *Logica* Gelliana, in qva loca Gellii ad Dialecticam ſpectantia illuſtrantur, prodiit ſeparatim Lipſiæ 1654. 4.

Prætereo editiones Gellii promissas vel affectas à Lipsio, Gifanio, Wovverio, Cornelio vanDalen, Jo. Pricæo & Petro Menardo Turonensi. Jacobi Crucii & Pontani animadversiones in Gellium ab Allatio & Thysio laudatas notavit Jac. Gronovius.

CAPUT II.

DE L. APULEJO.

Apuleji ætas 1. *Libri Metamorphoseon.* 2. *Apologia.* 3. *De mundo.* 4. *De Deo Socratis.* 5. *De Philosophia libri tres.* 6. *Florida.* 7. *Editiones.* 8. *Supposita vel dubia scripta.* 9. *Deperdita.* 10. *De Appuleji dictione.* 11.

I. (a) APULEJUS ex Madaura Africæ Civitat

(a) Hoc prænomen Lucii ut spurium respuit Elmenhorstius ad Appulej. & Salmasius commentario inchoato ad Arnob. ubi suspicatur Apulejum & Agellium more Græcorum prænomine abstinuisse. Ibidem notat in Vett. inscriptionibus memorari C. Apulejum P. F. Filonem, D. Apulejum Jonicum, M. Apulejum Proculum, Sex. Apulejum, Sex. L. Apollonium & Sex. Apulejum Themistoclem: & cum duplici pp. Sex. Appulejum Fumosum, P. Appulejum Urbicum, P. Appulejum P. F. Volpaternum, A. Appulejum A. L. Thyasum. Etiam L. Appulejus L. L. Libanus faber tignarius apud Sponium p. 60. Misc. L. Appulejus Camilli accusator, Plutarch. Camillo p. 134. Sex. Appulejus Nepos, M. Appulejus & Sextus Appulejus qvi Consules fuere Romæ A. U. C. 725. 734. 764. Apulejus Celsus Medicus, de qvo infra Cæcilius Apulejus Minutianus Grammaticus cujus libri 2 de Orthographia MSS. feruntur, è qvibus nonnihil profert Gyraldus IV. de poëtis pag. 204. Alius Lucius Apulejus Gram

tate semi Numida & semi Gætulus, Carthagine in pueritia disciplinam adeptus, Orator JCtus & Philosophus Platonicus nobilis doctusqve utraqve lingua Græca & Latina, nondum sub Trajano floruit, ut Petavio visum, neqve Theodosii demum ætate, ut doctissimus qvidam Jurisconsultus contendit. Sed temporibus Antonini Pii ac fratrum M. Antonini Philosophi & Veri, uti ex Apologia Apuleji constat, qva ut alia jam omittam affirmat se Lolliano Avito præsente differere, eiqve se purgare conatur. Floruit autem Lollianus sub divis fratribus Bithyniæ præses, qvi attigit etiam Helvii Pertinacis adultam ætatem, etsi Pertinace ad imperium evecto Lollianum superfuisse ex Capitolino probari non possit.

II. Exstant Apuleji *Metamorphoseos*, sive fabularum Milesiarum (b) *de asino libri XI.* seorsim editi

Grammaticus, qvem temporibus Ptolemæi Lathyri ab Esio Calvino Eqvite Rom. prædivite 400. HS. annuis conductum multos docuisse refert Svetonius c. 3. de illustribus Grammaticis. Cæterum de Appuleji Platonici ætate adi præter editores, P. Pithœum lib. 2. c. 10. Adversar subcisiv. c. Rævardum l. 1. varior. cap. 20. Jo. Jonsium lib. 3. cap. 1. de scriptoribus Historiæ Philosophicæ & Petrum Bælium in Lexico. Apuleji & Lucii Apuleji effigiem ære descriptam vide si placet T. 3. thesauri antiqvitatum Græcarum Gronoviani.

(b) Vulgo sed perperam inscribuntur *de asino aureo*, qvem errorem genuit non intellectum illorum elogium qvi asinum Apuleji hoc est lusum Apuleji de asino ob svavem ingeniosam & eruditam elegantiam sermonis, aureum appellarunt,

editi à *Philippo Beroaldo*, qvi auctoris vitam, argumenta & interpretationem verborum difficilium addidit, Venet. 1504. fol. Paris. 1510. 4. 1512. fol. & 1536. 8. apud Simonem Colineum &c. Patrum nostrorum ætate eosdẽ libros cum doctissimis notis & observationibus phrasin Apuleji potissimum illustrantibus vulgavit *J. Pricæus* Goudæ 1650. 8. Loca qvædam è MS. Jacobi Zabarellæ emendat Octavius Ferrarius lib. 1. elector. cap. 14. seq. & 19. seq. *Gallice* pridem vertit Joannes Louveau, Lugd. 1559. 8. & Joannes

runt, uti Fulgentius in libello de prisco sermone & alii. Si aurea Pythagoræ carmina, & aurei atqve aureoli homine pro præstantibus, ut notavit Salmasius ad Solinum p. 17. & ad Claudium Trebellii Pollionis p. 361. aurea ætas, genus aureum &c. & in postremis sæculis legenda aurea Jacobi d Voragine, Historia aurea Joannis Tinmuthensis, ac simili Porro notum est, qvod Apulejus fabulam qvam his libr perseqvitur, qvamqve ipse Græcanicam appellat, mutu tus sit è libris Metamorphoseos *Lucii Patrensis* ex Patri Achajæ urbe, qvorum Photius meminit & qvos *Lucianus* i obscœno suo asino expressit. Ex hac fabula, Lucii etia prænomen Apulejo tributum videtur à librariis. At in pa dectis Brandenburgicis p. 234. perperam legas Lucium Ap lejum Madaurensem à Photio Cod. 129. Patrensem voca Nam Lucius ille Patrensis longe diversus est & antiqvi Apulejo, Græceqve scripsit πεταμορφώσεως λόγους. Hi imitatus est latino stylo Apulejus, cujus Photius ne verbu qvidem meminit. Meminit tamen Severus Imp. in litte s ad Senatum, de Clodio Albino: *major fuit dolor qvod illu pro litterato laudandum pleriqve duxistis, cum ille naniis q busdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apuleji & ludicra litteraria consenesceret.* Julius Capitolin. T. pag. 703.

annes de Montlyard, qvi commentarium qvoqve addidit, cum præfatione qva prioris interpretis hallucinationes perſtringit. Noviſſime Pariſ. 1695. 12. prodiere *les Amours de Pſiche & de Cupidon traduits d' Apulée, avec des remarqves*, auctore Fontano. *Germanice* Mileſias Apuleji vertit Jo. Siederus, Francof. 1605. 8. *Italice* Angelus Fiorenzuola, Venet. 1549. 8. *Belgica* verſio lucem vidit Harlem. 1636. Antvverp. 1669. 12. Alias verſiones Hiſpanicas, Gallicas, Italicas, Anglicas, Germanicas vide ſi placet in pandectis Brandenburgicis Hendreichii.

III. *Oratio de Magia*, (c) ſive *Apologia* copioſiſſima ut ait Auguſtinus & diſertiſſima, qva crimen artium Magicarum à ſe alienum eſſe defendit ad Claudium Maximum, Procos. Qvoniam vero Apulejus teſtatur, ſibi ad defendendum vix tres vel qvinqve dies integros fuiſſe, hinc Scipio Gentilis ſuſpicatur aliam fuiſſe orationem qvam Apulejus dixit, aliam hanc Apologiam & magis elaboratam, qvam edidit. Idem Gentilis, & ante eum Colvius atqve inprimis

(c) Chriſtodorus Thebanus lib. V. Anthologiæ pag. 131. εἰς Ἀπυλήϊον τὸν μάγον, cujus Imago erat CPoli in Gymnaſio publico, qvod à Zeuxippo nomen habuit:

Καὶ νοερῆς ἄφθεγκτα Λατινίδος ὄργια Μούσης
Ἄζετο παπταίνων Ἀπυλήϊος ὅντινα μύστην
Αὐσονὶς ἀῤῥήτου σοφίης ἀνεθρέψατο σειρήν.

Crimen Magiæ ab Apulejo removent Gabr. Naudæus, & in Apologia Apuleji, Bacchi, Epicuri & Phalaridis Andreas Arnaldus, Forcalqverienſis.

mis ὁ πάνυ, Casaubonus docent falli eos, qvi hanc Apologiam qvasi duæ essent inscribunt, alteramqve volunt inchoare a verbis p. 318. edit. Scipionis Gentilis: *Nunc tempus est ad Epistolas Pudentillæ* &c. Separatim lucem adspexit cum notis *Isaaci Casauboni*, ex Commelini officina A. 1594. 4. & cum castigationibus *Jo. Meursii* Lugd. Bat. 1607. 8. & cum commentario insigni *Scipionis Gentilis*, cui Meursii itidem castigationes subjectæ sunt Hanov. eodem anno 8. Deniqve cum animadversionibus præstantissimis *Jo. Pricæi*, in qvibus & varia antiqva monumenta, Arundeliana aliaqve æri incisa exhibentur & illustrantur Paris. 1635. 4.

IV. *Liber de mundo* ex libro ejusdem argumenti, qvi sub *Aristotelis* nomine ambulat, pæne ad verbum expressus. Hujus præstantissimam editionem debemus *Bonav. Vulcanio*, qvi Græcis Aristotelis verbis per singulas paragraphos interpretationem Apuleji aliamqve magis adstrictam *Guil. Budæi*, & sua Scholia adjecit Lugd. Bat. 1591. 8. Qvasdam Apuleji, in interpretando hallucinationes, præter Budæum observavit *Petrus Alcyonius*, (d) qvi eundem Aristotelis librum latine vertit. Vide & A. Bootii animadversiones sacras p. 166.

V. *Liber* sive Oratio extemporalis *de Deo Socrati*

(d) *Alcyonii* nomen pro *Avionii* reponendum in Claud Verderii censura auctorum p. 73. & in Henrici à Sypestein Epistola de plagiariis ad Clariss. Almeloveenium p. 56. ut notavit Bælius in Lex.

cratis, qvem de Dæmone Socratis potius inscribendum fuisse monet Augustinus lib. 8. c. 14. de civitate Dei. Qvamvis genium (e), Deum naturæ cujusqve hominis veteribus appellatum fuisse constat: & Dæmonibus atqve animis tributum passim nomen Deorum, perinde ut Dæmonum (f) Diis. Seorsim prodiit ex *Bonav. Vulcanii* recensione, Lugd. Bat. 1588. 8. apud Raphelengium, & cum notis viri elegantissimi & eruditissimi Josiæ Merceri Paris. 1624. 12. Subjectus etiam est priori editioni Heinsianæ dissertationum Maximi Tyrii, Lugd. Batav. 1607 8. Cum Gallica versione nova notisqve haud spernendis recusis hic libellus Paris. 1698. 12.

VI. *De habitudine doctrinarum & nativitate Platonis Philosophi libri III*, qvorum primus est *de Philosophia naturali*, qvi in antiqvis editionibus inscribitur *de dogmate Platonis*, alter *de Philosophia morali*, cujus pleraqve è Platonis libris de Legibus & Rep. petita esse notavit Colvius. In aliis editionibus inscribitur *de Philosophia*, tertiusqve deniqve (g) περὶ ἑρμηνείας sive *de Syllogismo categorico*, qvi in qvibusdam editionibus *de Philosophia rationali* inscribitur, & primum ex Francisci Nansii Codice in lucem protractus est à Petro Colvio An. 1588. cum partem ejus duntaxat

(e) Brockhusius ad Tibull. p. 230.

(f) Confer si placet, qvæ de libro Plutarchi περὶ τȣ̃ Σωκράτȣς δαιμονίȣ dixi lib. IV. Bibl. Græcæ, c. 11. num. 93.

(g) Laudat Isidorus lib. 2. Originum c. 28.

An. 1528. 4. vulgasset Joannes Sichardus in opere cui index: *Disciplinarum liberalium orbis.*

VII. *Florida* sive Chrestomathiæ qvædam è declamationibus (h) Apuleji Carthagine, Oeæ, & fortasse alibi habitis, qvibus non pauca lectu jucundissima continentur. In antiqvis editionibus divisa sunt in libellos qvatuor, primo in duos discerpto. Ita prodiere separatim Argentorati 1516. 4. & ex castigatione *Jo. Pyrrhi Englæbermei* Paris. 1518. 4. ex Jo. Badii Ascensii officina.

VIII. Primam Apuleji editionem Romanam An. 1469. fol. curante Cardinali Bessarione editam, corrrectorumqve manus minime expertam ac proinde minus corruptam laudat Casaubonus. Alii primam editionem (i) memorant Romanam Anni 1472. Veneta Anni 1483. fol. erat in Bibl. Gudiana Vincentina A. 1488. fol. usus Jo. Pricæus. Video etiam referri editionem (k) Venetam 1493. & Vincentinam A. 1498. fol.

Aldina A. 1521. 8. una cum Alcioni introductione in Platonem.

Florentina 1522. 8. per Bernhardum Philomathem Pisanem, qvi Græca non pauca ex codicibus suis descripsit & edidit.

Basileæ 1533. 8. apud Henricum Petri, & altera 1560.

(h) Vide Vincentii Contareni Varias Lect. cap. 4. seq.
(i) Tho. Crenius parte XI. Animadvers. p. 3. è Jo. Priceo.
(k) Beughem. incunab. typograph. p. 15.

1560. 8. cum Marci Hopperi præfatione & Beroaldi in Metamorphosin Commentario.

Editionem Rob. Stephani A. 1524. & alteram H. Stephani 1585. 8. Gvil. Dan. Mollero in diss. de Apulejo § 37. memoratas non vidi.

Cum notis uberioribus *Petri Colvii* (*) Brugensis, Lugd. Bat. 1588. 8.

Cum Beroaldi in Metamorphosin Commentariis & Godeschalci Stewechi in Apuleji opera integra qvæstionibus & conjecturis, nec non emendationibus è Lipsii, Modii, aliorumqve scriptis &c. Basil. 1597. 8. tribus voluminibus, ex officina Sebastiani Henr. Petri. In hac editione, qvæ ibidem A. 1620. 8. & Lugd. 1614. 8. recusa est, occurrit etiam Asclepius & liber de medicaminibus herbarum.

Cum notis *Jo. Wovverii* Hamburg. apud. Froben. 1606. 12.

Cum Phil. Beroaldi notis in Metamorphosin, Stevvechii castigatt. (cujus qvæstiones & conjecturæ in universa Apuleji scripta lucem adspexerant Antvverp. 1568. 8. ap. Plantin.) Is. Casauboni scholiis in Apologiam, *Jo. Pyrrhi* variis Lect. *F. Roaldi* & *Jani Gruteri* suspicionibus, & *Caspari Scioppii* symbolis criticis (qvæ Augustæ Vindel. A. 1605. 12. seorsim editæ & Lugd. Bat. 1644. Amst. 1664. 8. postea recusæ Wovverium hinc inde acerbius perstringunt.) Lugduni 1614. duobus voluminibus 8. Ab

(*) Colvio Lipsium pro Aristarcho fuisse notat Casaubonus ad Apologiam p. 140.

Ab eo tempore *Geverhardus Elmenhorstius* eximiam Apuleji editionem dedit Francofurti 1621.8. cui vita auctoris veterumq; de eo testimonia præfiguntur & præter Elmenhorstii emendationes ac notas accedunt spicilegia *Jani Rutgersii, Erycii Puteani* & *Jo. Brantii, Cornelii* qvoqve *Martini* Professoris Helmstadiensis in librum περὶ ἑρμηνείας, & Phil. Cluverii in lib. de Mundo animadversiones. Deniqve elenchus auctorum ab Apulejo allegatorum, phrasiumqve & (l) verborum index.

Ex recensione *Petri Scriverii* Apulejus prodiit Lugd. Bat. 1624. 12.

Ex *Bonav. Vulcanii* castigatione 1594. 12. & Amstelod. minore forma A. 1628.

Novissime in usum Delphini hunc scriptorem illustravit, omniumqve indice verborum auxit *Julianus Floridus* Paris. 1688. 4. 2. Vol. in qva editione præter alia liber περὶ ἑρμηνείας habetur emendatus ex 2. MSS. Bibl. Capituli Carnotensis.

IX. 1. *Dubia vel supposita* Apulejo sunt Hermetis (m) Trismegisti τέλειος sive ἱερὸς λόγος sive ut S. Augustinus transfert, *verbum perfectum*,

(l) Locupletissimum indicem in Apulejum adornasse se innuit Barthius lib. 3. c. 10. adversar. & alibi. Incendio periisse, conqveritur T. I. ad Statium p. 9.

(m) De hoc aliisqve scriptis, qvi sub Hermetis nomine feruntur, pluribus disserui libro I. Bibliothecæ Græcæ. Videntur autem illa Hermeti supposita esse à docto qvodam & ingeniolo ex Judæo semi Platonico, ætate eadem, non puto eodem autore, qvo Hermæ Pastor in hominum manus venit.

ctum, *h. e. de natura Deorum ad Asclepium allocuta*, qvæ Apulejum transtulisse volunt, sed Wowerio & Colvio atqve Elmenhorstio judice obstat oratio sicca atqve exsangvis, nihilqve simile habens cum Apulejana ubertate & lætitia. Horum sententiæ subscribit Lambecius p. 141. prodromi Historiæ literariæ, sed ista ratio parvi momenti videtur Radulpho Cudvvortho in genuino systemate intelligibili Universi, pag. 324. Loca ex hoc scripto producit Lactantius & Augustinus; sed Apulejo versionem neuter horum tribuit. Constat autem ex eorum testimoniis interpretem antiqviorem esse, qvisqvis demum fuerit, qvam Colvius, Wowerius, aliiqve crediderunt. Occurrit in editione Apuleji operum Aldina A. 1521. 8. Basileensibus Anni 1597. & 1620. & Francofurtensi Elmenhorstii, qvi varias lectiones addidit; etsi nec ipse crederet esse Apuleji. Sæpissime alias prodiit cum Hermetis Pœmandro & aliis reliqviis; Græca vero hujus dialogi interciderunt, exceptis paucis fragmentis apud Lactantium ac Stobæum. Confer si placet, qvæ dixi lib. I. Bibl. Græcæ cap. VIII.

2. In Bibliotheca Marqv. Gudii exstat MS. sub Apuleji nomine *libellus de notis adspirationis & de diphthongis*. Incipit: Omnis adspirationis nota aut principalis est syllabarum, aut terminalis, aut media. Auctor non Apulejus Madaurensis est, sed recentior qvidam: Cæcilius Apulejus fortassis Minutianus, Grammaticus Gyral-

do laudatus, cujus libri duo de Orthographia dicuntur manu exarati exſtare in Bibl. Vaticana & aliis qvibusdam. Inter alia laudat *Hieronymum lingvæ Hebrææ*, ut ille qvidem loqvi amat, *indubitanter peritum.*

3. Exſtat prærerea ſub Lucii Apuleji Madaurenſis Afri nomine *de ponderibus & menſuris ac ſignis cujusqve ponderis liber*, è Græco latinus factus per Jo. Baptiſtam Nicolaum, cum libello de notis ſive ſignis vel characteribus ponderum & menſurarum incerti auctoris. Vide ſupplementum operum Joannis Meſuæ Damaſceni, Venet. apud Valgriſium A. 1575. fol. & ibidem apud Juntas 1558. 1589. & 1623. fol. Caſpar Wolfius Apulienum ſive Apulium qvendam vocat, nec videtur tribuere Madaurenſi, ut notavit Labbeus in parte ſecunda Bibliothecæ numariæ.

4. Jambi laſcivi *è Menandro* expreſſi, qvi inſcribuntur Apuleji ἀνεχόμενος. De his dictum eſt infra libro IV. p. 690. ubi Baudii amores retuli.

5. *Liber de herbis ſive de nominibus ac virtutibus herbarum* ad cives ſuos, inter Apuleji opera Baſileæ editus & ſub Apuleji Platonici nomine cum *Antonii* (n) *Muſæ libello de Betonica* ad Marcum Agrippam vulgatus, Baſileæ 1528. fol. ad cal-

(n) Humelbergius non dubitat libellum hunc à *Muſa* Imp Auguſti medico ſcriptum eſſe. Sed Barthius lib. 38. c. 1. habet pro parte herbarii Apulejani. Extat ſub ejusdem Muſæ nomine *libellus de tuenda valetudine* ad Mecænatem, Norimb 1538. qvid apud Marcellum Empiricum abſurde Hippocrat inſcribitur. Meminit hujus *Muſæ* Horatius, Svetonius, Dic Pli

calcem Plinii Valeriani ex recensione Albani Torini & Anno 1537. 4. Tiguri cum commentario *Gabr. Humelbergii*, ut alias editiones jam omittam. Malunt etiam qvidam *Apulejo Celso Medico* (o) adscribere, qvi Augusti tempore vixit, & Scribonio Largo ac Marcello Empirico memoratur. Sed utiqve junioris scriptoris est, qvi Dioscoridem, Pliniumqve præ manibus habuit. Fortasse ex Apuleji Platonici Medicinæ libris qvorũ Priscianus lib. 6. meminit, & aliis autoribus collectus contractusq; est, etsi Humelbergius ab Apulejo ipso ita scriptum esse non ambigit, nisi qvod fatetur, multa nunc qvidem nomenclaturas, nunc circa Herbarum descriptiones & historiam illi deesse, codicesqve maxime depravatos ac pluribus locis mire varios ad nos pervenisse. Plura de hoc libro scripsi in centuria Plagiariorum num. 58. In Bibliotheca Isaaci Vossii fuit Apuleji Codex de herbis ante annos mille ducentos scriptus litteris uncialibus, cum figuris elegantissimis. Ex hoc co-

Plinius, Galenus, &c. *Artorius*, non *Antonius* dicitur à Tertulliano c. 46. de anima, Lactantio lib. 2. c. 7. &c. Fuit & Antonius Musa Brasavolus, Medicus celebris sæculi XVI. qvem inter eos qvi relegata barbarie, omnia ad pristinum nitorem revocarunt, numerat Jo. Maria Gorettus in præf. ad librum XVII. Antiqvarum lectionum Cœlii Rhodigini. Confer de eodem icones Jo. Sambuci, & Acta eruditor. A. 1706. p. 70. seq.

(o) Hunc Apulejum Celsum, Centuripensem Siculum, præceptorem suum vocat Scribonius Largus c. 171. & c. 94. præceptorem Valentis, non Imperatoris hoc nomine sed Medici, qvi imperante Tiberio claruit.

codice vir ille doctus p. 151. & 254. ad Melam pollicitus est Apulejum se de herbis ita emendatum & auctum daturum, ut pæne alius videri possit. In pandectis Brandenburgicis ita hujus libri fit mentio: *Apuleji seu hujus seu Apulensis liber de medicamentis vel viribus herbarum, quem à Chirone Centauro præceptore Achillis & Æsculapio accepit auctor.* Nomina barbara plantarum qvæ apud Apulejum occurrunt, ex Arabica & Coptica lingva illustrare conatur Kircherus T. 3. Oedipi Ægyptiaci p. 69. seq. Vide & T. 2. part. 2. p. 177. seq. atqve inprimis Salmasium de homonymis hyles Jatricæ.

6. *Ratio sphæræ Pythagoricæ* qvam ex MS. codice vulgavit Barthius lib. XXX. adversar. c. 7. Similis est figura Organi Astrologici per qvod de vita & morte ægrotantium possit judicari, qvæ occurrit in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, adjuncta Epistolæ Petosiridis ad Necepsum Regem, & apud Bedam T. 2. Opp. p. 233. Ceterum fallitur Vignolius Marvillius qvem si placet vide parte 1. Misc. Historic. & litterar. p. 207. & qvæ de rota Pythagorica Georgius Paschius ὁ μακαρίτης in inventis novantiqvis p. 600. & Kircherus T. 2. Oedipi parte 2. p. 491 seq. Merito qvidem Josephus Scaliger Epistola 181. hæc nugis adscribit canoris, qvas nega assis se facere.

X. *Deperdita* (p) Apuleji sunt Epistolæ, Gryphi

(p) Confer Dan. Gvil. Molleri diss. de Apulejo §. 28. Altdorf. 1691.

hi,libri ludicrorum & de proverbiis, de arbo-
ibus, de piscibus, de numeris, de Musica, de
Republica, convivales,Medicinales & natura-
es qvæstiones. Hermagoras prior & posterior.
Disputatio de Æsculapio, hymnus in eundem &
Dialogi. Epitome (q) historiarum & oratio pro
tatua Oeæ sibi locanda. Sæpe etiam Apulejus
itatur in Græcis Geoponicis, & lib. 1. c. 16. di-
itur Ῥωμαϊκὸς hoc est latinus scriptor. Latine
præterea converterat Phædonem Platonis teste
Sidonio lib. 2. Epist. 9. & Prisciano lib. 10. & va-
ia carmina atqve poëmatia luserat, qvorum
pauca qvædam supersunt fortassis in catalectis
veterum Poëtarum à Jos. Scaligero & P. Pithœo
collectis, & in appendice Petronii. Utrum
armen in Orpheum ediderit Apulejus, nescio
n probari possit ex loco Floridorum pag. 358.
dit. Elmenhorstianæ. In Apologia pollicetur
e de partibus animalium, de situ, causa & re-
nediis earundem scripturum, ex qvo opere
ortasse deflorati sunt, qvi exstant sub nomine
exti Placiti sive Platonici Jatrosophistæ Afri *li-
elli duo de remediis animalium & avium* editi à
rancisco Emerico Oppuriano, Gabriele Hum-
nelbergio, & Andrea Rivino.

XI. Dictio Apuleji ingeniosa se audaciqve
legantia commendat, sed qvandoqve licen-
ior est & durior in detorqvendis Vocabulis,
dverbiis præcipuè & diminutivis.

Ll Mul-

(q) Priscianus lib. 6. qvædam refert ex epitome Apuleji.
pitomen historiarum suspicatur Colvius.

Multos passim in Metamorphoseon libris versus latere, qvi neglecti & pro libera oratione habiti durum aliqvid praeferunt & amoenum, observat Lipsius II. 21. elector. Sic statim initio libri I. Milesiar. versus jambicos observant Beroaldus & Rutgersius, & auctoritate Florentini Codicis ac veteris glossae interlinearis in sua editione reponi curavit Elmenhorstius, etsi hoc minus probatur Pricaeo, in cujus tamen editione itidem versus, sed invito Pricaeo expressit typographus.

CAPUT III.

DE JUSTINO, Trogi Epitomatore

Justini aetas. 1. *Historiarum Trogi Epitome.* 2. *Editiones.* 3.

I. JUSTINUS (a) qvis fuerit & qvando vixerit, non satis compertum est, etsi Romae ant[e] Imperatores Christianos scripsisse non dubi[to] tem, ipsum à Christi sacris alienum. Itaqve no[n] assentior iis qvi ad Theodosii Imp. tempora re[j]iciunt, nescio qvibus argumentis moti. Ut vero hoc loco à me commemoretur, facit, qvod i[n] edi[…]

(a) In antiqvissimo codice Bibl. Mediceae *M. Junianus Justinus*, sed in codice qvi fuit apud Ant. Arnoldum *Justin[us] Frontinus*, dicitur teste Jac. Bongarsio & Gerh. Jo. Vossio. Lon[ge] autem diversus est à *Justino Martyre* Graeco scriptore, cu[m] qvo Martinus Polonus eum in chronico perperam confu[n]dit. Justinum Trogi breviatorem memorant Hieronym[us] procemio in Danielem, Augustinus IV. 6. de C. D. & Orosi[us] (qvi passim Justinum seqvitur) lib. I. c. 8. & 10. &c.

editionibus qvibusdam libros ſuos dicitur in-
ſcripſiſſe Imp. Antonino Pio, ſed προσφώνησιν
hanc in nullo MSto codice reperiſſe ſe teſtatur
Jac. Bongarſius, qvi putat additum nomen An-
tonini ab illis, qvi Juſtinum falſo eundem pu-
tarunt cum celebri ejus nominis Philoſo-
pho Chriſtiano & Martyre. Neqve veriſimile
videtur Juſtinum emendandi cauſa opus ſuum
ad Imperatorem mittere voluiſſe, qvod in præ-
fatione innuit, ſi eam non potius ad virum ali-
qvem doctum illius ætatis, ſibiqve amicum,
qvam ad Cæſarem direxit. Non magis cer-
tum eſt qvod Martinus Polonus & auctor libri
de vitis Philoſophorum c. 114. affirmant Tro-
gi diſcipulum Juſtinum fuiſſe.

II. Exſtant *Hiſtoriarum Philippicarum & totius mundi Originum & terræ ſitus ex Trogo Pompejo excerptarum libri XLIV.* à Nino usqve ad Cæſarem Auguſtum, ſub qvo (b) Trogus Pompejus patria Gallus, Philoſophus ac hiſtoricus di-

 ſer-

(b) Sub Julio Cæſare militaſſe Trogum ſcribit Iſaacus Jacelotus V. C. in præclaris diſſertationibus adverſus Atheos p. ., ſed de patre ſuo hoc affirmat Trogus apud Juſtinum LIII. 5. *In poſtremo libro Trogus majores ſuos à Vocontiis originem ducere, avum ſuum Trogum Pompejum Seſtoriano bello civitatem à Cn. Pompejo percepiſſe dicit, patruum Mithridatico bello turmas eqvitum duxiſſe, patrem qvoqve ſub Cajo Cæſare militaſſe, Epiſtolarumqve & legationum ſimul & annuli curam habuiſſe.* Patet ex hoc ipſo loco injuriam fieri Juſtino apud Bonifacium pag. 438. Hiſtoriæ ludicræ, cum arguitur Trogi memoriam voluiſſe abolere. Alios Trogos refert Reineſius Epiſtolis ad Hofmannum pag. 660. Juſtinos alios pag. 410.

fertiſſimus floruit, totiusqve orbis ſed Græca
potiſſimũ hiſtorias latino ſermone XLIV. volu
minibus compoſuit, & à præcipuo argumento
regni nempe Macedonici hiſtoria, qvam a li
bro ſeptimo ad qvadrageſimum primum exſe
qvitur, *Hiſtorias Philippicas*, Theopompi exem
plo inſcripſit. Harum ſe ait Juſtinus, per otiun
qvæ in urbe verſaretur, cognitione qvæqve di
gniſſima excerpſiſſe, & omiſſis his, qvæ nec co
gnoſcendi voluptate jucunda, nec exemplo ne
ceſſaria judicaret, breve veluti florum corpu
ſculum feciſſe. Subjiciuntur Juſtino in Bor
garſii editione atqve inde in aliis *prologi* (c) *fi*
periocha hiſtoriarum Philippicarum Trogi Pompej
ejusmodi fere qvalia hiſtoriarum Livii argu
menta ſub Flori nomine habemus. Illa ab ipſ
fortaſſe profecta Trogo, certe non à Juſtin
elaborata oſtendunt Juſtinum in Epitome ſu
omiſiſſe non pauca, in his ea, qvæ de terraru
ſitu Trogus ſcripſerat. Sunt qvi integram Tro
hiſtoriam dicunt fuiſſe in Bibliotheca Marqva
di Gudii, ſed non ego credulus illis. Ita qvoqv
Aldus Manutius magna ſpe ſe lactabat, Tro
hiſtorias exſtare apud amicum qvendam d
ctum ac ſpectatæ fidei, futurumqve ut prope
diem in lucem ederentur. Sed & illa ſpes var
fuit, neqve Trogus hactenus lucem adſpexi

Qv

(c) In hoſce prologos notas & caſtigationes erudit
ſcripſit D. Abbas de Longverüe, editas in calce Diarii Itali
V. C. Bernhardi de Montfaucon, Pariſ. 1702. 4. Qvæda
emendanda in edit. Montfauconiana notant Ephemerid
Pariſienſes A. 1703. p. 91. ſeq. edit. Amſt.

Qvæ libro XXXVI. traduntur de Judæis, ea il-
ustrantur partim, parim castigantur à Jo. Ja-
obo Schudt in compendio Historiæ Judaciæ e
Gentilium scriptis collecto Francof. 1700. 8.
III. Editus est Justinus Mediolani 1476. fol.
Venet. 1479. & 1493. fol. & 1510. 8. è Sabellici
astigatione, curante Augusto Bechario Mor-
ariensi una cum Floro, Sexto Rufo & aliis qvi-
usdam. Præterea Venet. apud Aldum 1522. 8.
Florentiæ ap. Juntas A. 1525. 8. cujus editionis
agna est ap. Cl. Grævium auctoritas. Sæpis-
ne deinde prodiit, Coloniæ 1543. 8. Antvv.
543. 8. Lugduni 1542. 8. Parisiis, Basileæ, &c.
iam cum notis Victorini Strigelii nostro se-
lo aliqvoties recusus, & cum scholiis Georgii
ajoris, Hagenoæ 1533. 4. At eximiam præ
teris operam Justino navavit *Jac. Bongarsius*,
i è Cujacii, Puteani, aliisqve sex MSS. emen-
vit, & notis doctissimis tabulisqve Chrono-
gicis illustravit, Paris. 1581. 8. Eum secuti
as Vinetus A. 1590. *Franciscus Modius* ex cujus
itigatione Justinus prodiit Francofurti 1591.
& deinde Lugduni, Coloniæ & alibi sæpius.
cophilus Cangiserus, cujus scholia in decem li-
os primores exstant in editione Justini cum
rigelii & Bongarsii notis Ursellis 1610. 8. *Da-*
l Pareus, Francof. 1630. 8. *Matthias Berneggerus*,
i Bongarsii etiam Modii, Strigelii aliorumq;
tas suis addidit, & Jo. Freinshemii indicem
bjecit. Argentorati 1631. 1651. 1666. 8. & *M.*
erius Boxhornius Amsterd. 1638. 12. *Isaacus Vos-*

sius (d) Lugd. Bat. 1640. 12. *Antonius Thysius* qv
cum notis Variorum vulgavit Lugd. Bat. 1650. 8
ut alias Justini editiones cum notis Variorum
Amstel. 1659. 1669. 8. Lugd. Bat. & Vratislavi
1660. 8. in lucem emissas omittam, qvæ curan
te S. D. M. C. vel Cornelio Schrevelio prodie
runt. *Joannes* vero *Georgius Grævius* non præte
reundus, qvi Ultrajecti 1669. Amst. 1694. 1
hunc scriptorem emendatissime cum notis su
edidit, recusum 1707. 8. Idem A. 1683. 8. Lug
duni Batav. ex officina Hakiana præstantis
mam Justini editionem prodire jussit cum no
tis integris virorum doctorum & suis castig
tionibus, Freinshemiiqve indice per Schef
rum & Vorstium aucto. Hæc qvoqve edit
præla iterum subiit ibid. 1701. 8. Exstat pr
terea Justinus cum notis *Tanaqvilli Fabri*, Salmu
1671. cum notis *Jo. Vorstii* Berlin. 1673. 8. cu
notis *Jo. Scheferi* Upsal. 1678. 8. Uterqve Vo
stius & Scheferus Freinshemii indicem à se a
ctum adjecerunt. In usum Delphini illustra
est à *Petro Josepho Cantelio*, addita in margine te
porum qvo singula gesta sunt, notatione, Pa
1677. 4. & Lond. 1701. 8. Deniqve *Oxonien*
post editionem Anni 1674. 8. Justinum
MSS. Codices recensitum denuo edideru
cum brevibus notis & variis lect. curante
C. *Thoma Hearne* & annos qvo qvæqve g
f

(d) Hic multo uberiores notas in Justinum paratas
bere se testatus est in litteris ad Salmasium pag. 331. in
dianas.

unt,in ora libri ſubinde ex Ed. Simſoni maxime rationibus adnotante. Oxonii è theatro heldon. 1705. 8.

Cum notis perſpicuis & ad tironum captum ccommodatis *Chriſtiani Junckeri* ad exemplum otarum Jo. Minelli, Lipſ. 1701. 1715. 12.

Germanice verſus ab Hieron. Bonero prodiit ugustæ Vindel. 1531. fol. & Jo. Friderico chvveſero interprete, Caſſellis 1649. 8. *Gallice* pridem vertit Claudius Seyſſelius. *Hiſpaice* Georgius de Buſtamante. *Anglice* Thomas rovvn &c.

CAPUT IV.

E PALLADIO, CENSORINO, & Julio Obſeqvente.

lladii ætas, ſcripta & editiones. 1. Julius Obſeqvens de prodigiis. 2. Cenſorinus de die Natali. 5.

I. PALLADIUS (a) RUTILIUS TAURUS Volaterrano SCAURUS) ÆMILIANUS Vir illu-

(a) Æmilianum inter auctores probabiles rei Georgicæ idat Caſſiodorus cap. 28. divin. lection. Memoratur am Iſidoro Hiſpalenſi XVII. 1. Originum. Ceterum no-r eſt hic ſcriptor prænomine, uti Macrobius & pauci idam alii : ac utiqve diverſus eſſe videtur à Palladio Rhere qvi frater à Symmacho dicitur & cujus pompam atqve cundiam celebrat idem Symmachus atqve Sidonius Apolaris lib. 5. Ep. 10. Fuit etiam Palladius Medicus Alexandrinus

illustris & Græce doctus, patriâ ut videtur Ro manus, etsi fundorum suorum in Sardinia ir territorio Neapolitano meminit lib. 4. p. 578 edit. Comelin. Scripsit post Apulejum, cujus te stimonio semel utitur, non itaque sub Hadria no, ut perperam affirmat Lud. Vives libro ter tio operis doctissimi de tradendis disciplinis Scripsit inqvam, dictione simplici nec inele ganti tamen *De re Rustica libros XII*. qvorum pri mus præcepta rei Rusticæ varia complectitu secundus usqve ad tertium decimum singuli libris singulorum mensium operas explicat initium faciens à Januario. Ultimus deni qve ad *Pasiphilum*, qvem virum doctissimum vc cat & cui superiores qvoqve inscripsit libros tractat de insitione, versibus Hexametris ¿ Pent:

drinus Galeno junior qvi Græce scripsit in qvosdam libr Hippocratis. Alius Palladius Sophista Methonæus Pallac filius sub Constantino Imp. celebris, teste Suida, qvi scrip ejus commemorat. Alius Palladius vitæ Chrysostomi Historiæ Lausiacæ scriptor, ad qvem haud dubie referend liber de Gentibus Indiæ & Brachmanibus, qvem sub Pallac nomine vulgavit Eduardus Bissæus, & sine auctoris nomi ante Bissæum, qvod hunc fugit, Joachimus Camerari ἐ πάνυ in libello Gnomico de qvo dixi lib. 2. Bibl. Græ c. 11. §. 6. Omitto Palladium, cujus Epistola ad Ephiphaniu Ancorato Epiphanii præmittitur. Fuit & Palladius qvida cursor Theodosii Junioris, cujus meminit Socrates lib. cap. 19 &c. Nostrum porro de qvo jam agimus Palladiu ab aliis *Paludium* ab aliis *Rutilium Palladianum* dictum r perio. Plures Tauri nomine claros refert Colomesius pa 240. Opusc. Apud Labbeum vero pag. 198. Bibliothe novæ MSS. vitiose ni fallor noster vocatur Palladius Ru lius Paulus Æmilius, V. I.

Pentametris. Priores libri tredecim, ut ipsius auctoris verbis utar, sunt.

Nec stricti numeris, nec Apollinis amne fluentes.

Prodiit hoc agricolare Palladii opus sæpius cum Aldi Manutii commentario de dierum generibus apud Palladium, & cum Catonis, Varronis & Columellæ scriptis ejusdem argumenti, & castigatum est à Petro Victorio atqve Hieronymo Commelino, illustratum à Philippo Beroaldo. Vide qvæ supra lib. 1. c. 2. annotavi. Palladius & Columella Germanice per Theodorum Majum. Magdeb. 1621. fol.

II. JULIUS OBSEQVENS, de cujus patria & ætate nihil fere explorati afferre licet, nisi qvod castigatus sermo qvo utitur meliori ævo eum floruisse & prænomen Julii Romanum gente fuisse indicio sit.

Exstant *libri*, qvo (b) *prodigia* Romæ vel in Regionibus ditioni Romanæ subjectis visa ordine temporum descripsit, *Fragmentum* à Consu-

(b) Livium potissimum secutus est in hoc libello Julius Obseqvens, cujus verba etiam freqventer servat. Plurimum doctorum omnium judicio depravatum esse, & alienis passim Consulibus prodigia in eo notari observat Petavius XII. 38. doctrinæ temporum. Qvod vero Balthasar Bonifacius in libro de scriptoribus historiæ Romanæ affirmat, Obseqventem ex Frontini imitatione prodigia collegisse, ita intelligo, ut qvemadmodum Frontinus dicta & facta sollertium ducum, ita Obseqvens prodigia in unum librum congesserit. Neqve enim prodigia ex instituto collegit Frontinus, etsi pauca qvædam attigit in libris Strategematicon. Obseqventis libellus in Italicum sive Hetruscum sermonem conversus est à Damiano Maraffi.

ſulatu L. Scipionis & C. Lælii hoc eſt ab anno U.C. 505. usqve ad P. Fabii & M. Ælii conſulatum qvi incidit in ætatem Auguſti Imp. Primus à Jucundo Veronenſi ſibi donatum edidit Aldus A. 1508. 8. & una cum Plinii Epiſtolis, Panegyrico & libro de viris illuſtribus ac Svetonio de Grammaticis ac Rhetoribus, Philippus Junta, Florent. 1515. 8. atqve iterum Socer Aldi, Franciſcus Aſulanus, Venet. 1518. Aldinam editionem exprimi curavit B. Rhenanus Argentorat. 1514. 8. Obſeqventem edens una cum Plinio de viris illuſtribus, qvem nunc Aurelium Victorem eſſe conſtat, ac Svetonio de claris Grammaticis & Rhetoribus. Cum iisdem ſcriptis recuderunt qvoqve Baſileenſes Anno 1521. 8. & Robertus Stephanus cum libro de viris illuſtribus vulgavit Pariſiis. Exſtat & editio Antwerpienſis A. 1532. & altera non memini qvo in loco excuſa Anno 1547. 8. *Conradus* deinde *Lycoſthenes* partem libri priorem, qvæ temporis injuria interciderat, ſupplevit ex Livio, Dionyſio Halicarnaſ. Eutropio, Oroſio aliisqve: capita vero à ſe addita à verbis Obſeqventis aſterisco præfixo diligenter diſtinxit. Baſileæ ap. Oporin. cum Joach. Camerarii libris 2. de oſtentis & Polydoro Vergilio de prodigiis A. 1552. 8. Iidem aſterisci ſervati ſunt in editione Lugdunenſi Tornæſiana A. 1553. 12. etſi Voſſius p. 711. de Hiſt. Latinis ait Tornæſium peſſimo exemplo editionem Lycoſthenis iterum edidiſſe ſine aſteriſcis. Unde fiat, ut gravi

errore Lycosthenes passim pro Obseqvente legatur & ab eruditis ad partes advocetur. Fortasse respiciebat Vossius ad editionem Lugdunensem anni 1589. 12. Ab eo tempore *Joannes Schefferus* hunc libellum cum Lycosthenis supplementis diverso charactere excusis iterum in lucem emissum notis & indice illustravit Amstelod. 1679. 8. In qvibus notis videtur mihi non usqve qvaqve felicem Criticam exercere vir alioqvi doctus & variis in literas meritis conspicuus. Deniqve *Tho. Hearne* V. C. Obseqventem à Lycosthenis additamentis liberum ad veteres editiones recensuit, cum Livio contulit & brevibus atqve utilibus notis illustravit, adjunctum Eutropio, Messalæ Corvino & Anonymi Orationi funebri (c) in Constantinum Constantini M. Filium. Oxoniæ è Theatro Sheldoniano 1703. 8. Laurentius qvoqve Pignorius commentario Obseqventem illustrasse fertur, qvi Venetis versatus est in manibus illustris Molini, Procuratoris S. Marci, uti ex Thomasini parte 2. elog. p. 209. & Casp. Bartholino de luce animalium p. 461. edit. posterioris notat Joh. Hallervvordus in spicilegio de Historicis latinis.

III. CENSORINUS doctissimus artis Grammaticæ, seculo decimo ab urbe condita (d) anno

(c) Hanc Monodiam è Codice Palatino Græce cum versione sua ediderat Federicus Morellus Paris. 1591.

(d) Vide cap. 17. & 21. lib. de die natali, & Petavium IX, 45. do-

no nempe urbis 991. scripsisse se innuit, Ulpio & Pontiano COSS. ANNO CHRISTI CCXXXVIII. Clarus (Romæ, ut opinor) temporibus Alexandri Severi, Maximiani, Gordiani. Extat ejus *liber* aureolus & variis doctrinæ & ingenii luminibus illustris de *die Natali*, sive de humana origine ad Q. Cerellium, eqvestris ordinis virum, qvem capite 15. sanctissimum vocat & officiis municipalibus functum, sacerdotiiqve honore in principibus civitatis suæ conspicuum fuisse testatur. Prodiit Macrobio subjectus, cum Joh. Rivii præfatione Paris. 1519. fol. & Venet. ap. Aldum 1528. 8. Eodem anno Censorini librum cum excerptis ex Grammatico Consentio vulgavit Joh. Sichardus Basil. 4. Eadem forma prælum cum Solino subiit ex emendatione Eliæ Vineti, Pictavis 1568. 4. & cum notis *Aldi Manutii* nepotis Venet. 1581. 8. Hinc à Lud. Carrione accurate recensitus est, qvi *capita postrema* qvæ vigesimum qvartum inseqvuntur primaqve Physicæ, Geometriæ & Poëticæ de pedibus & rhythmis elementa continent, primus ad hunc librum non pertinere observavit

45. doctrinæ temporum. Hunc porro Grammaticum cum Censorino Odenati filio uno è triginta tyrannis perperam confundunt nonnulli. Fuit & Censorinus qvidam Academicus qvem impugnat Alexander Aphrodiensis lib. 1. ἀποριῶν καὶ λύσεων cap. 13. Alioqvi notum est Censorinum etiam vocatum olim vel Censorium, qvi Censor fuit, ut Marcius ille Censorinus ὃν δὶς ἀπέδειξε τιμητὴν ὁ Ῥωμαίων δῆμος Plutarch. Coriolano sub init. Alius C. Martius Censorinus ad qvem Horatius libri 4. Oda 8.

vit, & auctiora ex MS. edita, separatim libro de die natali, ut *Fragmentum incerti* (e) *scriptoris* subjecit Paris. 1583. Lugd. 1593. 1603. 8. Rostochii qvoqve lucem adspexit Censorinus 1579. 8. & Erycio Puteano curante Lovanii 1628. 4. *Henricus* porro *Lindenbrogius* ex Carrionis & Rostochiensi editione recensitum variis locis emendavit doctisqve notis illustravit Hamburgi 1614. 4. qvæ ejus notæ passim emendatæ & auctæ sunt in editione Lugd. Bat. 1642. 8. Deniqve A. 1695. Cantabrigienses Lindenbrogianam Censorini editionem recuderunt additis *Petri Joannis Nunnesii* emendationibus ad *Fragmentum* in compendium redactis, qvæ hactenus ad calcem Observationum Humanarum Andreæ Schotti delituerant: & recens adjecto in librum de die Natali notarum spicilegio, qvod vir doctus nescio qvis ex Scaligeri, Barthii, Salmasii aliorumqve eruditorum hominum scriptis collegit. *Franciscus* qvoqve *Modius* in Novantiqvis Lectionibus plura Censorini loca castigavit è membranis MSS. *Gerhardum* præterea *Vossium* Gerhardi Johannis F. in Censorino & Valerio Flacco emendando & illustrando non exiguam

(e) Fortasse fragmentum hoc, (à Putschio qvoqve vulgatum inter veteres Grammaticos) ejusdem Censorini est, sed ex alio illius scripto. Ita certe visum Barthio LIV. 25. Adversar. Plura enim scripserat grammatici præcipue argumenti, ut *librum de accentibus*, cujus meminit Priscianus libro XIV. & Cassiodorus. Librum de die natali illustre volumen vocat Sidonius Apollinaris Epistola ad Polemium qvæ carmini ejus tertiodecimo subjicitur.

am operam posuisse testatus est Isaacus frater in præf. ad Dionysii Vossii, fratris itidem sui Maimonidem de Idololatria.

CAPUT V.

DE SERENO SAMMONICO, Nemesiano & Calpurnio.

Sereni ætas, 1. *Carmen de medicamentis*, 2. *Peroratio in Marcelli Empirici Codicibus servata*, 3. *Editiones*, 4. *Scripta deperdita*, 5. *Nemesiani Cynegeticon & Ecloga*, 6. *Ecloga Calpurnii*. 7.

I. Q. (a) SERENUS SAMMONICUS, pater Sereni Sammonici, qvi Gordiano juniori præceptor fuit (b) ipse clarus sub Septimio Severo & Antonino Caracalla, à qvo postremo in cœna (c) interemptus periit. Vir inter sæculi sui doctissimos ingentem reliqvit Bibliothecam volu-

(a) Qvinti prænomen non reperio ap. Spartianum, Macrobium aliosve veteres, qvi Sammonici meminere.

(b) Filium cum Patre confundit Riccobonus in ejus vita, Gyraldus Dial. 4. de Poëtis & alii. A Septimio Sereno distingvendum monet Sidonius Epistola ad Polemium carmini 13. subjecta & Sammonicum in Epist. ad Pontium Leontium qvæ subjicitur carmini 21. peritissimis conditoribus Matheseos annumerat, nisi pro *Sammonicum Saturninum* legendum *Fallonium Saturninum* ut in MS. Jo. Savaro reperit. Pseudo Luitprandi de Q. Sereno Sammonico, Hispano si Diis placet, è Samone Gallæciæ opido, tum Christiano, deniqve Martyre commenta explosa ubi lubebit videbis à Nic. Antonino lib. 2. Bibl. Veteris Hispanæ c. 20. p. 94. seq.

(c) Spartianus in Caracalla p. 643.

voluminum 62000, qvam filius Gordiano juniori dono dedit.

II. Ex variis ejus ſcriptis, Phyſici, Mathematici & Philologici argumenti, ſolum ad nos pervenit *carmen Heroicum præcepta de medicina parvo pretio parabili* ad curandos præcipuos humani corporis morbos, complexum. In his ſuperſtitioſa nonnulla ex more illius ætatis occurrunt, qvale eſt qvod conum *Abrakadabra* (d) chartæ inſcriptum hemitritæo depellendo valere ait, plura forte transſcribens qvam credens. Etſi ejus uſum plurimorum ſe probatione & eventu probaſſe affirmat Thomas Bartholinus (e) libro de Medicis Poëtis. Confer de illo Amuleto præter Rob. Keuchenium in commentario ad Serenum, Jacobi Wolfii Scrutinium

(d) Paulus Colomeſius Miſc. Hiſtoric. p. 95. *Les Juifs modernes au raport de Buxtorfe le fils dans ſa Synagogue chap. 45. diſent que pour chaſſer la fievre quarte, il ne faut que prononcer le mot* Abracalan, *en diminuant toujours d' une lettre, Julius Africanus dans ſon grand ouvrage intitulé* κέστοι *qui ſe trouve Manuſcrit dans la Bibliotheque du Roy d' Eſpagne, & Serenus Sammonicus dans ſon poëme de Medicina, attribuent le même effet aut mot Abracadabra ainſi prononcé. Il ſe peut faire que les Juifs ayent tiré leur recette de l' un de ces deux auters.*

(e) *Vulgatus hemitritao depellendo conus plurimorum obſervatione & eventu ſe probavit, etſi rationem ignoremus. Vieli profuiſſe in febribus* (idem jactatum memorat ſed explodit Lucianus in Philoſpeude) *etiam ſine ſuperſtitione colle appenſum, addito ſolo cornu cervino, cujus appenſi tanta potentia Conſtantino Cæſari Geopon. lib. 16. cap. 1. 2. ut nec boves*

nium Amuletorum diatribam singularem Medici ac Philologi præstantissimi Georgii Francii de Franckenau τȣ̃ μακαρίτȣ, & Rev. Doctorem meum Thomam Ittigium de Hæresiarchis Apostolicæ atqve Apostolis proximæ ætatis p. 103, 104.

III. Carmen Sereni extrema parte truncum esse videtur, itaqve pedibus eo in sententiam Roberti Constantini, qvi versus in calce libri Marcelli Empirici de medicamentis, conjectura minime absurda sed verisimillima habet pro peroratione poëmatis Sereniani.

IV. Editum Sereni carmen est Venetiis Anno 1488. cum Arato, Avieno &c. fol. Deinde cum Celso Medico apud Ald. 1528. 4. & ab eo tempore sæpissime. In eo, qvoniam pluries olim descriptum est & interpolatum, incredibilem lectionum varietatem offerunt MSti Codices, teste Rittershusio ad Oppianum, & Barthio XXV 27. Adversar. Seorsim prodiit Tiguri cum commentario *Gabr. Humelbergii*, 1540. 1581. 4. Basileæ qvoq; 1571. 8. cum brevioribus *Georgii Pictorii* Villingani Scholiis. Sed omnibus editionibus facile præferenda, qvam *Robertus Keuchenius* ad M. Codicem castigatam cum locupletissimis notis & commentariis in lucem emisit Amst. 1668. 8.

qv

Vos nec equi possint ægrotare. Hactenus Bartholinus. Similia jactant Talmudici de suo *Schabiri*. Confer Buxtorfii Lexicon in שבר & clarissimi Collegæ mei Georgii Elieseris Edzardi præf. ad cap. 1. Avoda Sara p. 25. Alia hujusmodi dabunt Balth. Bonifacius Hist. ludicræ XIV. 5. & Jo. Christianus Fromannus libro de fascinatione p. 45. & 30.

qvo pag. 78. seq. aliæ editiones nonnullæ recensentur. Recusus Keuchenii Serenus ibidem 1706. 8.

V. Ex libro qvarto reconditorum Sammonici Sereni Macrobius lib. 3. Saturnal. c. 9. affert carmen, qvo Dii antiqvo ritu evocabantur, & aliud qvo mos fuit devotas fieri civitates.

Idem libri ejusdem capite 16. ubi de acipenfere loqvitur, Sereni verba recitat, qvibus post productum Plinii de illo pisce locum perperam affirmat illum naturæ Bibliothecarium ad usqve Trajani Imperatoris ætatem pervenisse, Majorem Plinium ita confundens cum Juniore, ut notatum Scaligero p. 207. ad Euseb. De lege Fannia Sammonici fragmentum exstat apud eundem Macrobium lib. 3. cap. 17.

VI. M. AURELIUS OLYMPIUS NEMESIANUS Carthaginiensis, Poëta, qvem Halievtica, Cynegetica & Nautica sive ut Casaubonus legit Ixevtica scripsisse, omnibusqve emicuisse coronis illustratum narrat Flavius Vopiscus, ubi Numerianum Cæsarem cum eo in Poëtica contendisse refert. Sola supersunt illius *Cynegetica* carmine Heroico descripta ad Carinum & Numerianum, divi fortissima pignora Cari. cum *Eclogæ IV.* Qvibus Poematibus non elegantiæ tantum & ingenii laudem consecutus est, sed & castigata puraqve dictione, præ cæteris se scriptoribus Afris commendat. Jam ante annos octingentos in Scholis prælegi solitus, ut ex Hincmaro Rhemensi observat Vossius de

Poëtis Latinis pag. 53. De Editionibus supra in Gratio & mox in Calpurnio dixi.

VII. T. JULIUS CALPURNIUS, Siculus, al inopia vexatus, ad eundem Nemesianum, suum ut videtur Patronum, misit Bucolica sive *Ecloga septem*, in qvibus Gyraldus dialogo qvarto d Poëtis ait, facilitatem se & sermonis volubil tatem, sed parum interdum nervi & concir nitatis offendisse. Nescio an idem est *Junis* sive uti in Palatino Vopisci codice legi refer Gruterus, *Julius Calpurnius* dictator memoriæ, cu jus *de morte Cari Epistolam* ad Præfectum urbis d tam producit Vopiscus in Vita Cari Imperatori

Eclogæ Calpurnii Siculi primum Parmæ l cem adspexerunt A. 1478. 4. Prodierunt dei de cum Nemesiani aliorumqve Eclogis Flore tiæ A. 1504. 8. Itaqve Calpurnii & Nemesia eclogas è Sannazarii codice acceptas esse no memorat Georgius Logus Silesius, ubi doc Nemesiani, Gratiiqve Cynegetica & fragme tum Ovidianorum Halievticon (qvod Nem siano perperam tribuebat Barthius XLIX. Adversar.) qvæ una cum Calpurnii Nemesiar qve Eclogis vulgavit, Actio Sincero Sannaza nos debere, qvi codicem vetustum horum brorum litteris exaratum Longobardicis Gallia (f) secum attulit, qvem deinde Romæ

scrip

(f) Hinc constat falli Laurentinm Pignorium non fer tem bonos hosce scriptores Galliæ deberi, qvando p. 56. Ep Georgii Logi, qvem perperam Gregorium Longum vo sollicitat fidem, & illi objicit qvod Franciscus Petrarcha j

C

ripſit Jo. Lucretius Æſiander German⁹, deſcritumqve Logo muneris loco dedit à qvo accetũ Paulus Manutius primũ excudit Venet. 1534. . Prodierunt deinde Auguſtæ Vindel. eodem nno eademqve forma: mox Lugduni, Tigu-, Baſileæ &c. Alias editiones, qvibus virorum doctorum P. Pithœi, Rob. Titii, Caſp. Barhii & Jani Ulitii notæ acceſſerunt, indicavi ſura lib. I. cap. 16. Exſtat & Hugolini Martel- Epiſtola, qva Calpurnii & Nemeſiani loca vædam illuſtrantur Florent. 1590. ut omittam væ in Calpurnio caſtigavit Franciſcus Modius Lectionibus antiqvis.

Calpurnium Nemeſiano caſtigatiorem eſſe otat Voſſius III. Inſtitut. Poëtic. p. 34. Idem aulo poſt: *Qvædam autem alter alteri ſubiegit, ter alia apud utrumqve legas:*

Te ſine, væ miſero mihi, lilia nigra videntur,
At tu ſi venias, (g) & candida lilia fient.

alpurnii carmen petiit à Gvilelmo de Paſtrengo Veronenſe . 38. Epiſt. additqve velut Logo inſultans; *an & tum alpurnius è Gallia veſtra petebatur? Non puto.* Neqve ve- Calpurnium primum edidiſſe ſe, neqve ex Codice Sannaarii petitum usqvam affirmavit Logus. Recte vero id di. t de Gratio, Ovidii Halievticis & Cynegetico Nemeſiani, de ibus ita Gyraldus dialogo qvarto de Poëtis; *Sed qvod Cynetica* (tum temporis ſcilicet cum Gyraldus ſcriberet, adhuc edita) *Gratius ſcripſerit, Actius Sannazarius mihi aliisqve uribus aſſeruit & oſtendit, cum Neapoli animi gratia ex urbe rofecti eſſemus, ſe enim ex Heduorum finibus atque ex Turoniis detuliſſe opuſculum de piſcibus Ovidii, & Cynegetica Gratii & Nemeſiani, id qvod etiam ſuo ſcripto teſtatus eſt Pontanus vadam ſua Epiſtola ad ipſum Actium, & P. Summontius.*

(g) Videtur eſſe legendum, *nec candida lilia fient*,

Potius autem censeam esse Nemesiani, (h) *qvia Calpu* *nio is præstitit, suaqve Calpurnio misit.* Locum J cobi de Cæsollis lib.IV.de ludo Schacchico, u vitiose Scalpurius pro Calpurnio allegatur, mendat Barthius XLIX. 14. Adversar.

(h) Calpurnio sane inopi magis conveniunt, scribe ad Patronum suum Nemesianum. Et Nemesiano forta in ora libri hos versus è Calpurnio qvidam adnotaverat, deinde a librario sunt Nemesiani carmini inserti.

CAPUT VI.

DE ÆLIO SPARTIANO, Julio Capitolino &c.

Scriptorum sex Historiæ Augustæ ætas. 1. *Quæ vitæ à qui scriptæ.* 2. *Editiones.* 3.

I. SEX SCRIPTORES HISTORIÆ A GUSTÆ, sive vitæ Imperat orum qvos non tigit Svetonius, ab (b) Hadriano usqve ad (rini

(a) Fortasse qvatuor tantum numerandi, siqvidem Avidii Cassii non à VulcatioGallicano scripta est sed a Sp tiano, cujus integrum nomen est *Ælius Lampridius Spar nus*, Igitur Ælius Lampridius falso diversus à Spartiano creditur, certe Flavius Vopiscus in Probo ubi Ælium Lam dium nominat, Spartianum inter Scriptores hujus argum ti prætermittit, & vitam Septimii Severi, qvam Spartiano res codices MSti tribuunt, Casaubonus testatur in codice gis Galliæ, Ælio Lampridio adscribi. Etiam aliorum v qvæ sub Ælii Lampridii nomine feruntur, in Excerptis a qvissimis Palatinis ad Spartianum referri, auctor est Vir mus Claudius Salmasius. Harduinum vero, doctissin & ipsum hominem, cui scriptores hi toti suppositi ac c mentitii habentur, somniis suis tetricisqve suspicionibu linqvamus.

(b) Mirum est Nervæ & Trajani, optimorum Princi

v

num descriptæ ab *Ælio Spartiano, Julio Capitoli*-, *Ælio Lampridio*, (c) *Vulcatio Gallicano, Trebellio* llione & *Flavio Vopisco*, qvi omnes imperante iocletiano, aut Constantio qvi ei successit, l certe filio ejus Constantino vixerunt, vide oss. l. 2. de Hist. Latinis c. 5. 6. 7. & Martinum inkium de Romanarum Rerum scriptoribus. si autem valde dubium est, qvæ vitæ à qvibus iptæ sint, qvia MStorum codicum mira hac parte est varietas, singulas tamen ordine re-nsentes, qvænam unicuiqve verisimiliter scribendæ videantur, virorum doctissimo-m secuti judicium, paucis indicabimus.

II. Ælius Spartianus V. C. in Vita Ælii Veri , sibi in animo esse, non solum Imperatorum st Julium Cæsarem, qvemadmodum usqve Hadrianum jam fecisset, sed illorum etiam i vel Cæsarum nomine appellati sunt, nec ncipes aut Augusti fuerunt, vel qvolibet alio nere aut in famam aut in spem principatus nerunt, vitas singulis libris exponere. Huic artiano ab omnibus tribuitur (d) *vita Hadria-ni*

us ex Spartiano vel alio auctore non addidisse, qvi hanc ἀγωγὴν vitarum primus confecit, neqve enim hos Sve-ius attigerat. Vel potius dicendum est vitas istas ex illa ectione intercidisse. Ita Philipporum etiam Deciorum-vitæ cum initio Valeriani desiderantur.

(c) Fuit & Lampridius Rhetor ac Poëta Burdegalensis, m acrem Sidonius appellat: & Gallicanus presbyter, m laudat Sedulius, præf. ad Macedonium.

(d) In qvatuor priora Capita Vitæ Hadriani exstant qvin-im eruditissimæ H. Dodwelli prælectiones Cambdenianæ on. 1692. 8.

ni & *Ælii Veri*, qvas misit ad Diocletianum Augustum cujus se ἴδιον(e) vocat, unde illum Imperatoris familiarem vel libertum colligunt viri eruditi. Etiam vitam *Antonini Pii*, *M. Antonini* (f) *Philosophi* & *Veri* Spartiano adscribunt antiqvissima excerpta Bibl. Palatinæ, qvibus stylum mirifice suffragari notat Salmasius: sed vulgo h feruntur sub nomine *Julii Capitolini*. Eadem excerpta Spartiano vindicant *vitam Avidii Cassii*, qv in editionibus & MSS. refertur ad *Vulcatium* (*Gallicanum*. Sed in hac qvoq; tanta est cum dicti one Spartiani similitudo, ut si diversi sunt auct res censendi, uno veluti ore locuti videantur.

Vita Commodi Antonini sub nomine *Ælii Lampri* legitur, Robertus à Porta *Julii Capitolini* eam se dicit, in antiqvis illis excerptis Palatinis dem adscribitur *Spartiano*. *Publii* autem *Hel* *Pertinacis* (h) vitam Julio Capitolino, qvi ci A. C. 335. vitas Imperatorum descripsit in g ti;

(e) *Diocletiano Augusto Ælius Spartianus suus salutem.* vita Ælii Veri.

(f) Is. Casaubonus T. I. p. 307. 308. testatur hanc vi in editis & MSS. Codicibus ita confusam ac diversimod terpolatam haberi, ut eam judicio suo retexendam putav separatimqve fuerit editurus, qvod tamen haud fecit.

(f) Hujus qvoqve vitæ auctor, *Proposui*, inqvit, *Diocl ne Auguste, omnes qvi Imperatorum nomen sive juste, siv juste habuerunt, in literas mittere, ut omnes purpurat A stos cognosceres*. Flavius tamen Vopiscus negat Aureliani Ir ratoris vitam Latinè à qvoqvam ante se memoriæ prodi

(h) Pertinacis & Didii Juliani ac Sept. Severi vitam L pridio tribuere mavult H. Dodwellus in prælectionibu storicis procemialibus. Reliqvas universas usqve ad Gordianorum, Julio Capitolino.

iam Constantini M. editiones & MSta tribuunt, vam itidem Spartiani esse innuunt excerpta etera Palatinæ Bibl. Vitæ *Didii Juliani*, *Septimii everi* & *Pescennii Nigri*, *Spartiano* adscribuntur tiam in vulgatis editionibus & MSS. nisi qvod odex Regis Galliæ vitam *Severi* tribuit *Julio Caitolino*: sed utiqve unus auctor vitas illas tres omposuit, non minus qvam *vitam Clodii Albini*, væ in editis seqvitur sub nomine *Julii Capitolini*, t in excerptis Palatinis rectius refertur ad *partianum*. Vita *Antonini Caracallæ* & *Antonini Getæ* icata Constantino Imp. *Spartiani* nomen præert tam in editis qvam in MSS. utramqve ab no auctore illoqve Spartiano scriptam esse otendit Salmasius adversus Isaacum Casaubonum, qvi de vita Antonini Getæ ambiguus fueat, qvod in illa qvædam diversa, qvam in superiore tradantur, qvæ Salmasius in diversos autores rejicit qvos Spartianus fuerit secutus. *ita Opilii Macrini Julio Capitolino*: *Antonini Diaduneni* & (i) *Heliogabali* in vulgatis editt. & MSS. *Ælio* tribuitur *Lampridio*. Sed & has omnes *Spariano* adscribunt excerpta Palatina. *Vitam* autem *Alexandri Severi*, qvæ Constantino Augusto dicaa, sub ejusdem *Ælii Lampridii* nomine in editis egitur, non tantum excerpta illa sed & alius MS. codex antiqvissimus Bibl. Palatinæ, aliusqve Regis Galliæ & Robertus de Porta Bononien-

(i) In Heliogabali vita p. 795. Constantinum alloqvitur auctor & p. 797. memorat Judæorum & Samaritanorum regiones ac *Christianorum devotionem*.

nienſis, qvi ſummam horum librorum compoſuit, *Spartiano* vindicant, atq; adeo vitas omnes hactenus recenſitas, Salmaſius non dubitat eſſe illius unius Spartiani, idqve liqvido liqvere ſibi ait in limine notarum ad *vitas duorum Maximinorum*, qvæ omnium conſenſu ſunt *Julii Capitolini*, dicatæ Conſtantino Auguſto. Ab eodem etiam *Capitolino* habemus *vitas trium Gordianorum*, *Maximi* item & *Balbini*. Sed *Trebellium Pollionem* (k) auctorem agnoſcunt, etſi *Julio Capitolino* in qvibusdam codicibus & à Roberto Bononienſe adſcriptæ *Valerianorum vitæ* & *utriusqve Gallieni* & *triginta tyrannorum* ſive rebellium Ducum, *Cyriadis*, M. Caſſii Latieni Poſtumi & C Junii Caſſii Poſtumi, Spur. Serviliani Lolliani M. Aurel. Victorini & filii ejus L. Victorini, M Aurel. Marii, *Ingenui*, Q. Nonii Regilliani, Manii Acilii Aureoli ſive Aurelii, M. Fulvii Macriani, filiiqve ejus Q. Macriani, Q. Fulvii Qvieti, Odenati & filii ejus Herodis ſive Herodiani Mæonii qvi Odenati affinis fuit, Servii Anici Baliſtæ, P. Valerii Valentis & ejus avunculi Calpurnii Piſonis, T. Ceſtii Alexandri Æmiliani Sex. Julii Saturnini, P. Piveſi Tetrici & C. Piveſi Tetrici filii, C. Annii Trebellii ſive Trebelliani, Herenniani & Timolai filiorum Odenati, T Cornelii Celſi, Zenobiæ viduæ ab Odenato relictæ, Victoriæ, *Titi* & Cenſorini Odenati filiorum

(k) Diligens & fidei cultor Hiſtoricus dicitur Gaddio T. p. 200. Scripſit, ſi H. Dodwellum audimus, ſub Diocletiani poſt A. C. 303. ſed ante Kal. Majas Anni 305.

rum. *Vita* deniqve *Flavii Claudii*(l) & *Qvintilli fratris.* Postremo à *Flavio Vopisco* Syracusio admodum juvene, circa (m) eadem qvibus Trebellius Pollio scripsit, tempora jussu Junii Tiberiani præfecti urbis elaboratæ sunt *vita Aureliani,* qvam itidem Julio Capitolino perperam inscribit Robertus Bononiensis, *vita Taciti* & *Floriani fratris, vita Probi* & *Vita Firmi ac Saturnini, Proculi* & *Bonosi Vita* deniqve *Cari, Numeriani* & *Carini.*

III. Prodiit hæc sex scriptorum Historiæ Augustæ Sylloge Mediolani A. 1465, qvam principem editionem laudat Salmasius, & per omnia ferme consentire testatur cum codice præstantissimo Palatino, qvo ille ad emendandos hos scriptores usus est. Inde constat falli Casaubonum, qvi pro prima editione habuit Venetam A. 1480. Exstat & alia Veneta, qvæ ex Aldi officina prodiit An. 1519. 8. cum notis *Jo. Baptistæ Egnatii*; & Parisiensis apud Rob. Stephanum 1544. 8. & cum Svetonio, Ammiano &c. 1568. apud H. Stephanum 8. additis notis *Egnatii* qvæ etiam occurrunt in editione Lugd. 1551. 12. apud Gryphium, & *Desiderii Erasmi* indice, qvo obscuræ voces explicantur. Seorsim prodiere *Vincentii Lupani* annotationes cum prætermissorum libello, Paris. 1560. 8. *Fulvii* item *Ursini*

 notæ

(l) In hac vita Trebellius sæpe testatur omnem se adulationem procul habere, ejusqve falso se ab aliis argui. Hinc viris eruditis secunda hodie videtur exstare editio vitæ Claudii à Trebellio recognita.

(m) H. Dodwellus tamen observat postea qvædam inserta supplementa post A. C. 303. qvinimo post A. 341. & 343.

notæ cum fragmentis veterum hiſtoricorum ab Antonio Auguſtino collectis,notisqve Urſini in Salluſtium, Cæſarem, Livium, Vellejum, Tacitum & Svetonium, Antvverp. 1595. 8. Dilucidationes *Marcelli Donati*, cum ejus obſervatis ad loca qvædam Livii, Taciti, Svetonii & Ammiani Marcellini à Jano Grutero inſertæ ſunt Tomo ſexto Theſauri Critici, ſive facis artium, Francof. 1612. 8. Scriptores vero ipſi cum *Frid. Sylburgii* caſtigationibus iterum vulgati ſunt tomo ſecundo ſcriptorum Hiſtoriæ Romanæ à Sylburgio collectorum Francof. 1585. fol. & cum notis *Jani Gruteri* inter Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores latinos minores, Hanov. 1611. fol. Præſtantiſſimo *Iſaaci Caſauboni* commentario explicati lucem adſpexere Pariſ. 1603. 4. Cum notis ejusdem Caſauboni, & eruditiſſimis *Cl. Salmaſii* obſervationibus luculenter excuſi ſunt Pariſ 1620. fol. & Lugd. Bat. (n) 1670. 8. 2. Vol. in qva optima & eleganti editione Hackiana Jani qvoqve Gruteri notæ accedunt. *Cornelius Schrevelius* qvi ibid. 1661. 8. hos ſcriptores vulgavit, non integras ſed tantum excerptas è Grutero, Caſaubono & Salmaſio annotationes addidit. Exſtant qvoqve paucis *M. Zuerii Boxbornii* animadverſionibus illuſtrati una cum Svetonio & Ammiano Marcellino ibid. 1632. 12. Deniqve *Ulricus Obrechtus* Vir illuſtris cum caſtiga-

(n) Præfationem Caſauboni, dedicationemqve in Hackiana editione omiſſas, Tho. Crenius exhibet parte XI. Animadverſ. p. 39. ſeq. Alteram etiam editionem Caſaubonus moliens fuit. Vide T. 2. edit. Hackianæ p. 406.

ſtigationibus ſuis prelo eosdem ſcriptores ſubjecit Argentor. 1677. 8.

Concludam hoc caput cenſuris qvibusdam virorum doctorum. Balthaſar Bonifacius XV. 4. Hiſt. ludicræ: *Capitolinus, Lampridius, Spartianus, Vopiſcus, qvi Cæſarum vitas conſcripſerunt, Hiſtorici futiles Dempſtero, ſi ſcribendi genus ſpectetur: ceterum neceſſarii, cum meliores non habeamus, frigidi, confuſi, inter claros auctores non numerandi Budæo, vixqve digni ut Hiſtorici cenſeantur.* Mottanus Vayerus T. 1. Opp. p 269. *tout ce gros volume qve nous avons d' eux eſt pluſtót un cadavre froid & ſans eſprit qv' un corps Hiſtoriqve animè comme il doit eſtre. Le jugement de tuos les Savans eſt conforme à celui d' un Auteur qvi les nomme dans ſa preface* Hiſtoriæ dehoneſtamenta: *& l' on peut dire qv' il n' y a rien à profiter dans leur lecture pour ce qvi regarde les regles d' Hiſtorie, qv' à contreſens, de meme qv' au ſon des mauvais joueurs de flutes qv' Iſmenias faiſoit entendre à ſes diſciples, a fin qv' ils evitaſſent les fautes qv' ils y remarqverent.* Tillemontius T. 3. Memor. Hiſt. Eccleſ. pag. 259. *Lampride & les autres, qvi ont fait l' Hiſtoire Auguſte au commencement du IV. Siecle, ne meritent point du tout le nom d' Hiſtoriens.* Vignolius Marvilliusſive qvisqvis ſub perſonato illo nomine latet T. 3. Miſc. Hiſtor. & litterar. p. 56. *Il y a un defaut tres-ſenſible dans l' Hiſtorie Auguſtre, c' eſt qve la plupart des pieces qvi la compoſent, ont plus l' air de ce qv' on appelle Satire & libelle, qve d' une Hiſtorie, qvi ne doit pas dire les veritez d' une maniere ſi vive & ſi picqvante.*

CA-

CAPUT VII.
DE CHALCIDIO.

Chalcidii ætas, & conditio, atqve utrum fuerit Christianus. 1. *Commentarius in Timæum.* 2. *Ejus qvædam fortasse inedita.* 3. *Alius Chalcidius junior.* 4.

I. CHALCIDIUS V.C. & gnarissimus veteris Philosophiæ, dubium reliqvit lectoribus suis utrum Christo nomen dederit, fueritne (a) Hebræus, an Ethnicam probaverit superstitionem. Possis de eo uti verbis, qvæ Photius (b) de Joanne Laurentio Philadelphensi Lydo scripta reliqvit: τὴν δὲ θρησκείαν ὁ ἀνὴρ ἔοικε δεισιδαίμων εἶναι, σέβεται μὲν τὰ Ἑλλήνων καὶ θειάζει, θειάζει δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, μὴ διδοὺς τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐκ τοῦ ἑτοίμου συμβαλεῖν, πότερον οὕτω νομίζων θειάζει, ἢ ὡς ἐπὶ σκηνῆς. Eqvidem Fabius Planciades Fulgentius scriptor Christianus Marciano Capella junior, qvi allegoriam librorum Virgilii Chalcidio inscripsit, eum non dubitat *Levitarum sanctissimum* appellare, ac ne diversum à nostro existimes, in inscriptione libelli de prisco sermone, qvem idem Fulgentius Chalcidio dicavit, in editionibus Hadriani Junii & Dionysii Godofredi dicitur

(a) Augustinus Justinianus, Episcopus Nebiensis in Epistola ad Joannem Metensium Episcopum: *Liqvet vero priscorum omnium sapientum varia Chalcidium percalluisse dogmata. Sed ante omnia videre est qvam ingenue, qvam non affectate, & omni remota passione de singulis loqvatur, non magis uni qvam alii addictus familiæ, adeo ut subinde in dubium mibi venerit, Hebræus ne fuerit an Christianus, ita se gerere medium inter utrosqve videtur.*

(b) Cod. 180. Pag. 211. edit. Hœschelii.

dicitur *Grammaticus Timæi Platonis Ecphrastes*, qvod mihi qvidem videtur esse a recentiore manu. In aliis enim editionibus ut Josiæ Merceri, Petri Danielis ac Commeliniana & in Leidensi Codice qvem inspexit Munkerus dicitur Chalcidius Grammaticus. In editionibus Baptistæ Pii & Jac. Micylli, nudum Chalcidii nomen occurrit. In editione libelli Fulgentii de prisco sermone qvem cum Isidori Originibus Bonaventura Vulcanius è veteri codice edidit, qvali usus etiam Labbeus T. I. Bibl. novæ MSS p. 668. ipsum Chalcidii nomen desideratur. Nec desunt tamen viri docti, qvi Carthaginiensis Ecclesiæ diaconum fuisse existimant, in his Paulus Colomesius notis ad Lilii Gyraldi dialogos de Poetis p. 334. Aliis dicitur Archidiaconus (c) ejusdem Ecclesiæ, qvorum sententiæ meminit Gvil. Caveus in Hist. litteraria, sed non audet illi calculum suum adjicere. *Me certe*, inqvit vir doctissimus, *ἐπέχειν fateor, neqve enim satis constat, Philosophus solum Platonicus fueritne an etiam Christianus. Viri Clarissimi titulus, qvi in fronte reperitur, Diacono haud satis convenit. In Epistola ad Osium* (d) *ipsum nunqvam Episcopum vocat, qvin nec virum fuisse Ecclesiasticum, nedum Christianum vel verbulo*

(c) Archidiaconum appellat etiam Gerhardus Langbænius in elencho scriptorum ad Platonicam Philosophiam pertinentium, qvi subjicitur editioni Alcinoi Oxoniensi 1667. 8.

(d) Hunc Barthius p. 2257. adversar. vult esse Osium Episcopum Cordubensem celeberrimum qvi interfuit concilio Niceno Anno Christi 325.

bulo innuit. Mosaicam (e) *de creatione Theologiam non una vice citat, citat p. 373. Salomonem, interpretes Græcos τὰς ό, Aquilam & Symmachum, qvin & Origenem p. 372. Philonem p. 374. Semel meminit stellæ Chri-*

(e) Pag. 223. edit. Meursii: *Hebræorum sententia, Deum mandasse provinciam soli qvidem ut diem regeret, lunæ vero ut noctem tueretur. P. 245. Juxta Moysen Deus vitæ primigenis interdixit ne edulibus arborum ex qvibus notitia boni malive animis eorum obreperet, vescerentur: qvia cum & abstinendi & non abstinendi potestas penes eos esset, qvid consultum his vellit Deus, qvid cavendum esset, ostendit, non prohibiturus frustra si id fieri esset necesse. P. 262. Hebrais qvoqve consilium datum est a Deo, cum prædictione rerum futurarum in istum modum: Si præceptis meis parebitis, bona terrarum omnia penes vos erunt, lac itaq; & melliflui fluctus non deerunt. Si contemseritis, pœnarum seriem vox divina prosecuta est. P. 305. Hebræi qvoq; videntur secundum Empedoclem de anima principali opinari cum dicunt: Clamat apud me sanguis fratis tui, & item alio loco: non edetis carnem cum sanguine, quia omnium animalium sanguis anima est Quæ si ita intelliguntur ut debent, animam esse animalium sanguinem, qvia sit vehiculum irrationabilis animæ, cujus partes sunt importuni affectus, habet plane rationem qvod dicunt. P. 135. ait ex Secta sanctioris & in comprehensione Divinæ rei prudentioris eminente doctrina animã à Deo homini inspiratam. Adde p. 306. 364. 400. ubi & meminit serpentis qvi primitias generis humani malis svasionibus illaqveaverit P. 351. consentit Platonico de somniis dogmati Hebr. Philos. appellant quippe illi varie ut somnium & iterum visum, tum admonitionem, etiam spectaculum, nihiloque minus revelationem Somnium quidem, quod ex reliquiis commotionum animæ diximus oboriri. Visum vero, qvod ex divina virtute legatur. Admonitionem, cum angelicæ bonitatis consiliis regimur: Spectaculum, ut cum vigilantibus offert se videndam cœlestis potestas clare jubens qvid aut probibens forma & voce mirabili. Revelationem, qvoties ignorantibus sortem futuram imminentis exitus secreta produntur.* Hæc fere sunt qvæ ex Mosaica Philosophi

Christum recens natum præmonstrantis pag. 219. cujus in historia Evangelica fit mentio, de qvibus nihilominus haud satis pro Christiani scripjoris more loqvitur. De Moyse p. 312. hæc habet: Hebræi sylvam (ὕλην) generatam esse confitentur, qvorum sapientissimus Moyses, non humana facundia sed divina *ut* (f) *ferunt*, inspiratione vegetatus, in eo libro, qvi de Genitura Mundi censetur.

De

phia observare potui præter ea qvæ p. 372. seq. fuse differit ex Origene ad prima verba Geneseos, qvem locum exhibui & llustravi lib. III. Sacrarum observationum c. 18. Notandum autem, qvod etsi p. 251. *Platonicis dogmatibus inhærere se* ait, tamen p 225. de Dæmonibus ex mente Platonis acturus, *oportet*, inqvit, *eorum rationem, et si non usqve qvaqve veram explicare*, P. 225. notat Dæmones ab Hebræis *vocari sanctos angelos*. Et p. 269. *Legiones cælestium angelicarum potestatum in undecim partes distributæ, Deus Rex Imperatorqve cæli princeps agminis.* Notum est Angeli vocem pro bono dæmone occurrere etiam apud Hieroclem, Aristidem, Porphyrium, Simplicium, Martianum Capellam &c. Sed & p. 263. ita scribit Chalcidius: *cum vir justissimus condemnatus est Aristides, vel cum Propheta à consceleratis unus membratim sectus, alter brutus saxis, numqvid etiam horum causa penes fatum?*

(f) Casp. Barthius qvi lib. 22, cap. 16. adversar. putat eruditum hunc & elegantem scriptorem eo solo fine Timæum Platonis interpretatum esse, ut fundamenta sapientiæ cœlestis ab Ethnicorum libris petita rationi Christianæ conciliaret, lib. 48. cap. 8. ait Chalcidium per totum hunc commentarium Philosophi Platonici personam induisse, itaqve Moysis arcanas gentibus literas in testimonium producentem, cum divinitus inspiratum eum diceret, addidisse verba *ut ferunt*, non qvod ipse hac de re duditaret, sed ne proderet personam Socratici Philosophi, atqve ut integram Platonicam Philosophiam proponeret atqve produceret, qvam si ad Christianum dogma voluisset exigere, confutasset potius universam, qvam produxisset Christianismo conciliandam, eiqve servituram.

De Moyse an ita scriberet homo Christianus? an Diaconus Carthaginensis? Verum nihil (g) *statuo, doctiorum*

(g) Lecto Chalcidii opere, iisqve qvæ à doctissimo Caveo objiciuntur, diligenter expensis, potius inclino in eam sententiam, Chalcidium fuisse Christianum. Qvod vero Diaconus fuerit, non æqve ausim affirmare, qvia talis fortasse magis sibi religioni duxisset Christianismũ ambiguis verbis occultare. Porro, miror judicium Viri Cl. Petri Danielis Huetii, qvi lib. de claris interpretibus p. 249. ait *Chalcidium immani verborum pompa & phaleris, tum temeraria locorum complurium detractione Platonis Timæum corrupisse.* Sane injuriam fieri his verbis scriptori optimo non diffiteor, qvi Græca Platonis contuli & in nova editione Timæi Platonici, cui Chalcidium variis locis emendatum notisqve illustratum & Ciceronianæ versionis fragmenta addam, id pluribus sum demonstraturus. Idem Huetius Alnetan. qvæst, p. 120. aliqvam Christianismi suspicionem Chalcidio adhærere ait. Sed p. 243. sine tergiversatione eum vocat Christianum Philosophum. Chalcidicus subinde dicitur Vanino Atheo exerc 30. amphitheatri æternæ providentiæ, unde censuram incurrit Vossii lib. 2. c. 45. de idololatria, qvi gravioris insuper culpæ reum agit qvod non puduit illum Chalcidii famam *circumforanei blateronis* convicio p. 157. lacerare, qvi, ut ejusdem Vossii verbis utar, *insignis non Platonicus modo sed Christianus qvoqve scriptor fuit & bene antiqvus, qvippe qvi, si non temporibus vixerit Constantini M. opusqve illud Osio s. Hosio illi dicavit qvi Synodo præfuit Nicæna, saltim junior non fuerit temporibus Theodosianis.* Qvisqvis vero fuerit ille Hosius, accuratiorem rerum divinarum notitiam ei attribuere videtur Chalcidius duobus in locis sui commentarii. Nam p. 219. cum stellam qvæ Christo nato Magis in Oriente affulsit, commemorasset his verbis: *Sane notanda est alia sanctior & venerabilior historia, qvæ perhibet de ortu stellæ cujusdam non morbos mortesqve denuntiantis, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis rerumqve mortalium gratiam, qvam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profectò sapientes viri, & consideratione rerum cœlestium satis exercitati qvæ*

tiorum hac de re judicia audire mallem. Interim Chalcidius est auctor gravis, prudens, multa profundaque scientia imbutus, omnium fere Philosophorum dogmata accurate tenuit, omnia pro argumenti dignitate, rerumque pondere egregie tractat.

II. Exstat ejus *interpretatio latina partis prioris Timæi Platonici* sive *dialogi de statu universæ rei* (usque ad verba pag. 53. edit. Serrani: δι' ὧν ἐνδέχονται τὰ λεγόμενα ἀνάγκῃ, συνέψεσθε) & *in eundem* prolixus & eruditus *commentarius* Osio inscriptus. Prodiit primum ex *Augustini Justiniani* Episcopi Nebiensis recensione Paris. apud Jacobum Badium Ascensium A. 1520. fol. insertis passim figuris Mathematicis, & variis quibusdam lectionibus ex alio Codice in Margine notatis. Denique cum fragmentis Ciceronianæ interpretationis Timæi Platonici, Paris. 1563. 4. & ex *Jo. Meursii* recensione cum ejus notis Lugd. Bat. 1617. 4. Dolendum est in duobus hisce posterioribus editionibus Mathematicas illas figuras omissas fuisse, quas è MSto codice Aug. Justinianus addiderat, quamvis hæ quoque par-

Nn tem

suasisse dicuntur recentis Dei ortum, repertaque illa Majestate puerili venerati esse & vota Deo tanto convenientia nuncupasse. Subjicit ad Hosium suum: *quæ tibi multo melius sunt comperta quam cæteris* & pag. 229. *Nec nos terreat, nomen Dæmonis promiscue bonis & improbis positum, quoniam nec angelorum quidem terret, cum angeli partim Dei sint ministri, partim adversæ potestatis satellites, ut optime nosti.* Christianus fuisse videtur Chalcidius etiam Eugubino lib VIII. cap. ult. de perenni Philosophia, ubi eum reprehendit quod Angelorum dæmonumque nomina confuderit. Idem tamen à Platonicis junioribus fieri passim videmus.

tem ab imperita manu esse videntur. Easdem fere in Codice observavi Gudiano, qvales etiam in scripto Codice perantiqvo Vindobonensi obvias esse testatur Lambecius lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæsarea p. 957. Meursius autem qva erat vir doctrina atqve ingenio vix levi brachio Chalcidii curam in se suscepisse neqve alia qvam Parisiensi A. 1563. hujus scriptoris editione usus fuisse videtur. Lucas Holsteinius in qvadam Epistola qvam legi manu exaratam affirmat se Chalcidium è MSto antiqvissimo emendasse. *Vix crederes*, inqvit, *qvot in illo auctore mendæ delitescant*. Nonnulla Chalcidii (à pag. 235. ad 290. edit. Meursianæ) exhibuit Hugo Grotius in sententiis Philosophorum de fato. Locum ex eodem commentario affert Jo. Sarisberiensis lib. 4. cap. 9. Metalogici. Primam partem commentarii Chalcidiani de genitura Mundi laudat Tho. Bradvvardinus in causa DEI contra Pelagium p. 160. &c. Timæus Platonis, arx qvædam & vertex Philosophiæ judice Claudiano Mamerto lib. 2. de statu animæ cap. 7. certatim illustratus est à veteribus ut dixi lib. III. Bibl. Græcæ c. I. n. 31. Difficilis autem pluribus visus, qvia, ut ait Chalcidius in explicandis arduis rerum qvæstionibus non alienigenis sed domesticis & consangvineis hoc est Metaphysicis & Mathematicis utitur rationibus.

III. Franciscus Patricius in nova de Universis Philosophia, ubi de Hermete Trismegisto

diss

ixerit, testatur à Chalcidio referri hæc verba Hermetis, qvæ in edito Chalcidii libro non memini me legere: *Hactenus, fili, pulsus à patria vixi peregrinus & exsul; Nunc incolumis patriam repeto. Cumqve post paulum à vobis corporeis vinculis absolutus discessero, videtote ne me qvasi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam beatamqve civitatem regredior, ad qvam universi cives mortis conditione venturi sunt. Ibi namqve solus DEUS est summus princeps, qvi cives suos replebit svavitate mirifica. Qvo hæc, qvam multi vitam existimant, mors potius dicenda qvam vita.*

Gerhardus Langbænius in Elencho scriptorum Platonicorum: *Exstat MS. in Bibl. Bodlejana tractatus per modum dialogi, charactere Hiberno Saxonico exaratus majoris operis particula (decem circiter chartarum) in qvo de statu animæ post obitum, Platonico more disceptatur: qvem Chalcidii auctoris esse uno argumento adducor ut credam.*

IV. Diversus à nostro longeqve junior Chalcidius est, de qvo Volaterranus libro XXI. Commentar. Urbanorum pag. 123. *Chalcidius Græcorum non erat ignarus nec imperitus Grammaticus, attamen infans & absqve genio: dictionibusqve minimis invigilabat, lexiconqve condiderat, qvod obitu ejus superveniente Jovinianus ejus discipulus sibi vindicabat.*

CAPUT VIII.
DE JULIO FIRMICO.

Firmici ætas. 1. *Octo libri Matheseos.* 2. *Editiones & scripta promissa vel deperdita,* 3. *Liber de erroribus profanarum religionum.* 4.

I. JULIUS (a) FIRMICUS MATERNU V.C. (b) patria Siculus, ætate jam provectioi Ethnicis tamen adhuc superstitionibus, (c) t verisimile est, imbutus, relictis patrociniis fc rer

(a) Alii Villium Firmicum appellant fide vetusti codic Gyraldus 3. de Poëtarum historia p. 155. *Julius Firmicus n indiligens Astrologiæ scriptor, Villius potius à nonnullis nom natur, idqve ex ejus pervetusto Codice & antiqvo saxo ej nomine inscripto antiqvarii qvidam adstruere conantur.* J Glandorpius in Onomastico p. 905. ubi plures Villos rece set: *Q. Villius Firmicus pro Julio nuncupatur à quibusda nobilis ille Astrologus.*

(b) In editionibus qvibusdam Vir Consularis, fortasse qv litteras V.C. pro *Viro clarissimo*, editores exponerent Vir Consularem. Neqve vero Consul Firmicus fuit, neqve pr vinciam videtur administrasse, qvales itidem eo tempc Consulares appellabantur observante Pancirollo in noti Imperii Orientis c. 156. Dicti sunt etiam qvaodoqve Con lares nonnulli titulo plane honorario, qvi nullum ma stratum ejusmodi gessissent, ut docuit Jac. Godofredus in n titia dignitatum Codicis Theodosiani, qvo postremo ser titulum Viri Consularis, ni plane commenttiius sit, hoc lo intelligendum esse existimat Jo. Clericus T. 2. Bibl. selcé p. 227. qvo in loco de Firmico erudite disserit.

(c) Hoc tum ex aliis locis patet, tum ex eo qvod lib. cap. 2. genituram Mundi ab Æsculapio & Anubio tradit: refellit his verbis: *Nec enim mundus certum diem habuit ort sui, nec aliqvid interfuit eo tempore qvo mundus divina Men*

...nsibus, qvæ antea se tractasse testatur in li-
...ine libri tertii & qvarti, anno Christi 336. (d)
...el proximo 337. scribere cœpit imperante
...onstantino (e) Magno, Constantii filio,
...em in extremo libri primi celebrat.

II. Exstant *Libri VIII. Matheseos* (f) sive de vi
... potestatibus stellarum ex Ægyptiorum (g) &
...byloniorum doctrina ad Mavortium Lollia-
...um (h) Asiæ Præcos. cujus genituram exhibet

...rovidi Numinis ratione formatus est, nec eousque se inten-... potuit humanæ fragilitatis extendere, ut origines Mundi ...ili posset ratione concipere aut explicare.

(d) Hoc anno Consules fuere Optatius & Paulinus, qvi-...s Magistratum gerentibus contigit Eclipsis solis, qvam ...vissime accidisse affirmat Firmicus lib. 1. cap. 2. conf. Phil. ...bbeum T. 1. de scriptoribus Ecclesiasticis p. 660. & in lu-...ento opere Chronologicæ Historiæ, qvod tribus volumi-...bus in fol. distinctum memini me evolvere Lipsiæ in Bibl. ...ulina.

(e) Male in editt. qvibusdam Firmici legitur, *Constantinum* ...tum esse apud *Tarsum*, cum Firmicus scripserit eum natum ...e ad *Naisum* Daciæ oppidum, (hodie *Nissa*) ut è MSS. re-...uerunt Usserius, c. 8. Antiq. Britannic. & Valesius ad Am-...ani XXI. 10.

(f) Mathesin pro Astrologia Apotelesmatica & Mathe-...ticos pro Astrologis passim poni ab illa ætate ac deinceps, ...tissimum est. Vide Tennulium ad Jamblichum p. 67. & ...icerum in Μαθηματικός.

(g) Scientiam qvæ fatorum vias ostendere se profitetur ...Ægyptiis primum excultam fuisse notat præter alios Am-...anus XXII. ult. & lib. XXIII. 6. apud Chaldæos veridicam ...ticinandi fidem eluxisse.

(h) De Mavortio Lolliano, qvi consulatum gessit A. C ...5. vide Jac. Gothofredum in Prosopographia Codici ...heodosiani.

lib. 2. c. 32. Primus liber fere Apologeticus e
& in refellendis utcunqve iis, qvæ contra A
ſtrologiam objici ſolent verſatur: ex reliqvi
ſeptem, ad totidem ſtellarum errantium ordi
nem numerumqve compoſitis, proximi tre
præcepta & ſententias Aſtrologicas comple
ctuntur, primisqve ejus diſciplinæ inſtitution
bus erudiunt tironem. Reliqvis qvatuor, qv
rum argumenta ad calcem libri qvarti à Firmi
co exhibita ſunt, partilia apoteleſmata ſphær
qve Barbarica ſive Chaldaica & Ægyptiaca e
ponuntur.

Sub initium libri ſeptimi graviſſima formu
adjurat Lollianum, eamqve illi iterum in m
moriam revocat ſub extremum libri octavi,
Myſteria hujus artis cuiqvam indigno divu
get. Hujus generis adjurationem è qvarto lib
Ἀνθολογιῶν Aſtrologi Græci inediti Vettii V
lentis (i) & è ſptimo produxit Seldenus. N
diſſimili jurejurando initiatos ſuos obſtri
gere ſoliti ſunt Chemici, ut prolatis eoru
ἐπορκισμοῖς docet Olaus Borrichius in Herme
ſapientia vindicata p. 47. Vanitati igitur n
minus & invidiæ hoc tribuerim, qvam me
ab edictis Imperatorum, qvorum ſententia li
IX. Codicis Juſtinianei tit. 18. *ars Mathemat
damnabilis eſt interdicta omnino.*

AuctoresFirmicus latinos ſe ſecutum eſſe
re negat, diſciplinam novi operis Romanis h
mi

(l) Confer ſi placet qvæ dicta ſunt lib. 3. Bibl. Græcæ c
§. 9. p. 509.

ninibus tradere se professus: qvod præter Frontonem, qvi in apotelesmaticis Hipparchi antiscia (k) secutus est, & Julium Cæsarem (l) principemqve ac decus Romanæ Eloqventiæ M. Tullium, qvi Aratum latinis versibus reddiderunt, nullus pæne Latinorum de hac arte scripsisset. Manilius ut supra lib. 1. c. 18. §. 3. dictum est, ad manus Firmici pervenisse haud videtur. Navigio tamen ex latinis usum fuisse se innuit lib. 2. sed pro *Navigio* fortasse legendum est *Nigidius* (m) cujus Sphæræ barbaricæ & Græcanicæ commentarium, memorat Servius ad lib. 1. Georgic. & respicere videtur scholiastes Germanici atqve Isidorus Hisp. lib. de natura rerum cap. 38. Hic latinus scriptor celeberrimus Nigidius, Ptolemæum cujus astrologica & astronomica volumina Græce scripta hodieqve habemus, ætate antecessit, unde Ptolemæus respectu Nigidii *posterior* ibidem à Firmico dicitur. Cæterum præfert Firmicus omnia qvæ Æsculapio Mercurius

(k) Antiscia veteribus vocantur signa qvæ à punctis æqvinoctialibus æqualiter distant. Eadem jubentia & obedientia. At Fronto h. l. Hipparchi antiscia secutus, totam cœli rationem in globo Hipparchi propositam consectatus fuisse intelligitur. De antisciis conferri possunt Scaliger ad Manilium p. 141 seq. Jo. Baptista Morinus XVI. 15. Astrologiæ Gallicæ. Jo. Woweranus lib. de umbra c. 6. & Bulengerus lib. 1. c. 6. de divinatione.

(l) Vide Firmicum lib. 2. procem. & lib. 8. c. 5.

(m) De illo Nigidii opere videndi Scaliger ad Manil. p. 333. seq. edit. Argentorat. Salmasius p 592. seq. de annis climacter. & Rutgersius Var. Lect. lib. 3. c. 16.

curius (n) Anubiusqve tradiderunt, qvæ Petosiris (o) explicavit & Necepso, (p) qvæ Abraham, Orpheus & Critodemus ediderunt, ceteriqve omnes hujus artis antiscii: perlecta pariter atqve collecta & contrariis sententiarum diversitatibus comparata in his libris à se perscripta esse, ut qvicqvid divini veteres ex Ægyptiis adytis pertulissent, ad Tarpejæ arcis templa perferret Ex iisdem scriptoribus & singulatim ex Æsculapii libro cui titulus Myriogenesis sive Mœrogenesis, mundi genituram sole decimum qvintum (q) gradum leonis tenente orti vulgavit libro 3. qvam tamen merito fabulosis adscribit commentis. Libro sexto occurrit genitura sive thema natalitium Oedipi, Paridis, Thersitæ, Demosthenis ac Hermodori, Homeri, Platonis, Pindari, Archilochi & Archimedis. Figuræ autem qvæ in vulgatis libris adpositæ sunt, vel nullæ, vel ita im-

pe

(n) Ita legendum pro *Enichnusqve* p. 84. edit. Basil. confer Marshamum p. 480. canonis Chronici. Ceterum de his Astrologis plura dicendi locus erit fortasse in prolegomen ad Apotelesmatica Manethonis Sebennitæ. Porro ex Abrahæ libris excerpsisse se ait Firmicus qvæ tradit lib. 8. cap. Abrahæ enim Patriarchæ singularem Astrologiæ cognitionem, qvin imo inventionem ipsam tribuerunt non pau scriptores Judæi & Christiani, ut dixi in Codice pseudepigrapho Vet. Testamenti.

(o) Hujus iterum mentio apud Firmicum p. 212. 216.

(p) Vide iterum p. 212. 216.

(q) Paulus Alexandrinus in extremo suæ εἰσαγωγῆς habet gradum undevigesimum, ut notavi III. 20. 9. Bibl. Græcæ.

perite efformatæ, ut nulli uſui eſſe poſſint. De Imperatoris fato qvicqvam reſpondere prohibet lib. 1. c. ult. non qvod ſolum Imperatorem crederet eſſe ἀςέρων κρείττονα & ſupra aſtra, ſed qvod vetitum eſſet lege & capitali ſupplicio cautum τούτων τι ὧν ὁ νόμος μανθάνειν, unde explicandus locus Libanii T. 2. p. 214.

Firmicum ipſum Aſtrologiæ & Mathematicarum diſciplinarum haud peritum fuiſſe, ſed aliorum ſcriptorum fidem ſecutum, atqve inde ſæpius erraſſe, Scaligeri & aliorum eruditorum opinio eſt. Jo. Picus lib. 1. in Aſtrologiam p. 285. *Qvid memorem Maternum & in rudimentis Arithmeticæ ſic hallucinantem, ut ſcribat qvid decernat Mercurius cum in nocturna genitura cœli medium occupaverit, qvaſi à ſole Mercurius plus qvadraginta aut circiter partibus abeſſe unqvam poſſit, aut à cœli medio Sol per noctem plus ſeptuaginta ſemper non abſit. Mitto alia multa, in qvibus cum ſemper multæ loqventiæ, exiguæ ſemper ſapientiæ hominem deprehendes.* Idem tamen Picus libro V. p. 377. *curioſiſſimum Aſtrologiæ inveſtigatorem* fuiſſe non diffitetur.

III. Editum eſt hoc opus qvod ex Scythia h.e. Turcici Imperatoris regia CPoli primus in Italiam attulit Peſcennius Franciſcus Niger, dicavitqve Cardinali Hippolyto Eſtenſi, Venet. per Simonem Bivilaqvam Papienſem 1497. fol. deinde ibid. apud Aldum 1499. fol. una cum Manilio, Arato ejusqve interpretibus Germanico, Cicerone, & Græcis ſcholiis Theonis atqve Procli ſphæra; iterumqve 1501. fol. & Ni-

colao Prucknero recensente Basil. 1533. fol. atqve inde sæpius una cum Manilio, Ptolemæi Astrologicis latine translatis &c. E MSto Codice qvi Oxonii in Collegio Lincolniensi exstat, loca qvædam emendavit Seldenus lib. 2. de Synedriis c. 11. p. 291. seq. edit. Amstelod.

Libro IV. cap. 14. pag. 114. Firmicus ait se de Domino genituræ & chronocratore specialiter dixisse in singulari libro ad Murinum.

In extremo capitis 1. libri 5. pollicetur se his absolutis, aliis 12. voluminibus Lolliano cetera secreta Astrologica intimaturum. Libri de fine vitæ à se scripti meminit lib. 7. cap. 6. In limine libri octavi, *aliud mihi tempus*, inqvit, *ad explicandum myriogenesin* (al. *mœrogenesin*) *reservavi*. Confer cap. 18. seq. Et libri ejusdem cap. 3. *Hunc locum* (morborum & sanitatis) *divinus ille Necepso, ut remedia valetudini inveniret, diligentissime qvidem, ut divinum tanti viri potuit ingenium, manifestis tractatibus explicavit. Hujus ego libri interpretationem, alio tibi tempore, Mavorti decus nostrum, intimare curabo.*

IV. Probis moribus videtur fuisse Firmicus, qvo magis Deus ejus misertus jam senem ex Ethnicismi tenebris ereptum divina Evangelii luce collustravit, in qva constitutus post annum Christi 350. eruditum, disertum ac pium *librum* scripsit (r) *de errore profanarum religionum* ad Con-

(r) Eundem esse qvi librum hunc & qvi Astrologicum opus composuit, jam receptior inter eruditos sententia est, etsi

Constantium & Constantem Augustos. Primus ex MSto Mindensi vulgavit *Matthias Flacius* Argentorat. 1562. 8. Sæpius deinde editus est, tam seorsim, qvam in Patrum Bibliothecis. Cum mythologicis latinis prodiit cura Hieron. Commelini, Heidelb. 1599. 8. Utqve alias ἐκδόσεις omittam, eruditis *Jo. Woweri* notis illustratus lucem adspexit è Bibliopolio Frobeniano Anno 1603. 8. una cum Minucio Felice. Sæpe numero ab illo tempore Woweriana editio repetita fuit etiam accedente cura *Jac. Oiselii* Lugd. Bat. 1652. 4. 1672. 8. & ad calcem Cypriani recensente *Philippo Priorio* Paris. 1666. fol. Qvædam hujus libelli loca castigat & illustrat *Jo. Frid. Gronovius* Monobiblo observationum Ecclesiasticar. c. 9. Ceterum Jo. Wowerio judice p. 286. Epist. non pauca in Firmico sunt, qvibus temere ab aliis dissentit, aut antiqvorum scripta negligentius se legisse ostendit.

etsi Bonifacio XV. 5. Hist. ludicræ & Baronio olim aliter visum ad A. C. 355. qvi inscriptionem librorum de Astrologia secutus, hos Firmico cuidam juniori tribuit, cum è contrario probari possit eos scriptos esse ante librum de errore profanarum religionum.

CAPUT IX.

DE AURELIO VICTORE & Eutropio.

Aurelii Victoris ætas, 1. Liber de Origine gentis Romanæ, 2 De viris illustribus & de Cæsaribus libellus, ab Andrea Schot-

to

to primum editus. 3. Alter de Cæsaribus liber. 4. Victoris editiones. 5. Eutropii ætas. 6. Breviarium ejus, Historiæ Miscellæ admixtum. 7. Sinceræ editiones. 8. Pæanii & Capitonis Lycii Metaphrases Græcæ, ibid. Opus aliud ab Eutropio promissum. 9.

I. SEXTUS AURELIUS VICTOR, Afer vulgo creditur, certe multus est in Africæ laudibus, qvam vocat decus terrarum. Sub Constantio floruit, qvi eum rure ortum tenuiqve familia, sed ingenii ac scriptorum laude commendatissimum, Pannoniæ (a) Secundæ Consularem præfecit & honoravit ænea statua.

II. Ad eum vulgo refertur *libellus de Origine gentis Romanæ, à Jano & Saturno conditoribus per succedentes sibimet Reges usqve ad Consulatum decimum Constantii digestus ex auctoribus Verrio Flacco Antiate (ut qvidem ipse Verrius maluit dicere qvam Antia) tum ex Annalibus Pontificum, dein Cneo Egnatio Veratio, Fabio Pictore, Licinio Macro, Varrone, Cæsare, Tuberone, atqve ex omni prisca historia, proinde ut qvisqve neotericorum asseveravit, h. e. Livius & Victor Afer.* Prodiit post primam A. Schotti editionem Plantinianam 1579. 8. adnexus Tomo primo operum Dionysii Halicarnassei ap. Wechel. 1586. fol. & Lipsiæ 1691. fol. & cum A. Schotti notis ac Jo. Metelli ad Pighium Epistola præmissus libro de Viris illustribus & Cornelio Nepoti, Variorum notis illustrato, Francof. 1609. fol. Præterea adjunctus commentariis Onufrii Panvinii de Rep. Romana 1588. 8. & inter antiqvæ historiæ auctores junctim editus

(a) Vide Ammianum Marcellinum lib. 21. c. 10. & ibi Lindebrog.

tus à Dinoyſio Gothofredo Lugd. 1591. 12. Qvamvis autem Voſſius p. 196. de hiſt. latinis ex hoc ipſo titulo (à recentiore haud dubie manu non ab auctore adjecto) concludit libellum illum collectum fuiſſe ab aliqvo qvi fuerit poſt Aurelium Victorem, facile tamen intelligitur ſi hoc argumentum valeat, idem dicendum de libro qvo viri illuſtres urbis Romæ & qvo Cæſares deſcripti ſunt: utrumqve enim horum ſimul titulus ille tangit, cum à Jano & Saturno conditoribus per ſuccedentes ſibimet Reges hiſtoria Romana deducenda promittitur ad Conſulatum decimum Conſtantii. Nam libellus ipſe de origine gentis Romanæ n hiſtoria conditæ urbis Romæ deſinit. Itaqve ego qvidem titulo tantum tribuere nolim, ut propterea negandum putem, libellum ipſum ſcriptum eſſe à Victore. Auctor vero qvisqvis eſt cap. 1. ait ſe etiam librum de origine Patavina compoſuiſſe, ſed qvi non exſtat. Exinde *Aſconium Pedianum* auctorem ſuſpicati ſunt Auſonius Popma (b) ut ſupra in Aſconio dixi, & Jo. Metellus, uſi etiam hoc argumento, qvod

(b) Popma ad Salluſtii Catilinar. p. 306. libellum de origine gentis Romanæ allegans, *eum auctorem*, inqvit, *eſſe Q. Aſconium Pedianum adducor ut exiſtimem, primum qvia de Virgilio & Livio ut æqvalibus & familiaribus ſuis loqvitur, qvod ipſum & facit Pedianus in commentariis ad Orationes Ciceronis; deinde dicit ſe feciſſe librum inſcriptum de origine Patavina. At Pedianus fuit Patavinus, ut ex Euſebii Chronico conſtat: poſtremo ſtylus optimus auctorum index commentatori magis qvam Hiſtorico convenit, nec à Pediani ſtylo abhorret.*

qvod de Livio loqvens c. ult. *nostræ,* inqvit. *memoriæ Historia Liviana.* Et c. 7. *Qvam opinionem seqvi metuit noster Maro.* Et fateor levia esse qvæ huic sententiæ opponit Burch. Gotthelf Struvius V. C. in diss. de origine Romana & de ea scriptoribus qvæ inserta est T. 3. Obs. Hallensium p. 63. Index Scriptorum in libro de Origine gentis Romanæ allegatorum hic est, adornatus ad paginas editionis præclaræ Pitiscianæ:

Plau-

Plautus. p. 15.
A. Postumius in volumine de adventu Æneæ. 31.
Sallustius. 11.
Sextus Gellius in Origine gentis Romanæ. 32.
Tubero. 2. libro primo. 33.
Valerius Antias. 38. libro primo. 36.
Varro. 2.
Vennonius. 36.
Verrius Flaccus Antias. 2.
Victor Afer. 2.
Virgilius. 3. 4. 17. &c.
Vulcatius. 22.

III. Minus hodie ambigi solet Aurelium Victorem genuinum auctorem esse libri *de viris illustribus urbis Romæ*, qvorum primus est Proca (c) Rex Albanorum, ultimus Q. Pompejus. Hic libellus sæpius prodiit sub nomine Cornelii Nepotis, Svetonii Tranqvilli vel Plinii (d) Secundi junioris. Ab aliqvibus Tacitum proditum esse auctorem refert Gyraldus dialogismo XXVI. Fuit etiam qvi Asconio Pediano adscri-

(c) Georgius Cassander in sua editione, qvam Plinii nomine proscripsit, tres addidit qvi ante Procam fuere: Evandrum, Latinum & Ascanium, alios item novem in extremo libri, qvi Pompeji ætate floruerunt.

(d) Sub Plinii nomine prodiit cum commentario Philip. Præpositi Poncherii Paris. 1545. 4. & Conradi Lycosthenis Basil. 1547. 8. 1563. fol. Clariss. Pitiscus memorat etiam editionem hujus libri Mediolanensem A. 1509. Prodiit itidem cum notulis Tan. Fabri ad calcem Eutropii: post Salmuriensem editionem recusus Lond. 1703. forma minore.

ſcriberet Joannes Metellus in litteris ad Steph. Pighium. Sed *Andreas Schottus* qvi ſuis & Dominici Machanei (e) ſcholiis illuſtratum præmiſit Cornelio Nepoti Francof. 1609 fol. & Clariſſ. Hankius lib. 1. de Rom. rerum ſcriptoribus p. 151. ſeq. eum Sexto Aurelio Victori recte vindicant auctoritate veterum codicum, in qvibus libellus iſte dicitur pars prior hiſtoriæ abbreviatæ Victoris, ita ut altera pars ſit.

Liber de Cæſaribus ab Imp. Auguſto usqve ad Conſtantium Conſtantini M. filium, cujus editionem primam debemus eidem inſigni Viro *Andreæ Schotto* Antwerp. 1579. 8. Idem Schottus librum de viris illuſtribus illuſtraverat Duaci 1582.

IV. Exſtat præterea alius liber qvi inſcribitur: *De vita & moribus Imperatorum Romanorum Epitomæ ex libris Sexti Aurelii Victoris à Cæſare Auguſto usqve ad exceſſum Theodoſii Imp.* Sed hic juniorem auctorem habet & diverſum à ſuperiore libro de Cæſaribus, qvem Schottus edidit, atqve ab eo (e) interdum diſſentit. Sub Victoris nomine allegatur à Paulo Diacono de geſtis Longobard. Lib. 2. cap. 18. etſi in qvibusdam editionibus nomen *Victorini* legitur. Voſſius autem pag. 221. de Hiſt. latin. eum eſſe ſuſpicatur qvi in veteri Inſcriptione ap. Gruterum Theodoſii Aug. temporibus præfectus urbi & judex

(e) Fatendum tamen eſt multa qvoqve illius fideliter repetere. Paſſim etiam à Spartiano qva res qva verba mutuo notatum à Caſaubono eſt ad Spartiani Hadrianum c. 1.

judex ſacrarum cognitionum fuit. Fuit & Aurelius Victor cognomento Primus, utroqve cujus jam memini, antiqvior, cujus verba laudat Julius Capitolinus in Opilio Macrino. Prodiit Victoris liber de Cæſaribus, ut Pitiſco notatum eſt, Argentorati apud Matthiam Schurerum 1505. 8. tum Venetiis ap. Aldum 1516. 8 ad calcem Svetonii, atqve cum aliis Hiſtoriæ Scriptoribus ibid. 1519. fol. & apud Frobenium Baſil. 1533. 1546. fol. ex recognitione Jo. Baptiſtæ Egnatii. Præterea apud eundem Frobenium 1530. 8. & Lugduni 1542. apud Gryph. nec minus Pariſ. 1543 & apud Rob. Stephanum & 1558. 16. ad calcem Juſtini. Pictavii qvoqve ex Eliæ Vineti recenſione cum ejus notis 1564. 4. & Lugd. 1585. 16. Henricus qvoqve Stephanus recenſuit tomo ſecundo Hiſtoriæ Romanæ Scriptorum A. 1568. 8.

V. Editiones univerſorum qvæ hactenus numeravi ſcriptorum Victoris hæ ſunt:

1. Antwerpienſis cum commentario *A. Schotti*, 1579. apud Plantin. 8. & 1582. 8.
2. Wecheliana in tomo primo Hiſtoriæ Romanæ ſcriptorum ex recenſione *Frid. Sylburgii*, Francof. 1588. fol.
3. Hanovienſis cum notis *Jani Gruteri*, in tomo ſecundo Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorum, 1610. fol.

His accedunt aliæ tres elegantisſimæ qvarum una Lugduni Batavorum prodiit An. 1671. 8. cum iconibus in æs inciſis & notis variorum

Dominici Machanei, Andreæ Schotti, Eliæ V neti, Jani Gruteri &c. altera Parisiis cum inte pretatione & notis *Annæ Tan. Fabri* filiæ in usu Delphini prodiit A. 1681. 4. Tertia Trajecti a Rhenum cum commentariis integris Schott Machanei, Gruteri, Fabri & in Cæsares Vinet atqve Merici Casauboni, & iconibus viroru illustrium ex veteri numismatum penu d promptis & ære descriptis, indicibusqve loc pletissimis curante V. C. *Samuele Pitisco*, 1696. Deniqve sæpius in hoc libro laudatus mi *Christianus Junckerus* perqvam utili pro tiron bus opera Aurelium Victorem notis perspicu illustratum edidit Coburgi 1703. 8.

VI. Marianus Victorinus ad Epist. 21. S. Hi ronymi scripsit in Bibl. Vaticana exstare M *Aurelii Victoris Historiam persecutionum Ecclesiæ usq ad Domitianum.* Sed ejus fidem merito in dub um vocat eruditissimus Baluzius in calce not rum ad Lactantium de mortibus persecutoru T. 2. Misc. p. 462. Neqve ex Hieronymo co ligas hujusmodi opus unqvam scriptum fuis ab Aurelio Victore, cujus Historiam sibi mit petit Hieronymus *propter notitiam persecutorum* i. e. Cæsarum, ita enim legitur ille locus i antiqvissimis Codicibus, non *persecutionum*. Porro minime Christianus fuit Aurelius is Victor.

VI. FLAVIUS (f) EUTROPIUS Italus, Se ph

(f) Flavii prænomen Eutropio tribuimus auctoritate C col

phista, Constantino M. (g) primum ab Epistolis, deinde Juliani Apostatæ expeditioni in Parthos sive Persas interfuit, ejus ἡλικιώτης ὁμȣ̃ καὶ αἱρεσιώτης dictus à Nicephoro Gregora, unde non Christianum qvalis visus est Brodæo ad Anthologiam Epigramm. Græcor. p. 319. aliisqve bene multis, sed Ethnicum fuisse colligit Lambecius lib. 4. de Bibl. Vindob. p. 56. & Franciscus

li Sigonii & Balth. Bonifacii, etsi in editionibus & Mss. vos viri docti versasse se testantur, & apud veteres qvi Euopii meminerunt, nullum occurrat. Italum vocamus ıctore Svida (nisi is hoc verbo innuere duntaxat voluit ım latine scripsisse.) Sophistam vero cum eodem Svida Codino. Idem est Eutropius qvem Chronographum Joan-:s Malalas appellat. In Mss. Codicibus appellatur V. C. asi dicas Virum Clarissimum, vel Virum Consularem, i sane illi titulus deberetur, si idem esset cum Eutropio nucho in qvem invehitur Claudianus, Arcadii Imp. cuculario, qvi Consul fuit A. C. 387. & 399. & deniqve ad ıristianos confugit teste Prospero III. promiss. 38. Certe versus est noster Eutropius à Presbytero ejus nominis, qvi ıgustini discipulus fuit, ap. Gennad. & à Medico Eutro- cujus apud Marcellum Empiricum mentio in opere de dicamentis: tum ab Eutropio Episcopo Valentino de qvo dorus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 32. Licet cum :sbytero Eutropio confundunt Ptolomæus Lucensis, Volaranus, Gesnerus, Mich. Neander in Apocryphis Græco-Lais p. 410. Bonifacius XV. 5. Hist. ludicræ & Jac. Gaddius scriptoribus non Ecclesiasticis T. I. pag. 178. Non æqve tum est an diversus qvoqve sit ab eo ad qvem Symmachi istolæ III. 46. seq. & cujus, de literis agens, testimonio uti- Priscianus lib. I. c. 3. Nam plura scripsisse Eutropium trum Svidas qvoqve innuit.

(g) Vide Lambec. ad Georgii Codini excerpta de origius Cpolitanis p. 147. edit. Paris. in fol.

Mottanus Vayerus libro de virtute pagan rum T. I. p. 670. edit. in fol. Nam qvæ vide tur in qvibusdam excusis Eutropii codicib eum à gentilitatis nota liberare, (ubi scili JESUM CHRISTUM Deum & Dominum nostr vocat) ea in aliis codicibus desideran omnia. Qvare fieri potest, inqvit Latinus I tinius Bibl. sacro profana p. 79. ut per Pauli D coni operâ & industriâ illa addita Eutropio fu rint, cujus Pauli Forojuliensis nomen in co ce Vaticano prænotari monet idem Latiniu 81. Ille igitur Eutropius jussu Valentis In Res Romanas ab urbe condita usqve ab obitu Joviniani & Annum U. C. MCXIX. brevi n ratione strictim complexus est, additis eti hisqvæ in principum vita egregia exstiterunt

VII. Exstat hoc Eutropii breviarium (h) R manæ Historiæ in X. libros distinctum dicatu qve Valenti Augusto. Sed in antiqvioribus e tionibus Rom. 1471. Ven. 1480. fol. Craco Mich. Coccinio curante 1510. 4. Paris. 1513. Nicol. Maillardum Rothomagensem &c. ad tamentis *Pauli Winfridi* Longobardi qvi Caroli ætate Diaconus Aqvilejensis fuit, mire inter latû legitur. Etiam in *historia Miscella* libri un

(h) Svidas in Καπίτων vocat Ἐπιτομὴν Εὐτροπίε μαϊςὶ ἐπιτέμνοντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον. *Epitomen Eutropius latino idiomate abbreviavit Livium Scripto Romanum.* Perperam Volaterranus hæc verba sic acce ac si Capito Lucius Epitomen Livii concinnasset. Laud Eutropius etiam à Sarisberiensi VIII, 21, Policrat.

m priores hos ipsos Eutropii libros à Paulo in-
rpolatos exhibent, proximi vero qvatuor
ctorem agnoscunt eundem Paulum Diaco-
um, sextus porro decimus usqve ad vigesi-
um qvartum additi sunt à *Landulpho Sagace* hi-
oriamqve perducunt ad annum usqve Chri-
806. uti recte in edit. Pithœi legitur (perpe-
m in Gruteriana excusum est 706.) in qvibus
ta fere Anastasii Bibliothecarii Rom. historia
clesiastica ex Georgio, Theophane aliisqve
ræcis Scriptoribus collecta continentur. Vi-
præter P. Pithœi præfat. Vossium de Hist.
inis p. 292. Labbeum de scriptoribus Eccle-
sticis, Seldenum ad Eutychii Origines A-
xandrinas p. 153. &c. Neqve in Landulpho
ntum, sed & in iis qvæ Paulo tribuuntur, Ana-
sii verba observare licet. Prodiit Historia
iscella ex recensione Petri Pithœi, Bas. 1569.
& Henrici Canisii cura Ingolstad. 1603. 8.
ni deniqve (i) Gruteri opera inter scriptores
tinos Historiæ Augustæ minores Hanov. 1611.
l. Merito autem mireris Dan. Gvilelmum
ollerum in diss. Circulari qvam de Paulo Dia-
no vulgavit Altdorfii 1686. sectione 13. au-
cter scribere *non confundendam esse Historiam Mi-
llam cum octo libris qvi in nonnullis editionibus Eu-
pii post librum X. solent subjungi, præterqvam enim*

(i) In illis qvæ ex Palatino Codice primus edidit Grute-
s (ut libro XVI.) multa sunt suspectæ fidei, qvæ scriptoris
peritiam arguunt, notante Paschasio Qvesnello ad Leo-
m M. diss. 1. p. 310.

qvod ceu ad oculum contendenti ea invicem patebit, ·
versissima styli rerumqve facies est, profecto dubit
etiam à viris eruditioribus solet an iidem illi genuin
Pauli nostri sit fœtus. Sane certum est octo ist
libros qvi in temporibus Leonis Isauri Icon
machi desinunt, & Eutropio subjecti prodie
Basil. 1532. fol. edente Sigismundo Gelenio,
Genevæ in collectionibus Scriptorum latin
rum Historiæ Romanæ qvas infra lib IV. c.
recenseo, & inter scriptores Historiæ antiq
à Dionys. Gothofredo collectos & seorsi
Lugduni curante Paulo Merula A. 1594. 8. ce
tum inqvam est hos haud qvaqvam differre
libris Pauli Diaconi qvi in Historia Miscel
post Eutropium seqvuntur, etsi valde inte
polati ibi occurrant, auctore ut est credibi
eodem qvi reliqvos libros addidit, La
dulpho.

VIII. Ceterum primus Eutropium sinceru
dare & à Pauli interpolationibus separare c
natus est *Jo. Baptista Egnatius* Venet. apud A
1520. 8. cujus editio sæpius repetita una cu
aliis Historiæ Romanæ scriptoribus. Post Egn
tium *Antonius Schonhovius* Canonicus Brugen
è MSto Gandavensi Basil. 1546. 1552. 8. I
qva editione sic Georgius Cassander:

Hactenus Eutropii titulum, nomenqve: sed ipsu
Nunc demum, lector, conspicis Eutropium.

Ab eo tempore optime de Eutropio restitue
do promeritus *Elias Vinetus*, qvi ex MSto Burd
galensi emendavit notisqve illustravit Picta

155

553. 8. Baſ. 1559. 8. Pariſ. 1560. 12. Schonhovium ac Vinetum ſecutus *Paulus Merula* Lugd. 1594. 8. adjectis præter Henrici Glareani & Eliæ Vineti notas, octo libris additamentorum Pauli Diaconi. *Fridericus* vero *Sylburgius* non tantum T. 1. Rom. Hiſtoriæ ſcriptorum A. 1588. Eutropii breviarium caſtigavit ex MSto Fuldenſi, ſed & Tomo 3. Anno 1590. ex Bibl. Franciſci Pithœi vulgavit usqve hac ἀνέκδοτον illius Græcam *Pæanii* (k) Metaphraſin, qvam A. 1678. in præſtantiſſima ſua Eutropii editione cum notis & Variis Lect. accurate in lucem miſſa repetiit Vir Cl. Chriſtophorus Cellarius, Cizæ 1678. 8. & Jenæ 1697. 8. in qva poſteriore editione auctiores Cellarii notæ occurrunt. Præterea Eutropium in uſum Delphini elegantiſſime illuſtravit *Anna, Tanaqvilli Fabri* filia, uſa interdum etiam doctiſſimi parentis ſui

Oo 4 qvas

(k) Mentio hujus *Pæanii* in fragmentis antiqvis de menſuris ac ponderibus ap. Stephanum Lemonium Var. Sacr. p. 502. Qvis vero fuerit vel qvando vixerit incertum eſt, ſi Sylburgius & Huetius ſuſpicantur Eutropio non multum fuiſſe juniorem. Iidem diligentiam interdum & fidem Pæanii Metaphraſi deſiderant. Vide Sylburgium in præf. & notis paſſim, Huetium de claris interpretibus p. 216. Porro in extremo libri ultimi mutila eſt Pæanii interpretatio, ut alias minores lacunas prætercam. Fuit olim & alia qvædam Græca Eutropii Metaphraſis auctore *Capitono Lycio*, Imp. Juſtiniani temporibus antiqvior, qva uſus Stephanus Νικογράφος, qvi Eutropium laudat in Καρχηδών, Jo. Antiochenus Malalas & Svidas. Vide Valeſium ad Excerpta Peireſciana p. 115. 118. Fallitur igitur Jo. Rualdus, qvi utramqve inter ſe confundit animadverſione 2. in Plutarchum pag. 71.

qvas laudat non pœnitendis obſervationibu Pariſ. 1683. 4. Oxon. 1696. 8.

Exſtat præterea Eutropius & Aurelius Vi ctor cum brevibus notulis Tan. Fabri ipſius Salmurii 1667. 8. primum editus, atqve ind Londini recuſus 1705. forma minore.

Deniqve Eutropium variis lect. & brevibu notis illuſtratum, una cum Pæanii Metaphraſ Meſſala Corvino, Julio obſeqvente & Anony mi Græci oratione funebri in Conſtantiun Conſtantini M. filium edidit V. C. Tho. Hearne Oxonii è Theatro Sheldoniano 1703. 8.

Hiſpanice prodiit Antw. 1561. 8. interprete Jc Martino Corderio. Vertit & in eanden lingvam Amatus Luſitanus.

IX. In extremo libri decimi aliud opus Hi ſtoricum promittit Eutropius. *Qvia autem a inclytos Principes venerandosqve* (Valentinianun & Valentem) *perventum eſt, interim operi modun dabimus. Nam reliqva ſtylo majore dicenda ſunt qvæ nunc non tam prætermittimus, qvam ad majo rem ſcribendi diligentiam reſervamus.* Sed hui ejus inſtituto fata interceſſiſſe videntur.

CAPUT VI.

DE AUSONIO.

Auſonii ætas & religio 1. *Scripta.* 2. *Editiones.* 3.

DECIMUS MAGNUS AUSONIUS (a) Bur-

(a) Auſonii hujus Pater Julius Auſonius, Vaſatenſis Me-di-

Burdegalensis, Grammaticus & Rhetor doctissimus, Poëta vero svavis atqve ingeniosus, CHRISTI (b) etiam sacris addictus, etsi ejus rei

dicus Valentini senioris. Ejus libros de medicina memorat Marcellus Empiricus. Fertur & illius dictum, *beatum esse non qvi habet qua cupit, sed qvi non cupit qva non habet.* Adde Joseph. Scaligerum in Ausonii vita, & Vossium libro de Philosophia p 103, Qvam bonus vir fuerit Ausonius ille pater, docet filius Epicedio in eum scripto, qvo inter alia testatur nonagenarium obiisse. Genealogiam integram vide parentalibus subjectam p. 143. edit. Jac. Tollii. Alius fuit Ausonius Sophista, de qvo Svidas.

(b) Olaus Borrichius Vir Clariss. in libro de Poëtis p. 73. & doctissimus Caveus parte 2. Hist. literariæ scriptor. Ecclesf. p. 100. Christophorus item Hendrich in pandectis Brandenburgicis T. 1. p 360, non dubitant Ausonium religione Ethnicum pronunciare; qvinimo vir insignis doctrinæ Ludovicus Antonius Muratorius T. 1. anecdoton Bibl. Ambrosianæ p. 114. ait neminem dubitare, qvod à religione Christiana alienus Ausonius fuerit. Addit Borrichius, etiam propterea à Pontio Paulino amico identidem objurgatum. Et p. 74. *Paulinus discipulus Ausonii qvem colebat ut præceptorem, sed ut aversum à Christiana religione subinde increpabat.* At enim dubio procul fallitur vir doctus una cum Vossio, qvi p. 55. Poët. latin. de Ausonio: *Poeta* inqvit, *fuit gentilis qvemadmodum ex Paulino liqvet.* Videtur etiam pro Ethnico habere Bailletus in judiciis de Poëtis, tum Philippus Brietius syntagmate de Poëtis latinis, qvæ sententia non minus à veritate est repulsa qvam qvod Gaddio persuasum propemodum à Trithemio esse video, Poëtam hunc eundem Episcopum qvoqve exstitisse Burdegalensem. T. 1. de scriptoribus non Ecclesiast. p. 57. Christianum vero fuisse Ausonium, ut ad alia argumenta ex ipsius scriptis recurrere non sit necesse, idem Paulinus luculenter testatur ad eum scribens in hæc verba:

rara (certa tamen) in ſcriptis ſuis reliqvit veſtigia. Ab Imp. Gratiano, qvem non minus ac Valentinianum ejus fratrem in litteris inſtituerat, promotus ad qvæſturam, præfecturam prætorii & A. C. 379. ad Conſulatum obiit imperante Honorio poſt A. C. 392.

II. Exſtat *Liber Epigrammatum* qvibus præmittitur Theodoſii (c) Epiſtola qva Auſonium parentem vocat, eumqve rogat ut ſcripta ſua audacter

Inqve tuo tantus nobis conſenſus amore eſt
Qvantus & in Chriſto connexa mente colendo.

Rectius itaqve Gyraldus dialogo 10. de Poëtis: *Chriſtianus qvidem Auſonius fuit, ut ex ejus verſibus & item Paulini ejus diſcipuli facile colligimus, ſed petulantior tamen & laſcivior* (reſpicit Gyraldus tum Epigrammata qvædam laſcivia & flammis judice Cæſare Scaligero expianda, tum obſcœnum centonem nuptialem Valentiniano Imp. rogante, qvi nuptias ſimili luſu deſcripſerat, ab Auſonio compoſitum) *qvam ut inter Chriſtianos numerari dignus.* Joſephus qvoqve Scaliger Auſonium *ſerio Chriſtianum fuiſſe* ſcribit lib. 2. c. 32. Auſon. lect. Adde his Theophilum Raynaudum in Hoplotheca contra ictum calumniæ T. 12. pag. 420. & Bælii dictionarium edit. 2. Objurgavit vero Auſonium Paulinus non ut averſum â Chriſtiana religione, ſed qvod ille religioſum Paulini ſeceſſum palam improbaret. Fortaſſis male qvoqve ferebat Paulinus in Auſonii carminibus legere ſe qvædam ἐθνικώτερον ſcripta qvale eſt illud cap. 1. in Profeſſoribus Burdegalenſibus:

Et nunc, ſive aliqvid poſt fata extrema ſuperſit,
Vivis adhuc, avi qvod periit meminens.
Sive nihil ſupereſt, nec habent longa otia ſenſus.
Tu tibi vixiſti, nos tua fama juvat.

(c) Hæc epiſtola præter cauſam ſuſpecta videtur Mariangelo Accurſio, Caſpari Barthio XII. 12. & LVIII. 3. Adverſar. abſurde auctorem ſuſpicato Aſcenſium.

audacter ad se perferat, non minus patrocinii & amoris reperturus, qvam docti Poetæ & scriptores qvondam apud Augustum. Hanc Epistolam seqvitur triplex præfatio versu scripta, una ad Theodosium Imp. altera ad Syagrium, tertia ad Latinum Pacatum Drepanium qvem filium i. e. discipulum appellat.

Ephemeris (d) sive *totius diei negotium*, vario carminis genere.

Parentalia qvibus carorum suorum, ut ipse loqvitur, obitus commemorat.

Commemoratio Professorum Burdegalensium.

Epitaphia Heroum qvi bello Trojano interfuerunt, adjecta â Gvil. Cantero & aliis peplo Græcorum Epigrammatum in eosdem heroas, auctore Aristotele, sed ut Jo. Tzetzes ad Hesiodum monet, non Stagirita. Addidit Ausonius alia *qvædam Epitaphia* ut Niobes, Didonis, Diogenis Cynici &c.

De XII. Cæsaribus per Svetonium Tranqvillum scriptis Monosticha dicata Hesperio filio; & *de iisdem Cæsaribus à Julio Cæsare usqve ad Heliogobalum* (e) *tetrasticha.* Hæc sæpius ad calcem Svetonii vulgata sunt.

Claræ urbes, sive *Ordo nobilium urbium*, seorsim prodiit cum Hippolyto à Collibus de urbium incrementis. Etiam Pictav. 1565. una cum commentario Eliæ Vineti. Lu-

(d) Hanc qvi legerit, Christianum fuisse auctorem minime dubitabit. Vide edit. Tollii p. 96. 98. seq.

(e) Scripserat in cæteros qvoqve Imperatores usqve ad Theodosium, sed reliqva tetrasticha perierunt.

Ludus sive sententiæ Septem Sapientum, ad Latinum Drepanium Pecatum Pro Cos.

Idyllia XX. qvorum primum est *Carmen Paschale* Proco (f.) dictum qvod incipit:

Sancta salutiferi redeunt solennia Christi. Neqve confundi debet cum hypobolimæa, Ausoniiqve nomine falso edita *oratione paschali versibus* (g) *Rophalicis*, qvi incipiunt p. 326.

Spes Deus æternæ Stationis conciliator.

Idyllii septimi in Bissulam major pars & lascivior periit. Decimum, sive Mosella elegantissimum est, & commentariis Marqv. Freheri illustratum separatim prodiit Heidelbergæ 1619. fol. Vide etiam Clariss. Viri Conradi Sam. Schurtzfleischii diss. Historico politicas p. 520. seq. Tertium decimum est *cento Virgilianus Nuptialis & fescenninus*, cujus iterum memini infra libro IV. p. 690. *Cupido Cruci affixus* ibidem mihi dictus Idyllii sexti locum occupat. *Gryphum ternarium*, sive Idyllion undecimum illustravit Jos. Scaliger Epist. 199. Claudius item Minos Divionensis & Franciscus Sylvius Ambianas A. 1516. Ad Idyllium decimum qvintum de ambiguitate vitæ seorsim excusum cum commentario Henr.

(f) Fortasse *à Proconsule* dictum, uti Idyllium VIII. est precatio Ausonii Consulis.

(g) Versus Rophalici dicuntur qvod clavæ more voces gradatim surgunt & augentur numero syllabarum, sive per singula vocabula singulis syllabis increscunt, ut Homeri ille Iliad. libro tertio vers. 182. de qvo Gellius XIV. 6. Calix ῥοπαλωτὴς apud Dionem in Commodo, *in clave figuram formatus.*

Henr. Vagetii τȣ̃ μακαρίτȣ Hamb. 1637. 8. Elegiam latinam ejusdem argumenti, ſcriptoris recentioris edidit Barthius XLV. 16. Adverſ.

Eclogarium variorum poëmatiorum & Epigrammatum, qvorum pars uti in aliis qvoqve Auſonii carminibus expreſſa è græcis, qvæ in Scaligeri editione & aliis qvibusdam adjuncta leguntur.

Liber Epiſtolarum XXIV. uti omnia hactenus enarrata, vario carminis genere. Idylliis & Epiſtolis nonnullis ſubinde Epiſtola, proſa ſcripta præmittur.

Oratio Panegyrica ad Gratianum Imp. qva illi pro Conſulatu A. C. 379. gratias agit, ſæpe numero edita cum XII. Panegyricis, uti dictum eſt ſupra p. 22.

Periocha in Homeri Iliadem & Odyſſeam.

In editione Vineti leguntur etiam *Tetraſticha in ſingulos menſes*, qvæ Scaliger in ſua omiſit, at in Catalectis Veterum Poetarum edidit ſine auctoris nomine, qvod & in ſua veterum Epigrammatum latinorum editione fecit P. Pithœus. In vetuſtiſſimo Calendario Romano qvod è Codice MS. Bibliothecæ Cæſareæ vulgavit Petrus Lambecius ad calcem libri qvarti commentariorum de Bibl. Vindob. & Grævius inſeruit tomo octavo theſauri Antiqvitatum Romanarum, tetraſticha iſta qvæ Grævius Auſonio haud indigna judicat, imaginibus menſium ſingula ſunt ſubjecta, illasqve pulchre exprimunt. Confer

fer Eustachium de Ismeniæ & Ismenes amoribus libro qvarto, ubi duodecim mensium imagines prisco more depictas describit.

III. Ausonius Gesnerum primum editum narrat ab Aldo, sed Laurentius Pignorius Epist. 16. auctor est Ausonium nos debere Matthæo Bosso, Angelo Politiano ac Thadæo Ugoleto Parmensi: & in Beughemii incunabilis typographiæ memorari video ἔκδοσιν Mediolanensem A. 1490. deinde Venetam A. 1496. fol. cum præfat. Georgii Merulæ. Exstat qvoqve editio Parisiensis à Mich. Humelbergio emendata, ap. Jodocum Badium Ascensium. An. 1517. 4. Eodem anno Aldus Ausonium vulgavit 8. Omitto editiones Basileensem Valentini Curionis A. 1523. Lugdunenses ap. Gryphium 1540. 8. & 1549. Parisiensem à Vineto castigatam, curante Vineti amico Jacobo Goupylo A. 1551. Lugdunensem Lud. Miræi 1557. 8. Antwerpiensem Theodori Pulmanni, minore forma A. 1567. Præ reliqvis vero laudanda luculenta Ausonii editio, cura viri docti *Eliæ Vineti* vulgata, Burdegalæ A. 1575. 4. una cum commentariis ejusdem

A.

* Obiit Vinetus A. 1587. Ejus secundæ editionis commentarii meminit Jos. Scaliger p. 403. Epist. gryphum ternarii Ausoniani expositurus ad Nic Michaelium: *Scis qvam non vulgaris eruditio sit in poëmatis Ausonii. In qvibus Gryphus ternarii melioribus avi nostri Grammaticis crucem fixit, qvanqvam conatus omnium elusit recondita & velo ænigmatum summota doctrina; Nam Sylvius Ambianas nihil nisi triviali moneta percussit. Bonus Vinetus non solum sibi sed & eruditioribus, etiam in iis quæ plana sunt diffidit. Et qvamvis*

in

A. 1580. eadem forma excusis, & post ejus * obitum An. 1590. 4. Huic Vineto antequam commentarii ejus in lucem emitterentur, *Josephus Scaliger* suos Ausonianarum lectionum libros II. inscripsit A. 1573. in quorum postremi capite ultimo, poëtæ vitam succincte narratam tradidit. Iidem non tantum Lugd. 1575. sed & ap. Commelinum 1588. 8. & eodem anno, minore forma Genevæ, alibique ab eo tempore sæpius, additis selectis Vineti notis & excerptis ex opere Adversariorum Adr. Turnebi & scriptis philologicis Adr. Junii, Gvil. Canteri & Justi Lipsii. Ante Vinetum & Scaligerum diatribas in Ausonium, Ovidium & Solinum vulgaverat *Mariangelus Accursius* Rom. 1524. fol. qvi plagii postulatus qvod labores Fabricii Varani, Episcopi Camerini sibi tribuisset, crimen illud à se removit hoc concepto jure jurando: *Qvod Dii hominesqve fas fidesq; audiat, sacramenti religione & si qvid st jurejurando sanctius affirmo, idqve rite pariter ac ine dolo malo dici, cæterisque accipi volo, me nec ullius nqvam scripta perlegisse ac ne conspexisse qvidem, un'e vel tantillum lucubrationes nostras redimiri juvarive datum fuerit. Qvin imo laborasse qvoad ejus fieri cuerit, ut si qvippiam alterius, post observationem qvo-*

* *commentario secundo qvod nuper post ejus mortem recoctum ?, multa de nostris lectionibus Ausonianis in suas diatribas ansscripserit, nihil tamen qvo doctioribus Ausonius familiaor fieret expromsit.* Confer etiam si placet Tho. Crenii part. animadvers. p. 11. seq. ubi & alia quædam ad notitiam edi- onum Ausonii facientia.

qvoq; meam editam occurrerit, è nostris protinus aboleverimus. Qvod si pejerem, tum Pontifex perjurio, malus autem genius diatribis contingat, usqve adeo ut si qva bona aut saltem mediocria in ipsis fuerint, imperitorum turbæ pessima, bonis leviuscula tricisqve viliora censeantur: famæ si qva manent munera, vento evolent, proqve vulgi levitate ferantur.

Deniqve elegantissime hunc scriptorem Lugduni Bat. 1671. 8. in lucem emisit *Jacobus Tollius* cum notis integris Scaligeri, & cujus in Mosellam Ausonianam commentarius Heidelb. 1619. fol. prodierat Marqvardi Freheri, selectisqve animadversionibus Accursii, (qvanqvam integras titulus sed falso promittit) Vineti, Barthii, Acidalii, J. F. Gronovii & Jo. Georgii Grævii. Constat Mosellam Ausonii cum selectis Tibulli Propertiiqve elegiis illustratam qvoqve à Paulo Duizio, Mussiponti 1615. 8.

CAPUT XI.

DE RUFO FESTO AVIENO.

Avieni ætas, patria, & non videri fuisse Christianum. 1. Livius jambis ab eo redditus, qvi intercidit. 2. Metaphrasis Arati, & Dionysii Periegetæ. 4. Ora maritima descripta ibid. Fabulæ & alia. 5.

1. RUFUS FESTUS AVIENUS, patria fortassis Hispanus, ni conjecturæ ex Hispaniæ & Hispanorum laudibus & Punicis Himilconis

anna

annalibus ab Avieno citatis petitæ fallunt. Vide Nic. Antonium lib. 2. Bibliothecæ veteris Hispanæ c. 9. ubi Christianum qvoqve fuisse contendit Avienum argumentis admodum levibus ductus. Meo qvidem judicio non erraverit qvi talum Patria & à Christiana religione dixerit alienum, præcipue si de nostro accipiendum monumentum qvod Romæ in villa Cæsarini exscriptum dedit Sponius de aris ignotorum Deorum p. 41. & in Miscellaneis eruditæ Antiqvitatis p. 99. & Raph Fabrettus p. 742. Inscript.

R. Festus V.C. de se ad Deam Nortiam.

Festus Musoni soboles prolesqve Avieni
Unde tui latices traxerunt Cæsia nomen
Nortia te veneror lare cretus Vulsiniensi
Romam habitans gemino Proconsulis auctus honore,
Carmina multa serens vitam insons integer ævum
Conjugio lætus Placidæ numeroqve freqventi
Natorum exsultans vivax & spiritus illis,
Cætera composita fatorum lege trahuntur.

Sancto Patri Filius Placidus.

Ibis in optatas sedes, nam Jupiter æthram
Plaudit Feste tibi, candidus ut venias.
Jamqve venis, tendit dextras chorus inde Deorum
Et toto tibi jam plauditur ecce polo.

Diversi ab hoc qvatuor vel qvinqve Avieni qvi consulatum Romæ gesserunt, & Avienus ad qvem exstant Ennodii Ticinensis Epi-

ſtolæ. Noſter vero qvemadmodum juvenem in Saturnalibus inducit Macrobius memoratqve S. Hieronymus in Epiſt. ad Titum Servius ad 1. Georg. p. 97. (ne dicam de pſeudo Luitprando Ramireſii p. 422. 492.) Theodoſii junioris, Marciani & Leonis Thracis temporibus clarus varia latino carmine compoſuit, qvibus ingenii & doctrinæ laudem conſecutus eſt non vulgarem.

II. Totum Livium jambis ſcripſiſſe refert Servius in X. Æneid. p. 615. edit. P. Danielis.

III. Sed illis deperditis exſtat hodie, poſtremo fortaſſe loco ab auctore elaborata, ſed ſcriptorum ejus minime poſtrema *Metaphraſis Arati* verſibus Hexametris, qvæ ſeorſim primum prodiit Venet. 1488. 4. per Thomam de Blavi de Alexandria: deinde cum Arato & aliis illius Metaphraſibus ibid. apud Aldum 1499. fol. & Pariſ. 1559. 4. apud Gvil. Morellum cum ejus caſtigatt. & ex officina San Andreana 1589. 8. Deniqve hæc metaphraſis ab Hugone Grotio Syntagmati Arateorum inſerta & notis illuſtrata eſt Lugd. Bat. 1600. 4. In eandem non pauca Arato intacta Avienum inſeruiſſe idem Grotius obſervat, petita è Metaphraſi Germanici & Græcis Arati ſcholiaſtis, qvos p. 103. diligenter ab Avieno conſultos haud ambigit, ac viciſſim monet Avieni lacinias qvaſdam Germanico etiam eſſe inſertas. Arati optimum non ſolum paraphraſtem ſed etiam interpretem agere Avienum non diffitetur Joſephus Scaliger ad Manilium p. 51.

IV. *M*

IV. *Metaphrasis Periegeseos Dionysii Alexandrini* eodem Hexametri carminis genere, qvæ cum *fragmento* insigni *descriptionis oræ* (a) *maritimæ* à Gadibus ad Massiliam usqve, jambis eleganti- bus ab eodem Avieno post periegesin compo- sitæ & Probo (b) cuidam, cognato suo qvem li- berum instar diligere se ait, inscriptæ prodiit Venetiis A. 1488. 4. per Victorem Pisanum: (c) & longe emendatior inter vetera poëmata cu- rante *P. Pithœo* viro clarissimo Paris. 1590. 8. & 1596. 12. à qvo tempore Madriti recusa sunt opuscula Avieni qvæ exstant omnia, typis lucu- lentis sed vix usqvam qvam Pithœus ediderat castigatiora, A. 1634. 4. edente ex Ramiresii Bi- bliotheca Petro Melian, in conventu Juridico Gvatemaliensi, Regio ut vocant Auditore. Qvod vero in Bœcleri libello de scriptoribus Græcis & latinis legitur Avieni Metaphrasim Dionysianam in Scaligeri thesauro temporum editam reperiri, memoriæ vel librarii halluci- natio est. Nam etsi Josepho Scaligero viro

 sum-

(a) Dolendum est Pricæi notas in Avieni descriptionem oræ maritimæ lucem non adspexisse, qvas memorat ad Apu- leji Metamorph. p. 95. Vehementer autem fallitur Baleus, qvi oram maritimam fabularumqve libellum non Avieno sed Rufino cuidam Poëtæ Britanno tribuit, castigatus ab Usserio c. 16. de origine Ecclesiar. Britannic. & Nicolao Antonio loco laudato.

(b) Hic videtur esse Sextus Petronius Probus de qvo con- sule si placet Reinesium Epist. ad Hofmannum pag. 582. 584. 38. & in Inscriptionum syntagmate.

(c) Laudat hanc editionem Daumius de causis amissa- rum radicum p. 129. & ad Paulinum Petrocorium p. 438.

ſummo conſtitutum erat Avienum recenſere & junctim una cum ſuis commentariis edere id tamen neqve in theſauro temporum neqve alibi usqvam præſtitit, non magis qvam Caſpar Barthius, qvi lib. XLIX. c. 13. Adverſar. novam Avieni promiſit editionem, qvamvis & hic qvoqve in iisdem Adverſariis, aliqvot capita præter illud qvod jam innuimus ejus Metaphraſi Dionyſianæ impendit, nempe XXVIII. 16. & XLVI 16. qvemadmodum deſcriptionem oræ maritimæ illuſtrat XXVIII. 12. & 14. ubi etiam obſerva Lud. Nonium in Hiſpania ſua (d) optime de pluribus locis hujus Poëmatis eſſe meritum. Avienum ipſum ſcriptorem luculentiſſimum vocat Poëtam vero tam excellenti ſpiritu, ut nonnunqvam ſe ipſum vix videatur capere qvod mihi ridiculum videtur. Qvoniam vero Periegeſeos Dionyſii Afri mentio facta eſt, neſcio an jucunde laturi ſint harum litterarum Studioſi, ſi hoc etſi fortaſſe parum convenienti loco, ne inter ſchedas meas pereat, inſeram ſupplementum ingentis lacunæ, qvæ in univerſis Scholiorum Euſtathii editionibus occurrit ad verſum (e) Dionyſii 889. & proximos 26 Depromtum autem eſt ex codice Bibl. Claromontanæ MSto, cujus ἀπόγραφον benevole mecum communicavit amicus doctiſſimus & humaniſſimus Sebaſtianus Gotfridus Starkius, Orientalium hodie lingvarum in Regia Academia

(d) Prodiit Nonii liber Antwerp. 1607. 8.
(e) Pag. 168. edit. Gvil. Hilli Lond. 1638. 8.

miaGryphisvvaldensi Professor, cui præter alia lebemus Græco Latinam editionem libri fabularis in Oriente decantatissimi qvi inscribitur *Kelila Wa Dimne* sive *Stephanites & Ichnelates.* llud porro supplementum (f) non paucis lo-is à me emendatum, præmissis Poëtæ cujus rerba illustrat versibus hujusmodi est:

389. Οἶσθα γὰρ ἐν πρώτοισιν ἐμεῦ εἰπόντος ἀκού-
σας
390. Πᾶσαν ἕως Ἰνδῶν Ἀσίην ὄρος ἄνδιχα τέμνειν.
391. Κεῖνό τοι ἐν πλευρῇσι βορειότερον τελέοιτο,
392. Νεῖλος δ' ἑσπέριον πλευρὸν πέλοι, αὐτὰρ
ἑῴων.

893
cis etenim memorasse tibi, qvod collibus altis
'er totam mediis mons ingens tenditur actu
Qvod fines Asiæ nigros producit ad Indos
Ioc esto laterum Boreum tibi, Nilus ad oras
Iesperies finit, sed Tethys solis ab ortu

 In-

889. Ὅτι τὸ ἐν ἀρχῇ λόγου, καὶ πρὸ ὀλίγου δὲ ἐν πρώοις λέγει. Φησὶ γοῦν, οἶσθα ἐμοῦ ἐν πρώτοις ἀκούσας.
92. Ὅτι πλευρὰν εἶπον θηλικῶς, καὶ πλευρὸν οὐδετέως. Λέγει καὶ (v. 535.) πέζαν τὴν αὐτὴν πλευρὰν, ἱπορῶν ἑτέρου καιρίου ὀνόματος. Τὴν δ' αὐτὴν καὶ κρηίδα ἔφη ἐν τοῖς πρὸ τούτων. (v. 332.) Ἐστὶ δὲ πλευρὰ ραμμὴ ἐν σχήματι ἀγώνιος.

(f) Hoc supplementum ex prima editione hujus meæ Bibliothecæ depromsit, locaqve & ipse nonnulla castigavit n egregia sua Dionysii editione V. C. Eduardus Thwaites Oxon. 1697. 8.

893. Ἰνδικὸς ὠκεανὸς, νότιον δ' ἁλὸς οἶδμα τ' ἐρυθρῆ
894. Φράζεο δ' ὡς ὑπὸ πέζαν ἐπ' αὐγὰς ἵξομαι ἤδη
895. Ἀρξάμενος Συρίηθεν, ὅθεν λίπον. οὐδ' ἂ ἔμοιγε
896. Μῦθος ἅτε ψευσθέντος ἀνὴρ ἐπιμωμήσαιτο.
897. Ἀλλ' ἤτοι Συρίη μὲν ὑπεὶρ ἁλὸς ἐγγύθεν ἕρπ
898. Ἐς νότον, ἀντολίηντε, πολύπτολιν αἶαν ἔχουσα
899. Ἣν κοίλην ἐνέπουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτὴ
900. Μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὀρέων δύο πρῶνε ἔχουσιν,
901. Ἑσπερίου κασίοιο καὶ ἠώου λιβάνοιο.
902. Καὶ τὴν μὲν πολλοίτε καὶ ὄλβιοι ἄνδρες ἔχουσ
903. οὐχ ἅμα ναιετάοντες ὁμώνυμοι, ἀλλὰ διαμφ

90ι

899. Ὅτι τὴν κοίλην Συρίαν ἐπώνυμον οὕτω καλέ σθαι φησὶ, τουτέστι κοίλην φερωνύμως λέγεσθαι, διότ αὐτὴν μέσην καὶ χθαμαλὴν κειμένην ἔχουσιν ὄρη δύ τό, τε ἑσπέριον Κάσιον πρὸς τῇ θαλάσσῃ κείμενον, ''Ηῷος Λίβανος, ὑφ' ὧν περιέχεται. οὕτω καὶ Ὅμη ρος (Iliad. β. 581.) τὴν Λακεδαίμονα κοίλην λέγ διὰ τὸ περιειλῆφθαι κυκλόθεν ὄρεσιν. Ὁ μέντοι Γε γράφος (Strabo lib. 16.) οὕτω φησί. Λίβανος καὶ ἀντι λίβανος ὄρη δύο ὡς ἂν παράλληλα ποιοῦντα τὴν κοίλ καλουμένην Συρίαν τελευτῶντα ἐγγὺς τῶν Ἀραβικ ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τῆς Δαμασκηνῆς χώρας εἰς ἄλλα ὄ γεώλοφα καὶ καλλίκαρπα, μικρὸν ὕπερθεν τῆς θ λάσσης ἀρχόμενα, Λίβανος μὲν τῆς κατὰ Τρίπολιν, α τιλίβανος δὲ τῆς κατὰ Σιδῶνα. Καὶ ὁ μὲν Γεωγρ φος ταῦτα. Ὁ δὲ Διονύσιος τὴν κοίλην Συρίαν κ πολύπολιν λέγει, καὶ πολλοὺς καὶ ὀλβίους ἄνδρας ἔχουσο Καὶ χρῆται ἐπαναλήψει, ἐπ' αὐτῆς εἰπὼν, ἐς νότον ἕ πει, ἐς νότον ἀντολίην τε -- Ὁ δὲ Γεωγράφος (Stra ibid.) λέγει καὶ ὅτι πᾶσα ἡ ὑπὲρ Σελευκίδα καὶ Α γυπτον καὶ Ἀραβίαν ἀνίσχουσα χώρα κοίλη Συρ

λέγ

ndica concludit, rubrum mare terminat austrum.
Aſpice nunc igitur dum finem verſibus ortus.
'ervenio, retegens tibi veris omnia rebus
ncipiens Syriæ terris, qva parte reliqvi.
Qvæ pelagus ſuprá, ſub ſolem, vergit ad auſtros
Irbibus & multis habitatur nomine priſco,
Qvæ Cava vulgatur, qvam Cœlen nomine Græco
Dixerunt veteres, media eſt qvæ collibus altis
Aſt humilem Libanus claudit protentus in ortum
Occaſumqve petens Caſius, multisqve virorum
ıcolitur populis locupletibus alma diremptis.

έγεται, ἰδίως δὲ ἡ τῷ Λιβάνῳ καὶ ἀντιλιβάνῳ ἀφορισμένη. Συρία δὲ ἀπὸ Σύρου κέκληται. Φασὶ γὰρ τι Λιβύης υἱὸς Ἀγήνωρ, οὗ καὶ Τυροῦς Φοίνιξ καὶ Σύρος καὶ Κίλιξ, ἀφ᾽ ὧν καὶ αἱ χῶραι, καὶ Κάδμος οὗπερ ἡ αδμεία ἐπώνυμος.

904. Ὅτι τῆς κοίλης Συρίας οἱ μὲν ἐπ᾽ Ἠπείρου, ἤγουν οἱ πειρωτικοὶ τούτῳ Σύριοι, τουτέστι Σύροι καλοῦνται, οἱ δὲ ερὶ θάλασσαν Σύροι ὄντες καὶ αὐτοὶ, ὅμως καὶ Φοίνικές εἰσι ὴν ἐπωνυμίαν, γένος ἐρυθραῖον. Λέγει δὲ καὶ Ἡρόδοτος Polymnia c 89.) τούτους ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς καλουμένης θαάσσης ὑπερβάντας οἰκεῖν τῆς Συρίας τὰ περὶ θαλάσσης, καὶ τοῦτο τὸ χωρίον μέχρις Αἰγύπτου Παλαιστίνην καλεῖσθαι. θεν καὶ δοκοῦσιν, ὡς ὁ Διονύσιος παραδηλοῖ, ἐπωνύμως τοι φερωνύμως οὕτω λέγεσθαι, ὡς ταυτὸ ὂν Φοίνικάς τε καὶ υθραίους εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ Φοινικοῦν χρῶμα καὶ ἐρυθρόν. αὶ μὴν ἄλλοι Φοίνικας αὐτοὺς καλεῖσθαι φασὶν ἀπὸ Φοίνιος τοῦ Ἀγήνορος, ὡς εἴρηται ἤδη. Λέγεται δὲ κατὰ τοὺς πα-

904. Οἱ μὲν ἐπ' ἠπείρῳ, τοίπερ Σύριοι καλέονται,
905. Οἱ δ' ἁλὸς ἐγγὺς ἐόντες ἐπωνυμίην Φοίνικες,
906. Τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς οἱ ἐρυθραῖοι γεγάασιν
907. Οἱ πρῶτοι * νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης:
908. Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο,
909. Καὶ βαθὺν οὐρανίων ἄστρων πόρον ἐφράσαντο

* Tibull. *Prima ratem ventis credere docta Tyrus.*

παλαιοὺς Φοινίκη πᾶσα ἡ ἀπ' Ὀρθωσίας μέχρι τη
λουσίου παραλία στενὴ καὶ ἀλιτενής. Ἰστέον δὲ ὅτι
κοίλη Συρία πρὸς διαστολὴν ἑτέρας λέγεται, διότι κα
ἐν τοῖς ἑξῆς (v. 971.) ὁ Διονύσιος ἐρεῖ ὅτι κοίλην Ευ
ρίαν διαδέχεται ἡ ἑτέρα Συρία ἑλκομένη μέχρι Σινώ
πης, ὅπου ὡς προγέγραπται τοὺς Ἀσσυρίους εἶναί φησι
Ὅρα δὲ, ὅτι ὥσπερ τοὺς τῆς Φρυγίας κατοίκους οὐ μόνο
Φρυγὰς ἀλλὰ καὶ Φρυγίους ἄνδρας φαμὲν, ὅθεν κα
ἄστυ Φρύγιον, καὶ τοὺς ἐν Λυδίᾳ Λυδοὺς καὶ Λυδίους, κα
τοὺς ἐν Ἀραβίᾳ Ἀραβάστε καὶ Ἀραβίους, οὕτω καὶ του
τῆς Συρίας Σύρους τε καὶ Συρίους λέγομεν. Τὸ δὲ Συ
ρος ἐστὶ καὶ θηλυκὸν εἰς ρα. Λέγεται γὰρ ἡ Σύρα
γλῶσσα.

907. Ὅτι Φοίνικες πρῶτοι νηυσὶν ἐπειράσαντο θα
λάσσης καθά φησι καὶ Ὅμηρος (Odyss. ό. 414.
ναυτικωτάτους αὐτοὺς ἱστορῶν. Πρῶτοι δὲ τῆς κατὰ θά
λασσαν ἐμπορίας ἐμνήσαντο, καὶ βαθὺν οὐρανίων ἀ
στέρων πόρον ἐφράσαντο, οὐχ ὅτι αὐτοὶ τὸν οὐρανὸν πό
λοις, ὅ ἐστι κύκλοις ἔτεμον, τοῦτο γὰρ Αἰγυπτίων εὕρη
μα, ὡς προείρηται, (ad v. 232.) δι' ἀστρονομίαν, ἀλλ
ὅτι τοῖς ἠστροθετημένοις ἤδη καὶ παρὰ Αἰγυπτίων ἠστρο
λογουμένοις προσέσχον δι' ἐμπορίαν οἱ Φοίνικες. Ναυ
τικ

Namqve alii mediis habitant telluris in arvis
Hos Syrios proprie perhibent, sed littora juxta
Phœnices vivunt veteri cognomine dicti.
Qvos misit qvondam mare rubrum laudibus auctos
Chaldæo nimium decoratam sanguine gentem*
Arcanasqve Dei celebratam legibus unam
Qvod pelagus primi tentantes navibus altis
Disjunctas gentes docuerunt jungere mercem
Et primi stellis numeros nomenqve dedere,
Atqve oculis mirum voces sentire figuris.

Pp 5 Hi

* Hos duos versus Metaphrastes Christianus addidit.

τικώτατοι δὲ Φοινίκων Σιδώνιοι. Ὁ δὲ Γεωγράφος (Strabo lib. 17.) οὕτω καὶ περὶ τούτων φησίν. ὥσπερ Αἰγυπτίων εὕρημα ἡ Γεωμετρία ἐκ τῆς χωρογραφίας ἣν ὁ Νεῖλος ἐργάζεται συγχέων τοὺς τῆς γῆς ὅρους ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν, οὕτως ἐκ Φοινίκων εἰς Ἕλληνας ἡ Ἀστρονομία ἥκειν πεπίστευται καὶ ἡ Ἀριθμητική. Φιλόσοφοι γὰρ περὶ Ἀστρολογίαν καὶ Ἀριθμητικὴν οἱ Σιδώνιοι ὡς ἐμπορικοὶ καὶ ναύκληροι ἀπὸ λογιστικῆς καὶ νυκτιπλοΐας ἀρξάμενοι, τούτεστιν λογαρίζοντες μὲν τοὺς φόρτους, ἄστροις δὲ σημαινόμενοι τὸν ἐν νυκτὶ πλοῦν, ἀρχὴν ἐντεῦθεν ἔσχον, εἰς Ἀριθμητικὴν καὶ Ἀστρονομίαν. Ἀρριανὸς δὲ ἐν τοῖς περὶ Ἀλέξανδρόν (lib. IV.) φησιν, ὅτι Φοίνικες μὲν πρὸς τὴν ὀλίγην ἄρκτον μελετῶσι τὰς πορείας, οἱ δὲ ἄλλοι ἄνθρωποι πρὸς τὴν μείζω. Λέγει δὲ ἐκεῖνος ὀλίγην μὴν τὴν Κυνόσουραν, μεγάλην δὲ τὴν ἑλίκην, ἀφ᾽ ἧς καὶ οἱ Ἀχαιοὶ ἑλίκωπες, ὡς οἴονταί τινες. Ἡρόδοτος δὲ στοχάζεται καὶ τὰ γράμμα-

910. Οἵτ' Ἰόπην κ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ' ἐνναίουσι
911. Καὶ Τύρον Ὠγυγίην Βηρυτοῦ τ' αἶαν ἐραννὴν
912. Βύβλον τ' ἀγχίαλον, καὶ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν,
913. Ναιομένην χαρίεντος ἐφ' ὕδασι Βοστρηνοῖο

914.

ματα μὴ ὄντα πρὸς τοῖς ἕλλησιν, ἐκεῖθεν παραδοθῆναι ὑπὸ τῶν μετὰ Κάδμου εἰς τὴν ἑλλάδα ἐλθόντων Φοινίκων, καὶ Φοινίκια καλεῖσθαι.

910. Ὅτι πόλις Φοινίκης Ἰόπη, κληθεῖσα οὕτω ἢ ἀπὸ τῆς Ἰοῦς, ἢ ἀπὸ τῆς Ἰόπης θυγατρὸς μὲν Αἰόλου, γυναικὸς δὲ Κηφέως, ἀφ' οὗ καὶ Κηφῆνες οἱ Αἰγύπτιοι. Ὅτι Γάζα μὲν Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης, ἐκλήθη δέ ποτε καὶ Ἄζα, ἢ ἀπὸ Ἄζωνος υἱοῦ Ἡρακλέους, ἢ ὅτι ζεὺς κλίσας αὐτὴν κατέλιπεν αὐτόθι τὴν ἑαυτοῦ ἄζαν, καλοῦσι δὲ οὕτως οἱ πέρσαι τὰ χρήματα. Ὅτι ἐλαῒς πόλις Φοινίκης οὕτω λέγεται διὰ τὸ ἐλαιοφόρον εἶναι.

911. Ὅτι νῆσος ποτὲ ἦν ἡ Τύρος, ἡ τότε ἐστὶ χερσόνησος. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος ἢ ἀπὸ γυναικὸς Τυροῦς, ἧς καὶ Ἀγήνορος ἡ Ευρώπη, ἧς ἡ χώρα ἐπώνυμος. Συνῆπται δὲ ἡ Τύρος χώματι πρὸς τὴν Ἤπειρον, ὃ κατεσκεύασε πολιορκῶν Ἀλέξανδρος, ὅτε καὶ ἐνύπνιον Σάτυρος ὁραθεὶς ἐχρησίασεν τῷ βασιλεῖ κατ' ὀνείρου λοξότητα ὅτι σὰ Τύρος, τουτέστι σὴ Δωρικῶς, καὶ ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν ἔσται ἡ Τύρος. Τιμῶσι δὲ τὸν Ἡρακλέα ὑπερβαλλόντως οἱ Τύριοι καὶ εἰσὶ πολύτεχνοι. Ἔστι δέ, φασι, καὶ πορφύρα καλλίστη ἡ Τυρία. Ὁ δὲ Γεωγράφος (Strabo lib. 16.) φησὶ καὶ ὅτι μεγίστη ἐστὶ μετὰ Σιδῶνα ἡ Τύρος, καὶ ὅτι ἀρχαιοτάτη, καὶ δύο λιμέ-

Hi muros Jopes, Gazamqve & Elaida complent
Antiqvamqve Tyrum Beryti & mœnia gratæ
Vicinamqve mari Byblin Sidonaqve pulchram.
Qvam juxta liqvido Boſtrenus gurgite currit:
Et

λιμένας ἔχει, καὶ ὅτι σεισμοί ποτε γενόμενοι μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ ἄρδην αὐτὴν ἀφανίσαι. Καὶ ὅτι ἀτυχήσασα ὑπὸ τῇ τοῦ Ἀλεξάνδρου πολιορκίᾳ, ὅμως ὕστερον καὶ αὐτὴν ἀνέλαβε διὰ τῆς ναυτιλίας, καθ' ἣν ὑπερτεροῦσι πάντων οἱ Φοίνικες. Ἔστι δὲ καὶ περὶ τὸν περσικὸν (κόλπον) νῆσος Τύρος ὥσπερ καὶ Ἄραδος. Λέγεται δὲ ὅτι ἱερὸν Ἡρακλέους ἐν Τύρῳ ἦν πλουσίως κατασκευασμένον, καὶ στῆλαι δύο κατὰ τὸν Ἡρόδοτον, (Euterpe cap. 134.) ἡ μὲν χρυσοῦ ἀπέφθου, ἡ δὲ σμαράγδου λίθου λάμποντος τὰς νύκτας.

912. Ὅτι περὶ Φοινίκην πόλεις μετ' ἐπιθέτων ἐκφράζει οἷον εὐπόρως ἔχων τοῦ ὀνομάζειν. λέγει γὰρ Τύρον Ὠγυγίην, Βηρυτὸν ἐρατεινὴν, Βύβλον ἀγχίαλον, Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν, Τρίπολιν λιπαράν. Περὶ μὲν οὖν τῆς Τύρου εἴρηται τὸ ἀρκοῦν. Ἡ δὲ Σιδὼν περὶ ἣν χαρίεντα λέγει ποταμὸν ῥέειν τὸν Βοστρηνὸν, πολυτέχνους ἔχει πολίτας καὶ καλλοτέχνους. Ὅτι δὲ τοιοῦτοί εἰσιν οἱ Σιδόνιοι, δηλοῦσι καὶ οἱ παρὰ τῷ ποιητῇ (Iliad. ζ. v. 289.) παμποίκιλοι πέπλοι Σιδονίων ἔργα γυναικῶν, καὶ ὁ τοῦ Εὐνήου γοῦν κρατὴρ, ὅς κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν. (Iliad. ψ. 742.) Τούτους δὲ Σιδονίους ἀποίκους εἶναί τινές φασι Σιδονίων τῶν ἐν περσικῷ κόλπῳ. Οἱ δὲ παλαιοὶ ἐναντιολογίας ἱστοριῶν αἰτιῶνται ἐνταῦθα. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς καθ'
ἡμᾶς

ἡμᾶς Φοινικάσε καὶ Σιδωνίους ἀποίκους φασὶ τῶν πρὸς τῷ Ὠκεανῷ Σιδωνίων τε καὶ Φοινίκων, προσεθέντες διὰ τί Φοίνικες λέγονται. Διότι, φασὶ, καὶ ἡ θάλασσα ἐρυθρὰ, ὡς ταυτὸ ὂν φοίνικα τε εἰπεῖν καὶ ἐρυθραῖον. Οἱ δὲ ἀνάπαλιν ἀποίκους ἐκείνους τούτων τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστόρησαν. Περὶ δὲ τῆς Σιδῶνος ταύτης τῆς περὶ τὴν Συριακὴν Φοινίκην φέρεται ἱστορία. Ὅτι θυγάτηρ Ἰοῦς ἡ Λιβύη, ταύτης δὲ καὶ Ποσειδῶνος Ἀγήνωρ, Βῆλος καὶ Ἐνυάλιος. Βήλου δέ Σίδη καὶ Αἴγυπτος καὶ Δαναός. Ὧν τῆς Σίδης μὲν παρώνυμος ἡ Σιδὼν, τοῦ Αἰγύπτου δὲ ἡ χώρα ὁμώνυμος. Ἐκ Δαναοῦ δὲ οἱ Ἕλληνες Δαναοί. Προείρηται δὲ που καὶ ὅτι ὁ Διονύσιος Ὁμήρῳ ἀκολουθῶν τῆς Σιδῶνος τὴν μὲν ἄρχουσαν ἐκτείνει, τὸ δὲ Ο τῶν πλαγίων συστέλλει, κἂν οἱ ὕστερον αὐτὸ διαφοροῦντες ἐκτείνουσιν. Ὅτι δὲ καὶ σοφοὶ τὰ εἰς ἀστρονομίαν καὶ ἀριθμητικήν εἰσιν οἱ Σιδώνιοι, ὡς ἐμπορικοὶ καὶ ναυκληρικοὶ, ἀνωτέρω (ad v. 907.) εἴρηται. Λέγεται δὲ ψάμμος ὑαλίτης εἶναι τοῖς Σιδωνίοις ἐπιτήδεια εἰς χῦσιν. Ἡ δὲ Βηρυτὸς κτίσμα ἐστὶ Κρόνου ἐκ μικρᾶς μεγάλη γενομένη καὶ ἰσχυρὰ, διὸ καὶ οὕτως ἐκλήθη. Βηροὺτ γὰρ τὴν ἰσχὺν οἱ Φοίνικες λέγουσιν. Οἱ δέ φασι διὰ τὸ ἔυυδρον οὕτω κληθῆναι αὐτήν. Βὴρ γὰρ παρὰ τοῖς ἐκεῖ καλεῖται τὸ φρέαρ. Φασὶ δὲ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Τυράννου Τυφῶνος κατασπασθεῖσαν ἀναληφθῆναι ὑπὸ Ῥωμαίων, ἤτοι ἀναστῆναι καὶ καινισθῆναι. Ὀξύνεται δὲ Βηρυτὸς ὡς περιττοσύλλαβον, κατὰ καὶ τὸ Κωκυτὸς καὶ Τωρυτός. Μακρὸν ἔχει τὸ ῡ παρὰ Διονυσίῳ. Ἡ δὲ Βύβλος κτίσμα καὶ αὐτὴ Κρόνου, Ἀδώνιδος ἱερὰ, Κινύρου βασίλειον ἀρχαιότατον, ἀπὸ Βύβλου τινὸς στρατηγοῦ, ἢ ἀπὸ Βύβλου γυναικὸς

ναικὸς ἔτω κληθεῖσα, ἢ διὰ τὸ πάσης ἀρχαίας βύβλυ κατὰ τὺς παλαιὺς τὴν κεφαλὴν * ἀσινέα ἐν αὐτῇ γίνεσθαι, ἢ καὶ διότι Ἶσις τὸν Ὄσιριν κλαίυσα ἐκεῖ, τὸ τῆς κεφαλῆς ἀπέθετο διάδημα ἐκ βύβλυ ὃν Αἰγυπτίας, φυτὸν δὲ ἡ βύβλος, κατὰ τὺς παλαιὺς, φυόμενον ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι, ῥάβδος ψιλὴ, ὡς φασὶν ἐκεῖνοι, ἐπ᾽ ἄκρῳ χάρτην ἔχυσα, φυομένη πολλὴ καὶ ἐν τοῖς κάτω μέρεσι τῦ Δέλτα, ἧς κρείττων, φασὶν, ἡ λεγομένη ἱερατική. Τῆς δὲ βύβλυ τὸ κάτω ὅσον ἐπὶ πῆχυν τρώγεται, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, (Euterpe cap. 92.) πνιγὲν μάλιςα ἐν κλιβάνῳ διαφανεῖ. Ζητητέον δὲ μήποτε ἀπὸ τῆς τοιαύτης βίβλυ ὡς πεφυκυίας ὑφαίνεσθαι, ἢ πλέκεσθαι, ἢ ἄλλως πως συντίθεσθαι, καὶ οἱ τῶν γραμμάτων φύλακες τοιαύτην ποτὲ κατασκευάζεσθαι, καὶ ἡ κλῆσις παρέμεινε καὶ εἰς ἡμᾶς, ἐναγκαλέντος τῦ ῦ εἰς τὸ συγγενὲς δίχρονον. Ἐγίνετο δὲ καὶ πέδιλα ἐκ τῦ φυτῦ τῆς βύβλυ. Οἱ γῦν Αἰγύπτιοι ἱερεῖς βύβλινα λέγονταί ποτε φορεῖν ὑποδήματα. Καὶ πλοῖον δὲ ναυπηγυμένων αἱ ἁρμονίαι βύβλῳ παρελύοντο, καὶ ἱςία δὲ πλοίοις ἐγίνοντο βύβλινα, καὶ τὴν ἐν Ἀβύδῳ δὲ τῦ Ξέρξυ γέφυραν, ὡς Ἡρόδοτος (Polymnia cap. 34.) φησιν, Φοίνικες μὲν λευκολίνῳ ἐγεφύρυν, Αἰγύπτιοι δὲ βύβλῳ. Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν ταῖς περὶ Ἀττικῶν λέξεων, ὑπογράφει σαφέςερον τὴν τῦ φυτῦ φύσιν τῆς βύβλυ, ἔνθα περὶ φιλύρας φησὶν ὅτι φυτὸν ἡ φιλύρα φλοιὸν ἔχον βύβλυ παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ ὗ καὶ τὺς ςεφάνυς πλέκυσι. καὶ ταῦτα μὲν περὶ βύβλυ.

914.

* Steph. in Βύβλος, legit φυλακήν.

914. Καὶ Τρίπολιν λιπαρὴν Ὀρθωσίδα τε, Μάραθόν τε,

915. Λαοδίκην θ' ἣ κεῖται ἐπ' ἠϊόνεσσι θαλάσσης

916. Καὶ Ποσιδήϊα ἔργα, καὶ ἱερὰ τέμπεα Δάφνης

917. Ἧ χίπερ, Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος Ἀντιόχεια.

914. Ἡ δὲ Τρίπολις, ἥτινι συνεχὲς κεῖσθαι ἱστόρηται τὸ τοῦ Θεοῦ λεγόμενον πρόσωπον, οὕτω καλεῖσθαι διὰ τὸ ἔχειν ἀποικίαν ἐκ τῶν πόλεων Τύρου καὶ Σιδῶνος καὶ Ἀράδου, περὶ ἧς ἐν τοῖς περὶ νήσων εἴρηται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Τριπόλεις διάφοροι. Ὅτι πόλις Φοινίκων καὶ ἡ Ὀρθωσὶς καὶ ἡ Μάραθος. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν Ὀρθωσίδα Ὀρθωσίαν οὕτως ἄλλοι φασὶν, καὶ ἴσως τῷ τοιούτῳ τόπῳ ὁ Διονύσιος. ὥσπερ (v.344.) τὸν πορθμὸν εἶπε πορθμίδα, καὶ τὰς Ἀμαζόνας Ἀμαζονίδας (v. 655.) καὶ τὴν Ἀσίαν Ἀσίδα (v. 231.) καὶ τοὺς τῶν ὀρέων κνημοὺς κνημῖδας (v. 714.) καὶ τὴν Κασπίαν Κασπίδα (v. 748.) οὕτως καὶ τὴν Ὀρθωσίαν Ὀρθωσίδα φησί. Μάραθος δὲ οὐ μόνον ἡ περὶ Φοινίκην αὕτη πόλις περὶ ἣν καὶ ποταμὸς ῥέει Μαραθίας λεγόμενος, ἀλλὰ καὶ Εὐρωπαία ἑτέρα ἐν τῇ τῶν Ἀκαρνάνων γῇ, ἐξ ἧς ὁ Μουσικὸς Διόδωρος.

915. Ὅτι ἡ Λαοδίκεια ἡ τῆς Φοινίκης ἀπὸ Λαοδίκης ὠνόμασται ἀδελφῆς Ἀντιόχου, ὡς μικρὸν καθωτέρω (ad v. 918.) ῥηθήσεται. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Λαοδίκεια Λυδίας, ἣν Ἀντίοχος ἔκτισε παῖς Ἀντιόχου τῆς Στρατονίκης, χρησμοῦ δοθέντος ἐν ὀνείροις τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ποιῆσαι τοῦτο. Τὴν δὲ ἐν Φοινίκῃ Λαοδίκειαν λευκὴν αὐτήν φασί ποτε κληθῆναι καὶ Ῥάμαιθαν, διότι ποιμήν τις βληθεὶς κεραυνῷ ἀνεβόα Ῥαμανθάς, ἀφ' ὕψους ὁ Θεός. Ῥαμὰν γὰρ ἐγχώ-

ριον

Et pingvem Tripolin, nec non Orthosida, sacram

Laodicem pariter, positam prope littus amœnum,

Et Posidi turres & Daphnes optima tempe.

Hic etiam Antiochus nomen dedit Antiocheæ,

Lati-

ιον τὸ ὕψος, ἀθὰν δὲ ὁ Θεός. Διάφοροι Λαοδίκειαι, ὧν [γν]ωριμωτάτη, αὕτη ἡ Συριακή. Διαφορεῖται δὲ ἡ πόλις αὕτη, καὶ γὰρ τετρασύλλαβον Λαοδίκη λέγεται, καὶ κατὰ παραγωγὴν Λαοδίκεια, ὡς Ἀπάμη, Ἀπάμεια, Εὐρώπη Εὐρώπεια, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

916. Ὅτι ὥσπερ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἐν Ὀδυσσείᾳ (ζ. v. 266.) τὸ ἐν Φαίαξι ποσιδήϊον διὰ τοῦ ι ἔχει τὴν τετάρτην ἀπὸ τοῦ τέλους, ἤγουν τὴν σι συλλαβὴν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα παρὰ τῷ Διονυσίῳ λέγοντι περιφραστικῶς ὅτι Ποσιδήια ἔργα ἤγουν Ποσιδήϊόν ἐστι πηγὶ τὰ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἱερὰ τέμπεα, ὅ ἐστι περὶ τὰ τῆς Δάφνης ἀλσώδη δάση καὶ κοιλώματα, περὶ ἧς μετ' ὀλίγον εἰρήσεται. Ποσειδῖον λέγεται τετρασύλλαβον κατὰ τὸ ἐντελὲς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος τέμενος, τὴν μὲν ἄρχουσαν ἔχον διὰ διφθόγγου τῷ λόγῳ τῆς περιοχῆς, τὴν δὲ παραλήγουσαν διὰ τοῦ ι, τῇ ἀπελεύσει τοῦ τῆς διφθόγγου ἑνὸς στοιχείου, ᾧ λόγῳ καὶ Ὀππιανὸς (Halievt. IV. v. 73.) τοὺς ἀλγεινόεις ἀπισχνάνας τὴν δίφθογγον εἰς μονόφθογγον διὰ τοῦ ι γράφει ὡς προσερρέθη (ad v. 803.) τὴν παραλήγουσαν. Διαλυθὲν δὲ ἐκ τετρασυλλάβου τὸ τοιοῦτο ἐντελὲς Ποσιδεῖον εἰς πεντασυλλαβίαν γέγονεν. Ἐν οἷς καὶ ὁ λιμὸς ἐκ τοῦ λελειμμαι, καὶ ἡ ἰδέα ἐκ τοῦ εἴδους, καὶ αἱ χιράδες ἐκ τῶν χειρῶν ῥαγάδες, καὶ τὰ χίμετλα τὰ ἐν τῷ χειμῶνι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενα ἀπὸ καύματος. Ὅτι κατὰ τὴν ἱστορίαν ὑπέρκειται τῆς Ἀντιόχου Μ σάδια ἡ Δάφνη, κατοικία μὲν μετρία, ἄλσος δὲ μέγα ἔχουσα συνηρεφὲς, οὗ κύκλος ὀγδοή-

Latini verſus qvos è regione poſuimus, non ex Avieni ſed ex alia veteri ejusdem periegeſeos Metaphraſi petiti ſunt, qvæ *Rhemnio Fannio* à qvibusdam tributa, rectius in plerisque editionibus præfert nomen *Priſciani* ſub Zenonis & Anaſtaſii Imperio clari, cujus etiam verſus duodecim hexametros de ſideribus ſive Epitomen Phænomenon edidit P. Pithœus inter poëmatia vetera p. 487. ſervatos in Bedæ operibus T. 1. p. 434. Ut vero Avieni etiam interpretationem poſſis cum altera illa & Græcis Periegetæ contendere, ecce tibi verſus qvibus eadem Dionyſii exprimere voluit Avienus:

Tu-

ὀγδοήκοντα ςαδίων διαῤῥεόμενον πηγαίοις ὕδασι. Ἔνθα ἐπανηγύριζον οἱ ἐγχώριοι, ὅπου καὶ τέμενος ἄσυλον. Ἀῤῥιανὸς δὲ περὶ τούτων οὕτω γράφει· Ἐν Δάφνῃ τῇ πρὸς Ἀντιόχειαν ἄλσος τι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ αὐτὴ ἐκώνη ἡ Δάφνη Λάδωνος, ἡ φεύγουσα τὸν ἐραςὴν Ἀπόλλωνος, ηὔξατο τὸν ὑπὸ γῆν ἀφανισμὸν, καὶ ἔτυχε τῶν εὐχῶν. Ἄλλοι δὲ περὶ αὐτῆς οὕτω φασί· Δάφνη ἐπ' Ἀντιοχείᾳ. Ἡ ποτὲ πόλις Ἡρακλείας, εἰς ἣν πολλοὺς κυπαρίττους ἐφύτευσε Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, ἧς ἐγγὺς τὸ τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου, βουλευτήριον. Ταύτην σεισμὸς ἐκάκωσεν ἐφὶ Τραιανοῦ ὥςε τοὺς Ἀντιοχεῖς ἐγγράψαι, ΟΙ ΖΗΣΑΝΤΕΣ ΑΝΕΣΤΗΣΑΜΕΝ ΘΕΩΙ ΣΩΤΗΡΙ. Σημείωσαι δὲ ὅτι αὕτη μὲν ἡ Δάφνη ἑνικῶς λέγεται πρὸς τῷ Πηλουσιακῷ καὶ τοῦ Νείλου ςόματι χωρίον τι & reliqva, qvæ deinceps in editis ſeqvuntur.

Tuqve tene primo qvod carmine Musa locuta
Totam Asiam celsi præcingi vertice Tauri
Extima in Indorum. Montis tamen accipe molem
Per latus id duci qvo dat Cynosura pruinas
Solis ab occasu vastum decurrere Nilum,
Indicum ab Eois mare fervere, rursus ab austro
Fluctibus immodicis rubri salis æqvora volvi. *
Ora Syrum curvi procumbens litoris acta
In notum & Eoi confinia tenditur Euri
Hæc Cœle est Grajo sub nomine, namqve duobus
Ut conclusa jugis vallis vice multa cavatur.
Ab Zephyro Casius mons imminet, axe diei,
Consurgentis item Libanus premit arduus arva. **
Pars procul à pelago terras colit, inqve recessu
Gens agitat: falso qvicqvid pulsatur ab æstu
Phœnicum regio est, hi rubro à gurgite qvondam
Mutavere domos, primiqve per æqvora vecti
Lustravere salum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, sidera primi
Servavere poli. Populis Phœnicibus ergo
Urbs Jope, sterilisqve dehinc habitatur Elais,
Gazaqve proceris adsurgens undiqve muris.
Hic Tyrus est opulens Berytos & optima, Byblos
Sidoniiqve lares, ubi labens agmine amœno
Cespitis inrigui Bostrenus jugera fundit.
Nec minus his Tripolis pingvi sola porrigit agro
Orthosisqve dehinc attollitur, hinc Marathus stat

* In hac Metaphrasi præterit versus 894. 895. 896.
** Hic iterum videtur desiderari versus 992, & proximi suo vix obiter expressi sunt.

Littoris extremo caput altis curribus effert
Laodice, & glauci prælambitur æqvoris unda.
Hic memorosa virent Daphne loca (*) , *celsa Cu-*
pressus
Erigitur, ramis innectit laurus odora
Crine Dionæo myrtus diffunditur, altæ
Consurgunt pinus, & cælum sibila pulsant
Robora, mollicomis tellus insternitur herbis.

Apparet Avienum altius surgere Prisciano & minus in hoc qvam in illo genii esse Poëtic Priscianus vero non tantum sibi indulgere au sus simplici Metaphrasi adstrictius inhæret Dionysii verbis, etsi ipse qvoqve interdum qvædam interpolat, cujus rei ad v. 906. illustr exemplum licuit observare. Sic non semel Solino qvædam inseruisse Priscianum notavi Andreas Papius, cui castigatissimam illius Metaphraseos editionem debemus, repetitam a calcem Dionysii periegeseos editæ Oxonii (** A. 1697. 8. Avienus vero seipsum sæpius qvar auctorem suum secutus est ut ait Barthius XLV 16. Adversar. Interdum qvoqve magis integr qvam nos Dionysii codice usus videtur, cuju rei exemplum lectori dabit Holstenius ad Stephanum Byz. in Ἔμισσα.

IV. *Fa*

*In versibus qvi porro seqvuntur ingenio indulget Avienus, plurima addens qvæ in Græco non habentur, & vicissi omittens versum 917.

(**) Confer, si placet qvæ de hac & aliis Dionysii editionibus dixi libro IV. Bibliothecæ Græcæ c. 2. De Arato au tem qvem & ipsum Metaphrasi latina Avienus donavit, dictum à me est libro III. ejusdem operis c. 18.

IV. *Fabulæ Æsopi XLII.* latinis elegis ab Avieno conscriptæ &* Theodosio dicatæ, sæpius minore forma lucem adspexerunt una cum fabulis Græcis Æsopi, aliisqve Mythologis, & inter vetera poëmata *P. Pithœi,* & inter fabulas variorum auctorum recensitas & illustratas ab *Isaaco Nicolao Neveleto*, Heidelb. 1610. Francof. 1660. 8. Præterea à *Theodoro Pulmanno* castigatæ è tribus Codd. MSS. Antwerp. 1585. 12. additis Variis Lect. Prodierunt etiam Genevæ in corpore Poëtarum latinorum, & Madriti una cum reliqvis Avieni poëmatis. Arnhemii itidem A. 1649. 8. & cum Homeri Batrachomyomachia selectisqve Æsopi fabulis Græco-latinis Lugd. Bat. 1632. 8. Recensuerat qvoqve ad MS. & prelo paraverat Joannes Cabeliavius, cujus librum vidi inter codices Gudianos.

Auctor glossarum ad Institut. lib. 3. tit. 26. allegat *fabulam Aniani* (Avieni) *de societate leonina.* At nulla hodie legitur fabula hujusmodi, neqve in editis, neqve in tribus Codd. MSS.

* Theodosius hic non Imperator sed Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius, qvi Avienum loqventem inducit in libris Saturnaliorum. Confer Colomesii κειμήλια literaria cap. 38. Porro falli puto eos qvi fabulas illas nescio cui Aviano vel alii scriptori præter Avienum nostrum tribuunt. Abidui enim & Anieni vel Aniani & Aviani & Abieni nomina librariorum hallucinationes esse videntur, *Flavium Avianum* in priscis schedis vocari ait Barthius lib. 39. Adversar. c. 7. & 13. Vide & 50. 7. Flavium Avianum vocat etiam Vossius Barthium secutus lib. 2. Instit. Orator. cap. 15. tmemate 5.

qvos consuluit Rigaltius ut ipse monet ad Phædrum p. 409. editionis Burmannianæ.

V. Feruntur præterea sub Avieni nomine *breve carmen ad Flavium Marmecium V. C.* qvo malogranata mitti sibi rogat, fellito oris sapore affectus. Fallit Crinitus qvi lib. V. de Poëtis c. 80. hoc carmine oram maritimam nuncupari Myrmecio affirmat.

Sirenum allegoria. Avieno haud indignum poëmation.

Ad amicos, de agro suo, inter Martialis Epigrammata libro IV. qvondam editum, sed à P. Scriverio aliisqve auctori suo restitutum. Vide Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hispanam T. I. p. 161. Occurrunt hæc poëmatia in editione Avieni Veneta An. 1488. & Madritensi omnium Avieni Scriptorum A. 1634. 4. ut P. Pithœi Epigrammata vetera omittam.

VI. Livium totum jambis scripserat Avienus, qvæ Metaphrasis intercidit. Meminit Servius ad X. Æneid. 388. *Rhæti de gente vetusta Anchemolum.) Hæc fabula in latinis nusqvam invenitur auctoribus. Avienus tamen qvi totum Livium jambis scripsit, hanc commemorat* in illa nempe Metaphrasi Livii obiter) *dicens Græcam esse.* Idem Servius ad X. 273. *Cometarum nomina & affectus Avienus commemorat, qvi Virgilii fabulas jambis scripsit.* Plura deinde ex illo affert de differentiis Cometarum.

VII. Ni ætas obstaret, ad eundem Avienum cum Vossio de Hist. lat. conferre non dubitarem

rem *Breviarium da Victoriis ac Provinciis populi Romani ad* ** *Valentinianum II. Augustum*, prosa scriptam & jam sub *Sexti Rufi*, jam sub *Rufi Festi* nomine vulgatum. At enim qvi sub Valentiniani I. Imperio senem se ævoqve graviorem profitetur, idem sub Theodosio, cum Macrobius sua scriberet Saturnalia, juvenis esse non potuit. Itaqve malo assentiri Nic. Antonio qvi lib. 2. Bibl. Vet. Hispanæ c. 9. p. 161. Sextum Rufum breviarii auctorem à Sexto Rufo Avieno distingvendum duxit. Editiones hujus libelli apud Clariss. Hankium videri possunt, qvibus addes Pithœanam in operibus *P. Pithœi* à Josia Mercero collectis pag. 309. seqq. & Cizensem *Christophori Cellarii*, qvi post Pithœum, Jo. Cuspinianum & Frid. Sylburgium insignem huic breviario operam navavit, notasqve addidit Cizæ Anno 1679. 8.

VIII. Exstat etiam sub Sexti Rufi nomine opusculum *de regionibus urbis Romæ*, cum *P. Victoris* libello ejusdem argumenti editum ab Onufrio, ut dixi infra lib. IV. c. 4. Etiam novissime in Cl. Grævii thesauro Antiqvitatum Rom. Tomo (†) III. in qvo opere Tomo IV. etiam occurrit Famiani Nardini Roma antiqva ex Italico ser-

** Auctor illud Valentiniano obtulit extremis temporibus ejus imperii, post victoriam à Gothis partam. Vide Salmas. Epist. p. 21. Ex hoc Rufi Festi breviario ad verbum qvædam mutuatus est Ammianus Marcellinus, ut in extremo libri XX observavit vir summus Henr. Valesius.

(†) Non Tomo V, ut legas in observationibus Hallensibus T. 4. p. 13.

mone translata in latinum, qvi liber justorum instar commentariorum est in illa P. Victoris & Sexti Rufi opuscula.

CAPUT XII.

DE AMMIANO MARCELLINO, Vegetio & Macrobio.

Ammiani Marcellini ætas & Historiarum libri 1. Editiones. 2 Excerpta Anonymi veteris Ammiano subjecta. 3. Vegeti ætas & libri de re militari. 4. Editiones. 5. Vegetii libr de mulomedicina. 6. Scripta deperdita Vegetii. 7. Æta Macrobii 8. Commentar. in Somnium Scipionis. 9. Li bri Saturnaliorum. 10. Editiones. 11. Libri de differen tia verbi Græci & latini, ibid. Nonnulla sub Macrobi nomine (fortassis) inedita. 12.

I. AMMIANUS MARCELLINUS (a) ho mo græcus & militaris sed doctus sub Constan ti

(a) Antiochenum patria fuisse, H. Valesius observat Libanii ad Marcellinum Epistola. Ipse qvidem expeditic ni Juliani Imp. in Parthos interfuisse se innuit 24.1. Si Ge nero credimus, hic idem est Marcellinus, à qvo vitam Thu cydidis Græce scriptam habemus. Sed istum Marcellinu recte eundem putant viri docti cum Marcellino Rhetore, cu jus commentarii ad Hermogenem exstant. Vide Vossiu p. 253. de Hist. Græcis. Nostrum vero à Rhetore illo diver sum fuisse mihi persvadeo, virum militarem, & rebus gerer dis vitæqve pragmaticæ qvam Rhetorum umbræ & lenoc niis addictiorem. Alius qvoqve Marcellinus & junior d qvo Svidas è Damascio, ut prætercam Marcellinum not rium qvi gesta collationis Carthaginiensis calamo excepit.

qv

tio & proximis Imperatoribus usqve ad Theodosium vixit: ſcriptor curioſus nec abſurdo judicio, veritatis autem (b) ſtudioſiſſimus compoſuit Romæ inconcinna licet dictione (c) Hi-

qvibus abbreviata ſunt qvæ hodie habemus. Poſſid. in vita Auguſtini c. 13. & Baluz. T. 1 Concil. pag. 117. Ammianum noſtrum diligentem Thucydidis imitatorem probat H. Valeſius ad lib. 21. c. ult. Paſſim qvædam ſumſiſſe à Solino, obſervavit Salmaſius. Qvæ vero ſacra eum ſecutum opinemur? Eqvidem CHRISTO nomen haud dediſſe, vix dubium eſſe videtur legenti. Pro Chriſtiano tamen habuere viri doctiſſimi P Pithœus & Claudius Chiffletius. Confer P. Bælii Lexicon in Marcellino nota B. At ſi Chriſtianus fuiſſet, qvi ſub Chriſtianis ſcribebat Imperatoribus, in Hiſtoria non ita diſſimulaſſet ſuam religionem ut Ethnicismo favere etiam videretur. Homo Ethnicus autem Chriſtianorum Principum auctoritate permotus facilius potuit à ſe impetrare ut ab iniqviore de Chriſtianis judicio abſtineret.

(b) Gabrieli Naudæo Viro doctiſſimo & ante eum Lud. Vivi viſus eſt Ammianus interdum qvædam nimis exaggerare & addere veritati complura, fidemqve habere narrationibus parum veriſimilibus: *on reconnoit par toute là ſuite de ſon Hiſtoire qv'il eſtoit fort ſujet & adonné à croire & amplifier de telles narrationes, ſur leqvelles je croi qve Vives s'eſt en partie reglé qvand il à prononcé un tel jugement de ſon Hiſtoire : Ammiani qvod ſupereſt opus nec Oratoris omnino nec Hiſtorici.* Naudæus in Apologia pro Doctis Magiæ falſo accuſatis p. 207. Locus Ludovici Vivis occurrit libro qvinto operis aurei de tradendis diſciplinis. Vide & Barthium lib. 45. c. 2. Adverſar.

(c) Salmaſius præf. de Helleniſtica p. 39. *Qvis compoſitione magis eſt inconditus & lutulentus qvam Ammianus Marcellinus? qvis phraſes unqvam uſurpavit duriores, inconncinniores ac ruſticiores? ut homo Græcus & militaris qvi voces tantum*

ſtoriarum ſive *rerum geſtarum* (d) à Nervæ principatu ad exceſſum usqve Imp Valentis libros XXXI. (e) Horum primis tredecim deperditis ſoli ætatem tulerunt poſtremi duodeviginti, qvi incipiunt à facinoribus Cæſaris Galli, propinqvitate Regiæ ſtirpis (Conſtantii enim patruelis fuit) elati & adſpirantis ad imperium.

II. In lucem primum emiſſi ſunt Ammiani libri XIV. - - XXVI. Romæ, *A. Sabini* Poëtæ celeberrimi opera A. 1474. fol. Hinc Bononiæ curante *P. Caſtello* (qvem tanqvam omnia depravantem paſſim perſtringit Valeſius) An. 1517. & Baſil. Anno 1518. apud Jo. Frobenium. Liber XXVII. una cum proximis qvatuor usqve ad XXXI. primum lucem viderunt in editione Ammiani qvam curavit *Mariangelus Accurſius* Auguſtæ A. 1533. fol. qvinqvies mille mendis ſcriptorem hunc liberaſſe ſe profeſſus. Eodem anno *Sigismundus Gelenius* eosdem libros excepto poſtremo & libri trigeſimi pagina ultima adjecerat in editione Ammiani Baſileenſi. Gelenia-

tum latinas teneret, qvomodo collocandæ eſſent neſciret, prorſus loqvitur. Is tamen Tacito qvo nihil eſt concinnius, nec compoſitum magis, longe lucidior. Salluſtius etiam eo obſcurior.

(d) Priſcianus lib. IX. p. 780. *Marcellinus rerum geſtarum qvarto decimo: tanqvam licentia crudelitati indulta* Occurrit locus lib. XIV p 4. edit. Pariſ. A. 1681. fol.

(e) Claudius Chifletius non contemnendis rationibus evincere conatur libros XXXII ab Ammiano ſcriptos fuiſſe & præter primos tredecim (qvos in Bibliotheca Poli Cardinalis obvios incerta fama exſtitit) etiam penultimum librum deſiderari.

nianam Basileensem secuta editio Rob. Stephani 1544. 8. & Basileens. A. 1546. apud Hieron. Frobenium, tum H. Stephani, aliæqve. Qvemadmodum vero uni Gelenio plurimum debere Ammianum Valesius affirmat, ita idem notat integros qvandoqve versus eum inseruisse, conjecturane an ex fide codicis MSti incertum. Vide ad lib. 22. c. 1. Ab eo tempore castigatum illustratumqve Ammianum edidere *Janus Gruterus* T. 2. Hist. Augustæ scriptorum Hanov. 1611. fol. *Friedericus Lindebrogius* Hamb. 1609. 4. *Marcus Zuerius Boxhornius* Lugd. Batav. 1632. 12. & idem qvem dixi *Henricus Valesius* Paris. 1636. 4. Lindebrogii & fratris notis auctoribus suas addidit *Hadrianus Valesius* ibid. 1681. fol. qvi cum vetustis Codicibus Colbertinæ Bibliothecæ hunc scriptorem de integro commisit, & *Claudii Chifletii* dissertationem de vita Ammiani præfixit. Chifletii libellus de vita Ammiani & statu Reip. sub Constantino lucem viderat Lovanii 1627. 8. Deniqve *Jacobus Gronovius* V. C. Lindebrogii & Valesiorum notis iterum subjectis prelo novas observationes & variorum numorum monumentorumqve veterum icones scriptori majorem lucem affusuras adjunxit in præstantissima Ammiani editione Lugd. Bat. 1693. fol. qvæ minori typorum charactere ibidem simul vulgata in 4.

In *Hetruscum* sermonem vertit Remigius Florentinus. Et *Gallice* A. 1672. additis notis Mich. de Marolles, minus, ut videtur viris doctis, feliciter.

Exſtant qvoqve *Marcelli Donati* (f) in qvædam hujus ſcriptoris loca animadverſiones Venet. 1604. & T. VI. Lampadis artium Gruterianæ Ceterum Jacobi Schegkii, Theodori Canteri & Claudii Salmaſii in Ammianum commentaria auctorum fato intercepta ſunt.

III. In Valeſii & Gronovii editionibus ſubjiciuntur *Excerpta vetera auctoris ignoti de Conſtantino Chloro & aliis qvibusdam Impp.* tum *excerpta de Odoacre & Theodorico Rege Italiæ ex Chronicis antiqvis deprompta*, & Hadr. Valeſii diſſertatio de hebdomo

IV. FLAIUS VEGETIUS RENTUS, Vir Illuſtris (g) Comes, ſcripſit ad Valentinianum II. Auguſtum *Epitomen* (h) *Inſtitutorum rei mi-*

(f) Hadr Valeſius indignas duxit qvas ſuæ adderet editioni. Habentur & ejusdem Donati obſervationes in Livium, Sveton. Tacitum & Hiſt. Auguſtæ ſcriptores qvæ non magnæ rei videntur Iſ. Caſaubono in Svetonii Cæſ. c. 11. & Barthio ad Stat. T. 1 p. 171.

(g) Comitem ÇPolitanum vocat Volaterranus, qvod Scriverio & aliis qvibusdam eruditis minus probatur. Naudæus tamen in Bibliographia militari meminit binorum Vegetii Codicum MSS. Peireſcianorum, è qvibus editio Stewechiana & Scriveriana in qvibusdam melior reddi poſſit, teſtatus eos hujusmodi notis in principio & fine exornatos, qvæ ſuffragium ferre Volaterrano videantur. Patria Romanum eſſe affirmat Petrus Andlous lib. 2. c. 13. de Imperio Romano.

(h) Qvod putat Barthius Epitomen tantum librorum Vegetii atqve adeo Epitomen Epitomes hodie ſupereſſe, minus veriſimile videtur. Et neſcio qvomodo ille vir doctiſſimus mirifice facilis errat in olfaciendis usqve qvaqve Epitomis.

militaris libris V. (i) ex M. Porcio Catone, Cornelio Celſo, Paterno (k), Frontino, Varronis Navalibus & Conſtitutionibus Auguſti, Trajani & Hadriani. Vide lib. 1, c. 8. Arguitur autem à viris doctis qvod ſui ac ſuperioris ævi inſtituta paſſim confuderit.

V. Prodiit primum Romæ 1478. 1494. 4. & ne Pariſ. 1523. 8. 1535. 1553. fol. Colon. *Franciſci Modii* 1580. 8. aliasqve editiones memorem, cum *Godeſchalci Stewechii* commentariis notisqve Franciſci Modii Lugd. Bat. 1607. 4. Addidit *P. Scriverius* recenſita à ſe M. Porcii Catonis ex libro de re militari & L. Cincii Alimenti ex libris ejusd. argumenti fragmenta. Claudii Æliani Tacticam ex interpretatione Theodori Gazæ Theſſalonicenſis, Polybii tractationem de militia & caſtrametatione Romanorum ex libro VI. Hiſtoriarum, interprete Jano Laſcari Rhyndaceo. *Hygini* Gromaticum ſive de caſtrametatione librum, qvem primus edidit ê codice Sixti Arcerii: librum *Anonymi de rebus bellicis* ſcriptum ut videtur ad Theodoſium Aug. ejusqve filios Honorium & Arcadium Cæſares, *Modeſti* (l) libellum de vocabulis rei militaris ad Taci-

(i) In Bibl. Simlero Geſneriana referuntur *libri IV.* qvia liber qvintus ſive præcepta navalis militiæ qvarto libro (poliorcetico) adhærent in antiqvis editionibus ante Scriverium, qvi fide codicum qvorundam disjunxit.

(k) De hoc Paterno conſulendus Catanæus ad Plinii lib. I. Epiſt. 22.

(l) Hunc Modeſtum ſunt qvi Tacito Imp. & Vegetio ipſo recen-

citum Auguſtum, cujus ſe juſſu, Martii operis præcepta per diverſos auctorum libros diſperſa abbreviaſſe affirmat. *Rufi* leges militares ex interpretatione Joh. Leunclavii Amelburni. *Sexti Julii Frontini* ſcripta de qvibus ſupra lib. 2. c. 19. cum commentario *Aggeni Urbici* in librum Frontini de qvalitatibus agrorum, *fragmentis legum agrariarum & finium regundorum conſtitutionibus*. Editi præterea Vegetii de re militari libri cum Frontino, Æliano & Ænea P. Scriverii caſtigationibus illuſtrati Lugd. Bat. 1644. 12. & iterum cum Stevvechii, Modii & Scriverii obſervationibus, addito etiam Modeſti libello, Veſaliæ Clivior. 1670. 8. qvam editionem non ſatis emendatam eſſe qveritur Tho. Crenius V. C. in limine partis nonæ animadverſ. philolog.

Frid. Lindebrogii notas in Vegetium ineditas evolvi in Bibliotheca hujus urbis Hamburgenſis Joannea. Commentarios politicos in ſcriptores militares atqve adeo Vegetium qvoqve molitus fuit Gruterus, ut teſtatur in Epiſtola ad Scriverium edita à nobiliſſimo Meelio p. 67.

recentiorem faciunt, licet Barthius lib. 2. Adverſar. c. 20. non dubitat Modeſti libellum verbatim à Vegetio exſcriptum. Sed hoc ſi ajamus, mirum videbitur cum alios auctores paſſim laudet Vegetius, Modeſti nomen ſuppreſſiſſe. Ac Modeſti libello nihil ſe unqvam putidius vidiſſe Modius affirmat, cui ſuffragatur in Bibliotheca militari præſtantiſſimus Naudæus, Modeſtum vocans infelicem Vegetii Epitomatorem. Prodiit Modeſti libellus ſeparatim Francofurti 1602. 12

57. Scriverius ipſe in litteris datis ad Jungermannum Idibus Martii 1607. *intra annum*, inqvit, *σὺν Θεῷ animadverſiones novas & notas ſatis prolixas in Vegetium Frontinumqve dare certum eſt, niſi ſtiterit per typographum,*

Gallice prodiit Vegetius per Jacobum de Walhauſen A. 1616. additis figuris ſive iconibus.

VI. Exſtant itidem Vegetii nomine (alterius utiqve) *artis Veterinariæ* ſiye *Mulomedicinæ libri qvatuor* Baſil. 1528. 4. primum editi per Jo. (m) Fabrum Emmeum typographum Juliacenſem: & deinde è pluribus codicibus caſtigati curante Jo. Sambuco ibid. 1574. 4.

Hetruſca lingva prodiit Venet. 1543. 8. cum Hippiatricis Græcis in idem idioma translatis, & Laur. Ruſii libro ejusdem argumenti.

Gallice vertit Bernardus Podius (de Poy Monclar.) Lucenſis in Benearnia Pariſ. 1563. 4. vide Antonii Verderii Bibl. Gallicam p. 117.

Auctores Vegetius laudat Pelagonium, Columellam, Chironem & Abſyrtum, ex qvibus Abſyrti & Pelagonii nomen occurrit etiam inter Græcos Veterinariæ ſive Hippiatricæ ſcriptores duobus libris collectos, & in Geoponicis,

(m) In Merklini Lindenio renovato p. 1037. male vocari ideas *Jo. Febrium*: apud Voſſium p. 79. de Philoſophia perperam legitur *Jac. Fabri.* Idem ait ſe accepiſſe libros illos Londini apud virum doctum exſtare MStos alteraqve parte auctiores. In catalogo librorum MSS. Iſ. Voſſii inter Codices Latinos num. 115. video memorari Vegetium de re Veterinaria editis auctiorem & emendatiorem.

qvo utroqve opere opportunior dicendi locus erit in Bibliothecæ Græcæ libro qvinto.

VII. In Bibliotheca Simlero Gesneriana lego Vegetium Prætextatum Aristotelis priora & posteriora Analytica, sive potius Themistii in illos commentaria latino sermone tradidisse. Qvod hauserunt è Boëthii libro I. majorum commentariorum in librum Philosophi περὶ ἑρμηνείας. Sed de illa interpretatione, qvia edita haud est, nihil habeo qvod dicam.

VIII. MACROBIUS AMBROSIUS AURELIUS THEODOSIUS (n) Vir Consularis & illustris, sacriqve cubiculi præfectus, Honorii & Theodosii jun. temporibus floruit, ut patet è Codice Theodosiano lib. VI. titulo 8.

IX. Exstant ejus *commentariorum in Somnium Scipionis, à Cicerone descriptum libri duo* magna eruditione referti, ad Eustathium filium. Hos Græce transtulit, non Gaza, sed Maximus Planudes, cujus versione hactenus inedita usus

Jac.

(n) De patria ejus qvæ fuerit non certo constat. Pro Græco habere videtur Erasmus in Ciceroniano: *Æsopicam corniculam mihi nominas, ex aliorum pennis suos contexuit centones. Itaqve sua lingva non loqvitur, etsi qvando loqvitur Græculum latine balbutire credas.* Romanum se ipse diserte negat præf. in Saturnal. ubi æqvi boniqve consuli cupit *si sub alio ortum cælo latinæ lingvæ vena non adjuvet* vel *si in sub sermone Romani oris elegantia desideretur.* Non minus incerta res de religione Macrobii. Christianis eum annumerat Barthius p. 2258. Adversar. contra homo Ethnicus dicitur Spanhemio dub. Evangel. T. I. p. 533. cui assentiri malim. Ambigui hærent Grotius ad Matth. II. 16. & Huetius pag. 789. demonstrat.

Jac. Cujacius, & in Thesauro Græcarum Vocum Gvil. Morellius. Occurrit illa in Bibl. Regis Galliæ codice 683. teste Labbeo Bibl. nov. MSS. p 280.

X. *Saturnaliorum* (o) *Conviviorum* sive variarum dissertationum super variis jucundæ & reconditæ doctrinæ argumentis ad eundem Eustathium *libri VII.* veluti totidem dies qvibus ad convivia convenere qvi inter se colloqventes (p) inducuntur narrante ad Decium Postumiano, Vectius Prætextatus Rex mensæ, Flavianus Q. Aurelii Symmachi frater, Symmachus ipse, Cæcinna Decius Albinus, Furius Albinus Eustathius, Avienus admodum adhuc adolescens, Nicomachus, Evangelus, Eusebius Rhetor, Disarius Medicus, Horus & Servius Grammaticus. Multa in his libris ex Gellio mutuatum Macrobium, & librum septimum fere integrum ex Plutarchi symposiacis repetiisse observatum est

(o) Hos libros Saturnaliorum Macrobii intellige qvando in Petri Blesensis prologo commentarii de Amicitia vides laudari *librum Saturni.* Nisi Verrii Flacci Saturnum innuit malis. Sed apud Marium Victorinum in 1. Rhetoric. Ciceronis pag. 86. edit. Pithœi pro *Saturno* lege *Socratem.* Est vero judice Joh. Sarisberiensi lib. 8. Policrat. cap. 10. Macrobius *conspicuus in sententiis, in verbis floridus, & tanta rerum venustate redundans, ut in institutione convivii & dispensatione Socraticam videatur dulcedinem propinare.* Diversus ab hoc Macrobio Macrobius Presbyter, de qvo Clariss. Caveus in Hist. litteraria scriptorum Ecclesiasticorum ad A. C. 344.

(p) De his consule Pontani auctarium notarum ad Macrobium p. 741. seq. & Macrobium ipsum lib. 7. c. 4.

eſt, ſed propterea plagiariis merito annumerandum eſſe non facile dixerim.

XI. Prodiere hæc Macrobii ſcripta Venet. 1482. Brixiæ 1483. fol. Ven. 1492. fol. Bononiæ 1501. Florent. 1515. 8. è Nic. Angelii caſtigatione & Baſil. 1519. fol. ex emendatione Jo. Rivii, Veneti. Coloniæ etiam lucem adſpexit A. 1526. fol. & 1527. 8. & qvæ præ ſuperioribus laudatæ editiones Veneta ap. Aldum 1528. 8. & Baſileenſis 1535. fol. emendata & ſuppleta è Codicibus inſignibus MSS. à Joachimo Camerario. Prodiit & Macrobius Lugduni ap. Gryphium 1532. 1542. 1548. 1555. 8. 1560. 1585. 12. Genev. 1597. 12.

Editionis Pariſienſis A. 1585. 8. auctor & caſtigator H. Stephanus in præfat. primus ſpem fecit vulgandi è codice Pithœano libri Macrobii *de differentiis & ſocietatibus Græci & Latini verbi* ſive excerptorum è libro Macrobiano hujus argumenti auctore *Joanne* qvodam, fortaſſe ut ſuſpicabantur P. Pithœus & Jac. Uſſerius in Epiſt. Hibernicis *Erigena Scoto* (b), qvi temporibus Caroli Calvi dixit. Hic libellus ſeorſim primum prodiit Pariſ. 1588. 8. cum notis Joannis Obſopœi, & inter Grammaticos veteres A. 1605 editus eſt ab Elia Putſchio. Occurrit vero etiam in poſterioribus Macrobii editionibus Lugdunenſi Batav. An. 1595. & 1628. 8. in qva præter doctisſimas Jo. Iſaaci Pontani notas & Jo. Meurſii caſtigationes, auctorum à Macrobio allegato

(q) Vide Voſſium lib. I, Ariſtarchi c. 4.

orum index est adjunctus. Lugdunensem editionem expressit Oxoniensis, in qva notæ qvæ a priore ad calcem voluminis rejectæ erant verbis Macrobii statim subjiciuntur. Deniqve Lugduni Batavorum A. 1670 8. Oxoniensis illa repetita est, additis ad commentaria in omnium animadversionibus (non Jo. Friderici, ut in Hallervordi Bibl. legitur, sed) Jacobi Gronovii, qvi ad commentarios in Somnium Scipionis usus duobus MSS. & ad Saturnaliorum libros uno MS. chartaceo Bibliothecæ Leidensis Academiæ, locis qvibusdam in utroqve opere, priore præsertim, non infeliciter lucem attulit, medicamqve manum admovit. Idem in limine operis prolixa quædam loca profert ex *Geometria Anonymi veteris* qvam inter Schedas Parentis sui repererat, & ex alio MS. gemini argumenti Anglicano, in qvibus Macrobius Ambrosius Theodosius in testimonium citatur, & qvorum uterqve se prodit commentaria in Somnium Scipionis legisse. Gronovii editio recusa est Lond. 1694. 8. Nic. Heinsium & Petrum Lambecium in Macrobio emendando haud parum operæ studiiqve posuisse constat ex libro VI. de Bibl. Vindobonensi p. 266. ubi mentio Codicum antiqvissimorum Neapolitani & Thuanei.

XII. In Colomesii Catalogo MStorum If. Vossii inter Codices latinos num. 30. occurrit fragmentum è Macrobii *libris de differentia stellarum & de magnitudine Solis*. & num. 48. *Sphæ-*

ra Macrobii. Deniqve num. 91. *Macrobius* ... *palliis quæ sunt lapidum nomina.* Videndum sin ne hæ laciniæ è Commentariis in Somniu Scip. petitæ.

CAPUT XIII.
DE CLAUDIO CLAUDIANO, & Rutilio.

Claudiani ætas 1. Poëmata varia, 2. Editiones, 3. Ruti itinerarium. 4

I. CLAUDIUS CLAUDIANUS Alexandr nus, qvem Blondus ridicule pro Hispano, Lu Morerius in Lexico & Nic. Chorerius pro Ga lo: Landinus, Petrarcha, Politianus & P.Co lutius pro Florentino perperam venditarun sub Theodosio M. sed maxime sub ejus filiis H norio & Arcadio floruit, à qvibus (a) Statua e honoratus, poëta floridus & amœnissimi i genii, sed Augustino lib. 5. cap. 26. de Ci DEI teste à CHristi nomine alienus, qvi si (rosium VII. 35. audimus, *paganus pervicaci mus* (b) & Paulo Diacono lib. 12. judice *poë eximi*

(a) Vide Barthii Adversaria lib 49. cap. 1. & 19. Et v ria de Claudiano collecta in parte 13. Animadversion Thomæ Crenii.

(b) Gvil. Caveus V. C. parte 2. Hist. litterariæ Script Ecclesiast. ait hinc jure aliquem inferre posse, *qvod Claudi nus scriptis editis fidem Christianam oppugnaverit, etiamsi*

ximius sed infidelis. Unde Barthio qvi lib. 1. Adversar. c. 7. & in notis pag. 1070. Christianum um Christophoro Landino facere non dubiat, adsentiri haud possam.

II. Exstant ejus

1. De(c) *Olibrii & Probini fratrum Consulatu paegyricum scriptum* A. CHristi 395.

s, qvæ supersunt, nulla vestigia deprehenduntur. Sed aruinentum hoc ab Orosii verbis petitum levius videtur vam ut eo facile duci se qvis patiatur. Christianum Poëtam uncClaudianum pleriqve suspicati sunt ex his qvæ deTheoosio scripsit:

O nimium dilecte DEO, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

a enim versus ejus afferuntur ab Augustino, Orosio, Paulio Petrocorio, Paulo Diacono & junioribus infinitis, licet oëtæ ipsius verba fuerint hæc:

O nimium dilecte DEO, cui militat alto
Æolus, & rapidi veniunt ad classica venti,

(c) Numeri qvos singulis poëmatis præmissos vides, reiciunt ordinem editionis Nic. Heinsii. Cæterum primum oc esse inter ea qvæ latino carmine Claudianus edidit, Baraius probat ex Epist. ad Probinum.

Romæ nos bibimus primum te Consule fontes
Et Latiæ cessit Graja Thalia togæ.

qvidem de Græcis hujus Poëtæ scriptis nihil extat præter auca qvædam ex Anthologia inedita producta à Salmasio d Hist. Augustam, & fragmentum Gigantomachiæ de qvo ide etiam Bembi Epistolas pag. 429. seq. & duo Epigrammata de Crystallo. Ad Epigrammata nescio qvis in margine notavit eum origines Tarsi, Anazarbi, Beryti atqve Nicææ scripsisse, Οὗτος ὁ Κλαυδιανός ἐστιν ὁ γράψας ὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ, Νικαίας. Vide Allatium de Georgiis p. 362.

8. *In Consulatum Mallii Theodori* A. C. 399.

10. 11. *In Consulatum Flavii Stiliconis libri tres & liber de Bello Getico sive Pollentiaco* qvi in editionibus qvibusdam inscribitur *de victoria Stiliconi contra Alaricum.*

7. *De bello Gildonico* qvod Consulatu qvart Honorii gestum est *liber*, cujus altera pars ve potius liber secundus desideratur.

13. *Panegyris Serenæ Reginæ*, Conjugi Stilico nis dicta.

14. *Palladii & Celerinæ Epithalamium* à milit Claudiano scriptum.

3. 4. 12. *In Consulatum tertium & quartum & sex tum Honorii Augusti* tria Panegyrica, A. C. 39 398. 404.

5. 6. *In nuptias Honorii Augusti & Mariæ* Car men Hæroicum, cum qvibusdam fescennini Alcaico & Anacreontico versuum genere.

15. *Raptus Proserpinæ Libri III.* ad (d) Florent num, qvod opus eximium fatis prohibitus Pi ta non videtur ad umbilicum perduxisse. Ho libros post *Janum Parrhasium* Mediolan. 150 fol. 1505. 4. Paris. 1517. 4. Basil. 1539 4. ube ribus commentariis illustravit *Nic. Bissius*, No bilis Bergomensis, qvibus vitam Poëtæ præ misit Mediolaui 1648. fol.

16. *Gigantomachia* (e) qvam Græco etiam car min

(d) Si Giraldum seqvimur, hic est Florentinus cujus frag menta occurrunt in Græcis Geoponicis.

(e) S. Hieron. in Esaiæ XXVII. *Pulchre qvidam Poeta Gigantomachia lusit: Qvo fugis Encelade? qvascunqve acce seris oras sub Jove semper eris.* Respicit iterum in Amosi V.

nine descripsit Claudianus; ex qvo versus vosdam profert Arsenius Monembasiæ Archipiscopus in Apophthegmatis Græce editis eoniqve Decimo ab auctore dicatis p. 137. b. ex eo Barthius in notis ad Claudian. pag. 938. lic. Heinsius p. 236. Ceterum Gigantomachiæ voqve latina pars extrema desideratur, qvæ Græco translata vel ab ipso Claudiano, vel ut lic. Heinsius pag. 241. suspicatur, ab alio temorum istorum scriptore. Idem qvoqve sibi ersvadet de Epistola ad Hadrianum & Idylliis onnullis qvalia Phœnix, histrix, torpedo, Nis & Magnes. *Ut enim aliqvid Claudianeum*, invit, *in illis facile agnoscas, ita langvent numeri pleumqve &c. Nec accesserim iis qvi seni & effœto ista ccidisse opinantur.*

17. *Epistolæ IV.* ad Hadrianum, Serenam, Olyrium & Probinum. *Tria* item *Epistolia* sive *Epirammata* ad Gennadium ProCOS. Æternalem Maximum, qvorum duo postrema Nic. Ieinsius inter ea, qvæ Claudiani haud videnur, rejecit.

18. *Epigrammvta & Poëmatia XLVII.* hoc est *dyllia VII.* Phœnix, histrix, torpedo, Nilus, Magnes, Aponus & Pii fratres. Tum *Epirammata* De mulabus Gallicis, de sene Veroensi, de apro & leone, descriptio armenti, de oncha, de crystallo septem latina & bina Græa (ex libro IV. Anthologiæ:) Græcum itidem is *μιμάδα γηράσασαν* (al. *μαχλάδα*, confer Jac. Gronovii notas ad Arrianum de Alexandro p. 198.)

198.) εἰς δοῦλον τυπτηθέντα παρ' αὐτοῦ. De Poly caste & perdice. De Zona eqvi regii missa Ho norio à Serena Regina. De Zona missa Arca dio. De chlamide & frenis. De freno, pha leris & cingulo eqvi, Honorio à Serana missi Deprecatio ad Alethium qvæstorem. In Cure tium duo Epigrammata. In Jacobum Mag strum eqvitum.

Hisce Heinsius subjicit, Claudiano ut ip qvidem putat minime tribuenda: In pod grum. Ad Æternalem. Ad Maximum qvi m misit. Rimanti telum ira facit, sive de iracund De locusta fragmentum. De balneis Qvinti nis. In Theodorum Mamillum & Hadrianur Descriptionem portus Smyrnensis. Descripti nem Insulæ sive, *Est in conspectu longe locus.* I qvadriga marmorea. Fragmentum duoru versuum: *Sordidus ex humeris* &c. De paupere mante, bina Epigrammata. In sepulchrum sp ciosæ. De birro castoreo. Carmen paschale. τὸν Σωτῆρα. Εἰς τὸν δεσπότην χριστόν. Laus CH sti. Miracula CHristi. In Sirenas.

Ex his *Carmen paschale*, *laus CHristi* (f) & *racula CHristi* alterius Claudiani (Mamerci) S. Damasi Papæ sunt, etsi Barthio aliter visu qvi Poëtam nostrum ut diximus accenset Ch stianis.

(f) In qvibusdam Codicibus Damasi nomen præferre Colomesius ad Gyraldum de poëtis p. 259. Damaso et tribuit Antonius Delrius in calce conjecturarum ad C dianum.

Ab eodem Barthio p. 1071. seq. tria afferun-
ır Epigrammata, *de aqvila, laus Liberi & in Mar-
m*, qvæ Claverius primus ediderat, & Barthi-
tertio excepto non indigna Claudiano arbi-
atur.

2. & 9. *In Rufinum* (g) *libri II. & totidem in Eutro-
um Eunuchum.*

Deniqve hisce Claudiani scriptis subjici so-
nt *laudes Herculis*, ab Anonymo Poëta, Heroico
rmine decantatæ. Ut omittam epigramma-
ı in Nic. Heinsii notis p. 274. 275. vulgata,
æ inscribuntur de Dulcio, de Hippopotamo,
væ in mensa de Sardonyche lapide, & Eucle-
is Comes.

II. Prodiit primum Claudianus Venetiis 1470.
einde Vicentiæ 1482. & Parmæ, opera Angeli
goleti An. 1493. 4. hinc Vicentiæ A. 1498 fol.
einde cum commentario Jo. Camertis Vien-
1510. 4. Sine commentariis postea excusus
Aldum A. 1523. 8. tum eadem forma Paris.
30. Basileæ 1534. apud Mich. Isingrinum. Flo-
nt. 1549. Lugduni 1551. 8. & ibid. A. 1548. 12.
rro ex Theodori Pulmanni recensione
n M. Antonii Delrionis notis, Antvv. ap.
ıntin. 1572. 1585. 1596. & deinde sæpius,

Rr 4 12.

(g) De hoc Rufino uti de Eutropio qvoqve, fuse Zosimus
o V. Ceterum fallitur Auctor pandectarum Branden-
g. qvi T. 1. p. 76 putat *Alani Anti Claudianum* opposi-
n esse Claudiani Rufino, cum sit poëma Theologico Phi-
ophicum, qvod inscribitur Anti Claudianus h. e poëma
Claudianeis haud inferius, perinde ut ἀντίθεος est Θεῷ
ἴσος.

12. cum Stephani Claverii (*), Parrhasii & Del rionis notis & Jo. Tornorupæi commentari ad carmen de tertio & qvarto Consulatu Ho norii Parif. 1602. 4. & cum observationibus Bar thii prioribus Hanov. 1612. 8. Ceterum præ stantissimæ Claudiani editiones sunt Heinsian cum Nic. Heinsii (i) notis Lugd. Bat. 1641. 12 Barthiana cum commentario sive secundis cu ris (i) Casp. Barthii, Hamb. & Francof. 1650. Schreveliana cum notis Variorum, Amste 1659. 1665. 8. & deniqve Parisiensis cum inte pretatione & notis Gvilelmi Pyrrhonis, i usum Delphini 1677. 4.

IV. CLAUDIUS RUTILIUS NUMATIA NUS Gallus, Vir Consularis, urbiqve præfect & Magister officiorum sive Magister palati Theodosio juniore imperium tenente, Ann Urbis, ut ipse innuit MCLXIX, h. e. Anno Chr stiano (k) CCCCXVI. scripsit *de reditu suo* si *Itinerarii* libros II. Versibus elegis, ad Veneriu

R

(*) Cluverus typographi vitio vocatur in Actis erudit Anni 1685. p. 557.

(h) In Nic. Heinsium Poëtarum latinorum Æsculapium i qvior Jacobus Gronovius in Exercitationibus de Juda p. 1 testatur se ex auctione Heinsiana redemisse qvinqve exe plaria Claudiani, qvibus omnes collationes MStorum cc cum vir ille doctus commiserat.

(i) Pag. 182. Barthius ait se peculiari volumine datur fuisse commentarium in libros de laudibus Stiliconis, t suo Claudianum opere ampliorem. Idem T. 1. in S tium pag. 434. qveritur suam Claudiani editionem mi emendate prodiisse.

(k) Confer Rutil. 1. 135. & Scaligeri prolegomena ad E sebium.

Rufinum Volusianum Albini F. in præfectura (l) Urbana successorem. Posterioris libri maxima parte de reditu suo ex Gallia in Urbem amissa qvæ hujus insignis Poëmatis supersunt primus edidit post Petrum Summontium qvi Neapoli vulgaverat, Jo. Baptista Pius, inscripsitqve: *Poëma* (m) *de laudibus Urbis & Etruriæ & Italiæ*, Bononiæ 1520. 4. Onufrius deinde Panvinius Rutilium à Gabriele Faërno recensitum adjecit commentariis suis de urbe, Imperio & civitate Romana Venet. 1558. & Paris. 1588. 8. Josias Simlerus additis Onufrianæ & Bononiensis edit. variis Lectionibus prælo iterum subjecit Basil. 1575. 12. una cum Æthici Cosmographia, aliisqve qvæ supra in Mela p. 348. indicavi. Hinc Josephus Castalio suis adnotationibus illustratum castigatius edidit Romæ 1582. 8. Petrus qvoqve Pithœus inter poëmatia vetera Paris. 1590. 12. recensuit & paucas qvasdam emendationes subjunxit. Porro Lugduni A. 1616. cum Theodori Sizmanni animadversionibus recudi curavit Justus Zinzerlingius. Qvem secutus Caspar Barthius addito Commentario edidit Francofurti 1623. 8. Deniqve Vir Cl. Theodorus Jansonius ab Almeloveen in elegantissima hujus Poëtæ editione omni-

(l) Rutil. 1. 417. seq. Sirmond. ad Sidonium p. 103. & 17.

(m) Volaterranus auctor est Rutilii poëma inventum sua ætate in cœnobio Bobiano, A Josepho Qvesnello autem perperam recentioribus Poëtis Italis annumeratur in Catalogo Bibl. Thuanæ. Ceterum Ethnicus fuit Rutilius, & in Judæos ac Christianos non obscure invehitur, Monachos præcipue acriter perstringit lib. 1. v. 383. seq. 439. seq.

um hactenus memoratorum castigationibus & notis, animadversiones eruditissimi Grævii propriasqve addidit Amstelod. 1687. 12.

CAPUT XIV.

DE SYMMACHO & SIDONIO Apollinari.

Symmachi ætas. 1. *Epistola.* 2. *Editiones.* 3. *Ætas Sidonii.* 4. *Carmina.* 5. *Epistola.* 6. *Editiones.* 7.

I. Q. AURELIUS SYMMACHUS Romanus, Vir Consularis & præfectus Urbis, causæ gentium adversus Christianos pertinax & ingeniosus assertor Valentiniani II. Theodosii & filiorum tempora ingenio suo illustravit, inter præcipua, Ammiano judice (a), Exempla doctrinarum & modestiæ numerandus. Perdita ejus Oratione in Vettium Agorium (b) Prætextatum, cujus meminit lib. 1. Epist. 52. aliisqve scriptis, Exstant:

II. *Epistolarum ad diversos libri X.* post ejus obitum editi à filio Q. Flavio Memmio Symmacho V.C. qvorum liber postremus Plinii junioris imitatione exhibet Epistolas scriptas ad Impera-

(a) Lib. XXVIII. cap. 4. Laudat Symmachum Socrates V. 14 Hist. Eccles. Ausonius Epist. 17. Macrobius lib. V. c. 1. *Qvatuor sunt genera dicendi, copiosum in qvo Cicero dominatur: breve, in qvo Sallustius regnat, siccum qvod Frontoni adscribitur, pingue & floridum in qvo Plinius Secundus qvondam & nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.* De aliis Symmachis vide Reinesium Epist. ad Bosium pag. 133. 241. &c.

(b) De hoc Agorio vide Sponii Miscell. p. 149.

peratores. Hujus libri Epistola LXI. est celebris illa *relatio pro ara Victoriæ* (c) Valentiniano oblata A. C. 384. sed fructus expers & ab Ambrosio Prudentioqve valide confutata.

Dictionis ejus floridam & rotundam brevitatem his verbis laudat Alanus in Anti-Claudiano, lib. 3. p. 167.

Symmachus in verbis parcus, sed mente profundus
Prodigus in sensu &c.

Sed Erasmus in Ciceroniano, *Symmachum admirentur*, inqvit, *qvibus studio est moleste potius qvam bene dicere.* Olaus Borrichius in conspectu præstantiorum auctorum latinæ lingvæ p. 22. de Symmacho: *Stylus non raro offendit aures melioribus sæculis adsvetas.* Ita enim legendum, non *ostendit*.

III. Prima Symmachi editio Argentinensis, 1510. 4. qvam qvi curavit non levi errore nostrum cum Symmacho Boëthii socero confudit. Sed hoc mox emendatum est in edit. Basil. 1549. 8. Ab eo tempore triumviri clarissimi egregiam Symmacho operam navaverunt *Franciscus Juretus*, *Jacobus Lectius* & *Caspar Scioppius*. Jureti editio lucem adspexit Paris. 1580. Jac. Lectii notæ Juretianis adjunctæ Genev. 1587. 1599. 8. Symmachus iterum ex recensione Jac. Lectii 1601. ad fanum S. Gervasii 12. Jureti notæ auctiores habentur in edit. Paris. 1604.

(c) Confer Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hispanam part. I. p. 170. Gallice utramqve Symmachi & Ambrosii orationem vertit Girius.

1604. 4. Cum Scioppii (d) notis prodiit Symmachus Moguntiæ 1608. 4. Deniqve Philippus Pareus Symmachum aliqvoties recensuit, electa Symmachiana & Symmachianum Lexicon adjecit, Neapoli Nemetum 1617. 1628. Francof. 1642. 8. In Bibliotheca Jac Oiselii fuerunt Jo. Cabeliavii in Symmachum notæ MSS. Symmachum itidem castigavit Martinus Lipsius Justi patruus, ut omittam Bonaventuram Vulcanium qvi Symmachi editionem promisit præf. ad Isidori origines.

IV. C. SOLLIUS APOLLINARIS SIDONIUS, patria non Aruemus ut Savorini visum, sed Lugdunensis (e) Gallus, Christianus, inter doctissimos suæ ætatis, Græce (f) non minus qvam Latine peritus & Poëta non absurdus, post

(d) Scioppius suas in Symmachum adnimadversiones surripuisse dicitur Oberto Gifanio. Vide vitam Scioppii, confutationi fabulæ Burdonum præmissam p. 161. seq. Philippi Parei litteras ad Tossanum in monumentis Palatinis A. 1701. 4. Francofurti vulgatis parte 2. p. 463.

(e) Consule Sirmondi notas p. 254. seq. qvi etiam videndus de more illius ætatis, qvo non contenti prænomine, nomine & cognomine, qvartum etiam adsciscebant, vel qvintum qvoqve. Sane in Epithaphio qvod à P. Pithœo acceptum edidit Vir supra laudes Josephus Scaliger, VI. de emendat. temporum p 614. dicitur *C. Sollius Apollinaris Modestus Sidonius*.

(f) Hermolaus Barbarus, qvi Sidonium Græcarum litterarum inscitia notaverat, castigatur à Jo. Savarone p. 258 ad Sidon. Porro hujus Sidonii amicus fuit Claudianus Mamertus, qvi eum fratrem amantissimum & eruditissimum virorum vocat, librosqve tres egregios de statu animæ, diverso tempore scriptos (Barth. 53 8. Advers.) illi dicavit, qvi ejusd

Bar

post varios honores seculares, qvibus Imperator Anthemius eum ornaverat, Anno CHristi 472. electus Claromontanus Aruernorum Episcopus, obiit A. C. 482.

V. Exstant ejus.

Carmina XXIV. qvorum secundi, qvinti & septimi locum occupant panegyrici Romæ dicti Anthemio Augusto A.C.468. secundum Consuli, Majoriano Augusto sub extremum Anni 458. & Avito Augusto Socero A.C.456. Carmini 14. Epistola ad Polemium, & carmini 22. Epistola ad Pontium Leontium prosa scripta præmittitur. Claudiani non raro insistere vestigiis notavit Sirmondus p. 214. Lapsus ejusdem nonnullos in prosodiam admissos p. 244.

VI. *Epistolarum libri IX.* post carmina circa A. 478. editi & svadente Constantino Lugdunensi Presbytero, secunda ἐκδόσει (*) collecti, qvibus etiam passim versus intermixtos videre est. Libri septimi Epistolæ nonæ annectitur sermo, qvem Sidonius Biturigis habuit in electione Benedicti Simplicii Episcopi.

Deperdita Sidonii scripta à Jo. Savarone in ejus vita & inde à Clarissimo Caveo in Historia lite-

Barthii notis illustrati prodierunt Cygneæ 1655. 8. Idem Barthius 54.3. huic Claudiano incerta conjectura tribuit librum ad Jovium qvi legitur inter opera Paulini. In transcursu etiam notandus error Gvil. Crowei, qvi in elencho interpretum S. Scripturæ p. 65. Apollinarem Sidonium confundit cum Apollinari Græco Psalmorum Davidis Metaphraste. Sidonium laudat Alanus lib. 3 Anti Claudiani p. 68.

(*) Vide Sirmondum ad lib. IV. Epist. 10. Tillemont. T. 16. memor. p. 264. seq.

literaria ſcriptorum Eccleſiaſticorum diligenter enumerantur.

VII. Lucem adſpexerunt Sidonii carmina & Epiſtolæ Mediolani primum A. 1498. deinde Baſil. ap. Henr. Petri A. 1542. 8. cum commentariis *Jo. Baptiſtæ Pii*, hinc ex *Eliæ Vineti* recenſione, Lugduni 1552. 8. apud Tornæſ. Cum *Petri Colvii* (g) notis Sidonius prodiit Pariſ. 1598. 8. Cum præſtantiſſimis *Jo Savaronis* commentariis ibid. 1599. 4. Cum *Jo. Wowerii* obſervationibus poſtumis ex *Geverh. Elmenhorſtii* recenſione Hanov. 1617. 8. Cum *Jac. Sirmondi* notis doctiſſimis, Pariſ. 1614. 8. qvæ poſt ejus obitum, cura Philippi Labbei auctiores exhibentur in edit. præſtantiſſima ibid. 1652. 4. Exſtat qvoqve Sidonius è Sirmondi recenſione in Bibliotheca Patrum edit. Lugdunenſ. tomo VI. ſed omiſſis ejus notis.

(g) Confer Colvii Epiſt. ad Lipſium qvam edidit Tho Crenius parte 7. animadverſ. p. 76. ſeq.

CAPUT XV.

DE MARCIANO CAPELLA & Severino Boethio.

Marcianus Capella. 1. Ejus ætas & libri. 2. Editiones. 3. Conjectura de loco ipſius. 4. Boethii ætas. 5 Libri de conſolatione Philoſophiæ. 6. Sacri argumenti ſcripta. 7. alia. 8. Boethii Operum editiones. ibid. Liber de diſciplina ſcholarium Boethio male tributus. 9. Scripta Boethii deperdita. 10

I. MARTIANUS MINEUS (a) FELIX CAPEL

(a) Jo. Sariſberienſis lib. 2. c. 19. Policratici: *qvorum ne-ſtrum, teſte Mineio, Aſtrologiæ regulis invenitur adverſum.*

PELLA (b) patria, ut Cassiodori (c) testimonio viri docti notarunt Madaurensis, etsi in libri ultimi extremo ipse prædicat se urbis Elissæ alumnum, unde eum Carthagine vixisse vel saltem educatum fuisse cognoscimus. Vir proconsularis, longeqve diversus à Marciano JCto, qvem Alexandri Severi temporibus celebrem fuisse constat.

II. Scri-

(b) Capellam ab acumine ingenii ita dictum esse ait Jacobus Gaddius de scriptoribus non Ecclesiasticis T. 1. p. 145. Fuerunt autem alii qvoqve hoc nomine, ut (1) Capella elegorum poëta, de qvo Ovidius IV. 16. è ponto: *clauderet imparibus verba Capella modis*. (2) Julius Capella (Κάπελλος) cujus meminit Flavius Josephus in vita sua p. 1000. (3) De alio Juvenalis V. 155 *Discet ab hirsuto jaculum torqvere Capella*, ita enim legendum cum Yvone Villiomaro p. 137 (4) Antistius Capella literator qvi Commodum Imp. teste Lampridio c. 1. docuit. (5) Capella à qvo *ruta Capelliana*, Martial. XI. 32. (6) C. Alburius Capella VI. Vir, in veteri Inscriptione apud Gruterum p. 350. 5. Ceterum falli puto Glandorpium qvi in præclaro opere qvod Onomasticon Romanum inscripsit p. 338. scribit *Capellam patre natum Felice, è Martis curia, unde illi cognomen Marciano.* Aliud certe sibi volunt Capellæ verba in extremo libri ultimi:

— — — utqve è Martis curia
Felicis inqvit sed Capella flamine
Indocta rabidum qvem videre secula
Jurgis caninos blateratus pendere
Proconsulari jura dantem culmine
Ipsoqve dudum bombilator flosculo
Decerptum falce jam canescenti rota
Beata alumnum urbs Elissa qvem videt.

(c) Hugo Grotius in notis: *Carthaginiensem indicant libri omnes Manuscripti, Cassiodorus tamen Madaurensem appellat.*

II. Scripſit Romæ, ut par eſt credere temporibus (d) Leonis Thracis, cum jam ipſe ætate provectus eſſet. Sed ſcripſit, ut eſt mos Afrorum, dictione aſpera, ſemibarbara (e) qvandoqve & difficili Satiram proſa oratione, interjectis paſſim varii metri carminibus, qvod ſcribendi genus longe felicius poſtea imitatus Boëthius eſt, (f) etſi in Marciano qvoqve doctrinæ

(d) Aliqvanto juniorem facit Voſſius lib. de Poëtis Latin. & de ſcient. Mathem. Chriſtianus fuiſſe videtur Barthio p. 517. Adverſar. qvod Gregorii Turonenſis qvoqve teſtimonio videtur confirmari.

(e) Voſſius lib. 1. de Analogia cap. 7. *Mire hallucinatur* (Ramireſius de Prado ad Martial.) *cum ſcriptorem hunc ſemibarbarum appellat bonum latinitatis auctorem.* Lud. Vives lib. 3. de ratione dicendi Judicium ferens de Sidonio ac Capella, eorum proſam abſurdiſſimam eſſe, verſum non penitus rejiciendum affirmat.

(f) in veterrimo MSto Bibl. Laurentianæ, libris Boethii de conſolatione Philoſophiæ hic prologus præmittitur teſte Jo. Mabillonio, qvi dicitur compoſitus, vel à Q. Fabio Coſ. vel à Boethio ipſo vel qvod eſt verius à qvodam Scotigena i. e. diſcipulo Boethii. *Tempore Theodorici Regis inſignis auctor Boethius claruit, qvi virtute ſua conſul in urbe fuit. Cum vero Theodoricus Rex voluit Tyrannidem exercere in urbe, ac bonas qvosqve in Senatu neci daret. Boethius ejus dolos effugere geſtiens, qvippe qvi bonis omnibus necem parabat, videlicet clam litteris ad Græcos miſſis nitebatur Urbem & Senatum ex ejus impiis manibus eruere & eorum ſubdere defenſioni; ſed poſtqvam à Rege reus Majeſtatis convictus eſt, juſſus eſt retrudi in carcerem, in qvo repoſitus hos libros per Satiram edidit imitatus videlicet* Marcianum Felicem Capellam, *qvi primus libros de nuptiis Philologiæ & Mercurii eadem ſpecie poëmatis conſcripſerat: Sed iſte* (Boethius) *longe nobiliore materia & facundia præcellit, qvippe qvi nec Tullio impar ſit, nec Virgilio in metro inferior floruit.*

& ingenii vestigia non proletaria offendantur. Satira *Capellæ* (g) *novem libris* absolvitur, qvorum *duo priores* continent Philologiæ ἀποθέωσιν, sive delectabilem fabulam *de nuptiis* (h) *Philologiæ & Mercurii*, à qvibus p. 16. merito excludit discordiam ac seditionem, qvas Philologiæ semper inimicas fuisse vere affirmat. *Reliqvi septem, singuli singularum artium liberalium laudes ac præcepta complectuntur*, atqve ut Gregorii (i) Turonensis verbis utar, *in Grammaticis docent legere, in Dialecticis altercationum propositiones advertere, in Rhetoricis persvadere, in Geometricis terrarum linearumqve mensuras colligere, in Astrologicis cursus siderum contemplari, in Arithmeticis numerorum partes colligere, in Harmoniis sonorum modulationes svavium accentuum carminibus concrepare.*

III. Hoc Satyricon Justiniani Imp. temporibus dicitur emendasse *Securus Melior Felix*, qva de re vide Vossium de Hist. Lat. p. 713. Ut vero publice hodie extet, acceptum ferimus Tha-

 dæo

(g) In dictionario Historico Ludovici Moreri perperam excusus est septem librorum numerus.

(h) Conf. Wowerii commentarium de Polymathia cap. 5. & Marqv. Gudii Epistolas p. 211. Allegatur Felix Capella libro de nuptiis Mercurii & Philologiæ à Fulgentio de prisco sermone in *cælibatum*. Anonymi carmen lectionum de nuptiis Mercurii & Philologiæ memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 66. Ad Capellæ exemplum Jo. Boræus scripsit nuptias ICti & Philologiæ, Paris. 1651, 4.

(i) Lib. 10. Histor. Francor. extremo, ubi hoc opus in scholis prælectum esse testatur. Idem nos docet Joannes Sarisberiensis.

dæo (k) Ugoleto Italo, qvem minores Qvint liani declamationes in lucem protraxisse supr diximus. Prodiit Vicentiæ A. 1499. fol. cura Frar cisci Vitalis Bodiani, qvi in Epistola ad Joan nem Chæregatum Episcopum Catharenser supra duo millia errorum emendasse se testa tur. Vicentinam excepit editio Mutinensis A 1500. fol. Basileæ qvoqve editus est Capella ap Henricum Petri A. 1532. fol. & Lugduni 1539. atqve cum Isidori Originibus aliisqve script veterum, & Bonav. Vulcanii Scholiis Basil. 157 fol. Præstantissima hactenus editio *Hugonis Gr tii* est, qvi editionem A. 1592. memorat, & a modum puer, annos non plures 14. natus Scr ptorem hunc recensuit, notisqve illustrav Lugd. Bat. 1599. 8. Multa adhuc restant in Ma ciano, qvæ Delio notare indigere videntur. E emendatum & illustratum iri speramus Theodoro Gorallo, sive qvi sub hoc nomin latet Joanne Clerico V. C. qvem cum volupta te intellexi novam (l) Capellæ editionem mc liri. Librum nonum in tomo secundo septer antiqvæ musicæ auctorum edidit & emendav vir clarissimus Marcus Meibomius Amsteloc 1652. 4. Amicus & civis Gyraldi qvem ille dia

4. d

(k) Vide Laur. Pignor. p. 59. Epist. Mediceum codicer Capellæ MS. laudat Politianus cap. 59. Misc. Jo. Scoti Erige næ expositionem in Marcianum Capellam Labbeus p. 4 Bibl. novæ MSS. Eadem exstat in Bibl. Cottoniana. Alil ut in Bibl. sereniss. Reginæ Angliæ, occurrit commentari Dunchanti Pontificis Hibernensis.

(l) Vide T. 3. Bibl. selectæ p. 368.

4. de Poetis ait commentarium in Capellam ſcribere conatum eſſe, ni fallor fuit Baptiſta Guarinus. Non pauca Capellæ loca emendavit illuſtravitqve præter Salmaſium ad Solin. Thomas Munkerus notis ad Mythologos latinos, memorans etiam gloſſam interlinearem qvæ huic ſcriptori in veteribus libris adjuncta legitur. In Catalogo Bibl. Carpzovianæ parte 2. p. 141. fertur editio Lugdunenſis A. 1658. 8. hoc titulo: *Martiani Capellæ artes liberales ad mentem veterum explicatæ.* Capellam freqventer imitatur Saxo Grammaticus, ut docet Stephanius, prolegomenis ad Saxonē c. XIX. & in notis paſſim.

IV. In transcurſu hic ſubjicere juvat conjecturam de loco Capellæ, qvem Vir ſummus Joſ. Scaliger p. 113. ad Euſebium negat ſe unqvam aſſeqvi potuiſſe Libro 3. p. 58. *Z vero literam Appius Claudius deteſtatur, qvod dentes mortui dum exprimitur imitatur.* Nempe (m) Z juxta Verrium aliosqve Grammaticos componitur ex d & s incipitqve à litera d. uti X. à litera c. Ds. itaqve pronunciatum imitatur dentes mortui compreſſos. Sed hæc ab hoc loco nimis aliena ſunt, qvare inſtitutum noſtrum proſeqvamur.

V. ANCIUS MANLIUS TORQVATUS SEVERINUS BOETHIUS, (n) Romanus, ſcri-

(m) Paulo aliter Lud. Moreri in lexico. *Les dents de ceux, qui prononce cette conſone, reſſemblent à celles d' un mort, dont le ſon en eſt foible & bas.*

(n) Alii Boethii in veterum monumentis celebrati colliguntur à Biſciola lib. 3. horarum ſubſecivarum c. 5. qvibus adji-

Scriptor Christianus seculo post Christum na
tum sexto ineunte, summis honoribus fun
ctus, cum Theodorici Gothorum Regis mini
strorum Conigasti, Trigvillæ aliorumqve Ty
rannidem impedire conatus esset, Ticinum in
exilium missus est, cujus rei Theodulfus (o) Au
relianensis meminit his verbis:

Ipse Severinus magna est dejectus ab urbe
Consul Romana clarus ab arce procul.

Ticini cum Socero (p) in carcerem detrusu
postqvam paulo supra semestris spatium in e
vi

adjici plures possunt. (1) Boëthius pictor ap. Plin. (2) Boë thus Tarsensis poëta de quo Strabo lib. 14. (3) Boëthus Stoi cus Ciceroni memoratus (4) Boëthus Peripatheticus Sido nius Strabonis συμφοιτητής, Diodori Sidonii frater, test eodem Strabone lib. 16 (5) Alius Boëthus Peripateticus Vi Consularis, & Galeni qui libros illi quosdam dicavit amicus (6) Boëthius præfectus prætorio sub Valentiniano II, occi sus teste Cassiodoro in Chron. & Paulo Diacono lib. 15 (7) Boëthius Platonicus auctor lexici duplicis in Platonen de qvo Photius cod. 154. seq. (8) Vulfinus Boëthius, Episco pus Pictaviensis circa A. C 830. qvi scripsit de vita & reli qviis Juniani Nobiliacensis.

(o) Lib. 4. carmine 9 p. 221. edit. Sirmondi. Adde Pau lum Diaconum lib. 17. & excerpta antiqvi Autoris, quæ cun Ammiano edidit Valesius. Gerberti Episcopi Epigramm in statuam Boëthii ab Ottone III. positam lib. 2. Poëmatio rum veterum à Pithœo collectorum p. 55.

(p) Uxor qvoqve *Elpis* Boëthium in exilium comitata est ut constat ex ejus Epitaphio, qvod affert Gyraldus Dial. 5. de Poëtis, ubi illam literarum & Poëtices laude celebratam fuis se ostendit ex duobus ejus qvi exstant hymnis in Apostolo non vulgari stylo. qvorum unus incipit: *Aurea luce*, Alte
vert

vitam produxisset, petens solatium à Philoso-phia & literis, A. C. 524. jussu ejusdem Theodorici est interfectus. Vir utraqve lingva doctissimus, versuum qvos composuit svavissima gravitate paucis comparandus & in omni Philosophiæ genere excellens.

VI. Exstant ejus

De Consolatione Philosophiæ libri V. (q) elegantissimi, soluta partim oratione, partim versibus r) scripti. Hos *Anglosaxonice* qvondam liberi-

Ss 3 ore

ero: *Felix per omnes.* Ceterum in carcere Boëthius libros e consolatione scripsisse traditur, velut aliis qvoqve contiit eruditis, carcere pro Museo uti, cujus rei exempla habes Vignolii Marvillii T. 1. Misc. litterar. p. 185. seq. & in Ais eruditor. 1693. p. 365. Qvid vero in mentem venit H. Gla:ano, ut præf. ad Boëthii opera suspicaretur consolationem on ipsius Boëthii esse. *Atqvi si qværas*, inquit in præf. Opeibus Boëthii præmissa ad Fuggerum, *qvem auctorem ejus eris putem, haud facile dixerim, conjectura tamen haud exica colligimus fuisse aliqvem non indoctum, aut aliquos potius ctos qvi in gratiam optimi Viri, hujusmodi lamentationem stiterint velut funebre solatium injuste cæso. Nam Boëium haud qvaqvam tam stupidum fuisse putandum est, cum carcere detineretur, ut tyrannica injuria meminisse tam nportune voluerit.*

(q) In Ælfridi Regis versione non in qvinqve libros sed ıpita 42. hoc opusculum distinguitur, ut distinctio in libros ortasse non sit ab ipso Boëthio. Confer Goldastum ad Paræeticos veteres.

(r) In Metris Boëthius fere semper imitatus & exprimit enecæ Tragœdias, ut Sitzmannus in Epistola ad Putschium :stetur nullum vere esse versum in Boëthio qvi non è Seneca esumtus videatur. Gaddio qvidem judice T. 1. de scriptobus non Ecclesiasticis p. 206. unumqvemqve Platonis Dia-

lo-

ore paraphrasi transtulerat Ælfridius Rex, qv obiit A. Christi 906. Prodiit illa translatio è Francisci Junii apographo cura Christophor Rawlinson, Collegii Reginæ Socii. Oxon. 1698 4. *Græce* vertit Planudes, ex cujus interpretatione nonnulla profert Lambecius lib. 7. commentar. de Bibl. Vindobonensi p. 145. seq. *Hebraicam* versionem R. Samuelis Ben *Banscba* (בנשת *Bonastum* vocat Bartoloccius T. 1. Bib Rabbinic. p. 503. in Vaticana MStam haberi te status) memorat Hottingerus Bibl. Orienta p. 28. Omitto *Italicas* interpretationes Thom Tamburini, Panorm. 1657. 12. & Benedic Varchi, elaboratam jussu Cosmi I. magni He truriæ Ducis, Florent. 1551. 4. & 1584. 12. cu notis marginalibus Roberti Titii. *Anglicam* (Mich. Walpolus, *Germanicas*, *Belgicasqve* & *Gal cas*, sive editas illas, sive ineditam Jo. Clopine li, cujus specimen exstat in Verderii Bibl. Ga lica p. 676. & *Hispanicas* Antonii de Genebrad Alberti de Agrayo, & Augustini Lopesii, q notas addidit, Pinciæ 1598. fol. & 1604. *Petri Alliaco* MSS. commentariorum in hos libr meminit Jo. Launojus Tom. 2. Histor. Acader

N

logum seorsim superat, etsi omnibus ejus dialogis conju ctim sumtis debet concedere. Qvod ridiculum mihi videt Gaddii judicium.

(s) Elisabetham qvoqve Angliæ Reginam hos Boëthii consolatione Philos libros Anglice vertisse testatur Voss in dedicatione Aristarchi, & ante Vossium Cambdenus. Æm lati Boëthium sunt Bernhardus Sylvester de planctu anim & Alanus de Insulis de uniuersitate Mundi.

Navarr. p. 479. Prodiit hoc opusculum Boëthii cum *Jodoci Badii* Ascensii notis Paris. 1502. 4. cum commentario *Thomæ* (t) Aquinatis Lovan. 1487. fol. Lugd. 1514. 4. & inter Doctoris Angelici opera, T. 18. Venetæ & Antwerp. editionis. Cum commentariis *Jo. Murmelii* & *Rudolphi Agricolæ*, Daventr. 4. & inter alia Boëthii opera Basil. 1536. 1570. f. Præterea è recensione *Theodori Pulmanni*, Antw. 1562. 1580. 12. & cum animadversionibus *Jo. Bernartii*, Antw. 1607. 8. & eodem anno eademqve forma, Hanoviæ cum observationibus eximiis *Theodrri Sitzmanni*, & Pulmanni libro de metris Boëthianis. Porro ex *P. Bertii* recensione, præmissa prolixa de Boëthio ejusqve scriptis præfatione, Lugd. Bat. 1633. 24. Eadem præfatio præfixa legitur editioni cum notis Sitzmanni, & variorum, vulgatæ ibid. 1671. 8. Deniqve in usum Delphini illustravit *Pttrus Callyus* Paris. 1680. 4. *Renatus* qvoqve *Vallinus* elegantem librorum de consol. Philosophiæ editionem cum eruditis notis in lucem misit Lugd. Bat. 1656. 8.

VII. Ab eodem illis subjecta sunt similiter illustrata hæcce sacra Boëthii opuscula:

1. *Qvod Trinitas sit unus DEus & non tres Dii*, ad Q. Aurelium Memmium Symmachum, socerum. Hunc libellum non minus qvam Conso-

(t) Rectius Thomæ Anglico tribuitur hic commentarius. Vide Renati Vallini notas p. 60. Nicolai Traves Anglici Ord. Prædicator. glossulas memorat Labbeus Bibl. MSS. p. 276. Confer. Veteres glossas editas à Barthio L. VI. 10. Adversar.

ſolationem dicitur Boëthius in carcere conſcripſiſſe. Commentarius qvi in hunc librum exſtat ſub *Bedæ* nomine, Tomo VIII. Operum Bedæ p. 925. ſeq. Gilberti fortaſſe Porretani eſt, ut ſuſpicabatur Vasqveſius. Bedæ ſuppoſitum eſſe notat W. E. Tenzelius ὁ μακαρίτης diſſ. de Symbolo Athanaſii p. 68. ſeq. Et alius eſt *Porretani* in hunc librum commentarius qvem in Boëthii operibus Baſileenſes ediderunt.

2. *Qvod Pater, Filius & Spiritus S. de Divinitate non ſubſtantialiter prædicentur*, liber ad Joannem Diaconum Romanum.

3. *An omne qvod eſt, bonum ſit, cum non ſint ſubſtantialia bona*. Hic liber cum duobus præcedentibus & illo de duabus Naturis, exſtat in editionibus Baſileenſibus operum Boëthii, adjunctos habens *Gilberti Porretani* Epiſcopi Pictavienſis (A. C. 1154 denati) commentarios. Inſcribuntur autem *libri qvatuor de Trinitate*. Videnda etiam Angeli Rocchæ Epiſcopi Tagaſtenſis Apologia contra Laurentium Vallam pro Boëthio, de perſonis divinis, Venet. 1576. edita cum ejusdem obſervationibus in ſex libros elegantiarum ejusdem Laurentii.

4. *Fidei confeſſio ſive brevis inſtitutio Religionis Chriſtianæ*. Hanc primus Vallinus in lucem protulit.

5. *Adverſus Eutychen & Neſtorium de duabus naturis & una perſona CHriſti liber* ad Joannem Eccleſiæ Romanæ Diaconum. Repetita horum omnium hactenus memoratorum Boëthii ſcripto

ptorum editio cum Vallini & ad libros de consolatione, Variorum notis, præmissaqve præfatione Bertii. *Lugd. Bat.* 1671. 8.

VIII. Exstant præterea Boëthii *de unitate & uno* libellus, & *de Arithmetica libri II.* ad Patricium Symmachum, è Nicomacho Geraseno maxime expressi. Libri primi capita in aliis editionibus 27. in aliis sunt 32. Similiter liber secundus in 41. aliis in 54. capitula distingvitur. Videtur eos emendasse olim Adalgadus, ut colligas è Lupi Ferrariensis Epistola 8. Ex ejusdem Epistola qvinta videbis eum libris Boëthii in capitula distinctis usum fuisse. Separatim excusi sunt cum Commentario *Girardi Rufi*, Paris. apud Simonem Colineum 1521. fol. Hæc editio à viro docto Frid. Lindenbrogio cum MS. collata, exstat in hac urbe Hamburgensi inter libros Musicos Scholæ S. Joannis. Boëthii Arithmeticæ speculativæ compendium concinnatum à Jacobo Fabro, prodiit Paris. 1553. 8.

3. *De Musica* sive *Institutionis Musicæ* (ut auctor ipse V. 6. vocat) *libri qvinqve*, ex mente Archytæ & aliorum Pythagoricorum, tum Ptolemæi etiam, qvem secutus Boëthius Aristoxenum subinde reprehendit. Castigavit hos libros Henricus Glareanus. Libri qvarti caput tertium cum Variis Lectionibus Codicis Seldeniani recensuit Marcus Meibomius V. C. T. 2. antiqvæ Musicæ auctorum, ante Isagogen Alypii. Ephororum vero Lacedæmoniorum προβȣ́λευμα qvod Græce, sed valde corruptum

exstat lib. 1. cap. 1. illustrarunt multi, ut dixi Bibl. Græcæ libro 3. c. 11. p.290.

3. *In Geometria libri II.* ad eundem Patricium, qvem Geometrarum exercitatissimum vocat & utrarumqve litterarum peritissimum. Hos libros recensuit Nic. Judecus, Venetus.

4. *In Porphyrii Phœnicis Isagogen de prædicabilibus à Victorino translatam Dialogi II.*

5. *In eandem a se latine versam* expositio secunda, *libri totidem.* Perperam qvinqve numerantur in editionibus Basileensibus, in qvibus liber primus in tres, secundus in duos est divisus. At in editione Parisiensi An. 1511. liber primus clauditur his verbis: *qvibus absolutis modum voluminis terminabo, ut secundi area libri differentiæ reservetur.*

6. *In Categorias Aristotelis libri itidem duo,* non qvatuor ut in editt. Basileensibus, qvi posteriorem librum perperam in tres discerpsere.

7. *In librum Aristotelis de interpretatione, minorum commentariorum libri II. Majorum* sive secundæ editionis *libri VI.*

8. *Analyticorum Aristotelis* priorum & posteriorum *Boëthio interprete* libri IV.

9. *Introductio ad Categoricos Syllogismos.*

10. *De Syllogismo Categorico libri II. de Hypothetico totidem.* Ad Symmachum.

11. *De divisione liber & liber de definitione* qvi duo separatim editi à Sim. Colineo Paris. 1540. 8.

12.

12. *Topicorum Aristotelis, Boëthio interprete, libri VIII.*

13. *Elenchorum Sophisticorum ex ejusdem interpretatione libri II.* Laudant Boëthii Scripta Logica Caſſiodorus, Alanus p. 36. anti Claudiani &c.

14. *In Topica Ciceronis libri VI.* ad Patricium Rhetorem. Seorſim vulgati Lugd. 1536. 4. Meminit Lupus Ferrarienſis Epiſt. 16.

15. *De differentiis topicis* ſive localibus *libri IV.* ſeorſim excuſi à Sim. Colineo Pariſ. 1541. 8. & curante *Jo. Wegelino* Auguſtæ Vindel. 1604. 8. in qva editione tres priores qvidem cum incerti auctoris non tam metaphraſi qvam ſcholiis Græcis illuſtrati exhibentur, qvartus latine tantum ad MSS. membranas caſtigatus occurrit. Ejusdem ſive Metaphraſeos ſive commentarii Græci in codice 604. Regis Galliæ obvii meminit Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 279. & 114. Iidem qvatuor libri latine cum aliis Boëthii ſcriptis ad Logicam diſciplinam ſpectantibus (præter illa in Ciceronem) prodiere Venet. 1559. fol. & apud Henricum Stephanum avum Pariſ. 1510. 1511. fol. recenſente Jacobo Fabro Stapulenſi. Edita ſunt junctim Boëthii opera Venet. 1491. 1499. fol. & curante Henr. Glareano, præfixa vita Boëthii à Julio Martiano Rota ſcripta Baſil. 1546. & 1570. fol. Indicem ſcriptorum à Boëthio allegatorum dare mememinil. 3. Bibliothecæ Græcæ capite undecimo.

IX. *Libellum de diſciplina Scholarium* Boëthio minus recte tribui, communis hodie doctorum

rum ſententia eſt, licet ſub Boëthii nomine laudatur à Vincentio Bellovacenſi lib. 1. ſpeculi doctrinalis capite 30. Falluntur eqvidem qvi cum Buleo in Hiſt. Academiæ Pariſienſis illum tribuunt *Joanni Scoto* Erigenæ, cui Chryſoſtomi nomen tribuerunt ſuæ ætatis homines: vel qvi cum Labbeo putant eſſe fœtum *Dionyſii Carthuſiani.* Nam diverſum longe opus eſt qvod eodem titulo ſcripſit Dionyſius, qvi ducentis annis junior fuit Vincentio. Aliis ut Lælio Biſciolæ T. 2. hor. ſubceſiv. lib. IX. c. 2. veriſimiliori conjectura refertur ad *Petrum Bleſenſem* vel *Hugonem Eterianum.* Sed Jacobus Thomaſius ὁ μακαρίτης programmate XXV. ex editione Colonienſi A. 1509. docet auctorem verum eſſe *Thomam Brabantinum* ſive *Cantipratanum*, qvi clarus circa A. C. 1250. libellum ſuum modeſtiæ & majoris auctoritatis cauſa Boëthio adſcripſit.

X. Plura alia Boëthii ſcripta periiſſe dolendum eſt, de qvibus fuſe Bertius. Certe omnes diſciplinas latine expoſitis Græcorum auctoribus optimis mirifice illuſtraverat vir ille maximus & eruditiſſimus, ut vel ex Caſſiodoro (u) conſtat ejus ſummo admiratore, de qvo jam eſt deinceps dicendum. CA-

(u) Caſſiodorus lib. 1. Variar. Epiſt. 45. ad Boëthium: *Translationibus tuis Pythagoras Muſicus, Ptolemæus Aſtronomus leguntur Italis. Nicolaus* (leg. Nicomachus) *Arithmeticus, Geometricus Euclides audiuntur Auſoniis. Plato Theologus, Ariſtoteles Logicus Qvirinali voce diſceptant; Mechanicum etiam Archimedem latialem Siculis reddidiſti, & qvascunqve diſciplinas vel artes fœcunda Græcia per ſingulos viros edidit, te uno auctore patrio ſermone Roma ſuſcepit.*

CAPUT XVI.
DE CASSIODORO SENATORE.

Cassiodori ætas. 1. Var. Epistolarum libri 2. Historia tripartita. 3. Chronicon. 4. Computus Paschalis 5. Commentarius in Psalmos. 6 Institutiones divinæ. 7. De septem disciplinis. 8. De Orthographia. 9. De ratione animæ. 10. Commentarius in Donatum de partibus Orationis. 11. Supposita. 12. Deperdita Cassiodori scripta. 13.

I. MAGNUS AURELIUS CASSIODORUS SENATOR, (a) Scriptor Christianus, è Romana Senatorum familia in Brutiis natus: ab Athanasio Kirchero p. 217. libri de turre Babel male refertur ad tertium à nato Christo seculum, cum medio seculo sexto floruerit, variisqve honoribus auctus sit à Regibus Gothorum Theodorico, Athalarico, Amalasventha, Theodahado & Vitige. Consul A.C. 513.

Deniqve rerum aulicarum turbarumqve civilium pertæsus, Vivariense monasterium in extrema Calabriæ parte condidit, inqve illo qvod supererat ætatis (centum fere propemodum annos implevit) pio & erudito otio transegit.

II. *Exstant ejus Variarum Epistolarum* (b) *libri XII.* qvorum qvinq; priores, Epistolas & edicta Regis Theodorici nomine scripta continent, in sexto

(a) *Non officio sed nomine Senator.* Colomes. pag. 207. Opusc. Alios hujus nominis vide in Glandorpii Onomastico Romano p. 783.

(b) Merito opus hoc laudat Christophorus Colerus c. 30. parergon juris, ubi qvædam ejus loca à se emendata exhibet.

ſexto & ſeptimo occurrunt formulæ (c) dignitatum & Magiſtratuum in Rep. Romana: Octavus, nonus ac decimus complectitur reſcripta & edicta eorum qvi Theodorico ſucceſſerunt, Athalarici, Amalaſvinthæ, Theobaldi & Vitigis. Undecimus deniqve ac duodecimus reſcripta præfecti prætorio, ipſius nempe Caſſiodori exhibet. Primus A. 1529. 8. *Jo. Cochleus* (d) vulgavit antiqva regum Italiæ Gothicæ gentis reſcripta ex XII. libris Epiſtolarum Caſſiodori ad Eutharicum, Romæ qvondam à ſe excerpta & in 13. titulos digeſta. In qvorum præfatione ad Henricum VII. Angliæ Regem ait ſe Cochleus XII. libros Epiſtolarum Caſſiodori laborioſe deſcriptos & in unum volumen collectos Romæ reliqviſſe, ut cum exemplari, qvod in Vaticani ſecretiore Bibl. adſervatur integrum conferret, atqve ederet, cum nullum ex vetuſtis exemplaribus qvæ ſibi obtigiſſe ait, omni ex parte plenum atqve ſalvum eſſet. Qveritur autem per militarem urbis Romæ direptionem ex eo labore nihil ſibi modo eſſe reliqvi præter iſta non magnæ molis excerpta. Itaqve optat libros Caſſiodori integros ipſos ab alio edi, in cujus manus ea fortaſſe ſint perventura, qvod illi pulchri velut ſpeculi inſtar ſint non male ordina-

(c) Libri VI. Epiſt. 19. ſive formulam comitis Archiatrorum ſeorſim edidit ac libro commentario illuſtravit Vir doctiſſimus Jo. Heinricus Meibomius Helmſt. 1668. 4.

(e) Confer & eundem Cochleum in vita Regis Theodorici, qvam cum additamentis & annotationibus in lucem edidit V. C. Joannes Peringskiöld, Holmiæ 1699. 4.

dinatæ Reip. variarumqve antiqvitatum. Paucis deinde annis interjectis à *Mariangelo Accursio* in lucem dati sunt Augustæ Vindelicor. 1533. sæpius postea excusi cum aliis Cassiodori scriptis, (seorsim Lugd. 1595. 8) cum notis *Gvil. Fornerii* cumqve notis *Petri Brossei* Genev. A. 1609. 4. & in Bibliotheca Patrum Lugd. A. 1672. Tomo undecimo. *Jo. Garetius* præter proprias notas, *Claudii* qvoqve *Grularti* & *Francisci Jureti* hactenus ineditas castigationes & observationes in sua Cassiodori editione adtexuit. Bonaventuræ Vulcanii editio, qvi Cassiodori Epistolas emendaturum & illustraturum se recepit præf. ad Origines Isidori, non vidit lucem.

III. *Historia Ecclesiastica tripartita* ex tribus Græcis scriptoribus, Sozomeno, Socrate ac Theodorito, per *Epiphanium Scholasticum* Cassiodori jussu latine translatis collectæ libri XII. à temporibus Constantini M. usqve ad Theodosium juniorem. De his libris præter cæteros bene promeritus *B. Rhenanus*, qvi diligenter recensitos & emendatos cum Eusebii & Rufini historia vulgavit Basil. 1523. fol. recusos ibidem 1528. 1533. 1568. Francof. 1588. &c. Gallice qvoqve *Ludovico Cyaneo* interprete prodierunt Paris. 1568. fol. apud Ægidium Gourbinum. Porro tripartitam istam hodie non valde curamus, cum scriptores ipsi ex qvibus Cassiodorus hæc digessit, integri exstent, luculentis etiam commentariis ab Henr. Valesio illustrati: Præcipue qvia Epiphanium Scholasticum interpretis offi-

cio

cio non optime functum esse, ac lingvam utramqve ex æqvo ignorasse, plerorumqve post Rhenanum est judicium. Etsi me non fugit causam Epiphanii agi à *Jo. Garetio*, qvi Epiphanium barbari qvidem at fidelis interpretis munus obiisse, Valesiumqve in versione pariter ac observationibus, qvibus Socratem, Sozomenum ac Theodoritum illustravit, eo cum fructu usum esse observat præf. ad Rotomagensem operum Cassiodori editionem, in cujus priore tomo Historiam illam tripartitam exhibet, qveriturqve Rhenanum in interpolandis Epiphanii Gothicis Barbarismis nimium passim sibi indulsisse. Idem Garetius librorum capitumqve numeros in Socrate ac reliqvis duobus, apposuit singulis capitibus Historiæ tripartitæ.

IV. *Chronicon breve* jubente Rege Theodorico scriptum atqve ipsi dicatum, ab orbe condito ad annum CHristi 519. à præcipuo argumento dictum vulgo Chronicon consulare, ex Eusebio, Prospero, Hieronymo, Victore consutum admodum negligenter, nisi cum Baronio, Bucherio, Jureto, Fratre Dionysio Sammarthano (e) Monacho Benedictino congregationis S. Mauri & eodem Garetio plerasqve hallucinationes & parachronismos in librarios rejicere velis. Confer Barthium p. 2381. seqq. Adversar.

(e) Hic est qvi novissime post. Jo. Garetium Cassiodori vitam fuse & erudite descripsit Gallico idiomate, libri qvatuor, qvorum postremo agit de ejus scriptis Prodii Paris. & Amstelod. 1695. 12.

ar. Primus commentario illustravit Joannes Cuspinianus, (f) (etsi Phil. Labbeus à Cochleo primum vulgatum esse affirmet) qvi id dicavit Thomæ Moro, sæpissime deinde prodiit, non modo inter opera Cassiodori, sed & in corpore scriptorum Latinorum Hist. Romanæ: in tomo primo scriptorum ejusd. argumenti castigatorum à Frid. Sylburgio: in antiqva Historia Dionysii Gothofredi &c. illustratum etiam in fastis Onuphrii, Pighii, Andreæ Schotti: Deniqve partem posteriorem hujus Chronici, qvæ à Julio Cæsare incipit, in antiqvitate Ecclesiæ illustrata Tomo I. recensuit Emanuel à Schelstrate Bibliothecarius Vaticanus (paulo post defunctus) Romæ 1692. fol. Seorsim qvoqve Cassiodori Chronicon editum esse narrat Gvil. Caveus cum commentariis Cuspiniani Basil. 1552. Heidelb. 1588. Lugd. Bat. 1632. 8.

V. *Computus Paschalis* sive de indictionibus, Cyclis Solis & Lunæ, Epactis, tempore Paschatis celebrandi &c. adinveniendis brevia præcepta, qvæ à Jos. Scaligero, Ægid. Bucherio, Dionysio Petavio & aliis Chronologis fusius illustrantur.

VI. *Commentarius in Psalmos Davidis* ex Augustino præcipue, tum ex Hilario, Ambrosio & Hieronymo collectis, ut ipse innuit cap. 4. divin. lect. lucem adspexit seorsim Basil. 1491. 4.

Tt &

(f) Obiit mense Aprili Anno 1519. Viennæ Austriæ. Ejus commentarius in Cassiodori Chron. una cum aliis Cuspiniani scriptis recusus Francof. 1601. fol.

& Parif. 1529. fol. tum noviffime in T. 2. editionis operum Rothomagenfis emendatus (g) ope qvatuor codicum MSS. Erafmus lib. 25. Epift 21. de hoc commentario agens, *Caffiodorus*, inqvit, *maluit omnia fcribere qvomodocunqve, qvam pauca exacté.* Garetius in præfat. ait, fe citationes ex verfione LXX. interpretum, qva fola hic fcriptor ufus eft, ad formam editionis vulgatæ reduxiffe, qvod non ita eft intelligendum, ac fi loco verborum ex verfione fecundum LXX. Interpretes verba vulgatæ repofuiffet, cui enim cordato id facinus probaret? fed qvod locis à Caffiodoro adductis in margine appofuerit capita & verfus vulgatæ, ubi eadem fententia legitur.

VII. *Inftitutionum ad divinas lectiones* liber, indicant qvo ordine qvaqve ratione libri facri legendi fint & qvinam Ecclefiæ doctores in iis interpretandis fint inprimis cum laude verfati vel qvorum præterea librorum lectione monachi teneri debeant. Prodiit feorfim Jac. Pamelio curante, qvi Catalogum commentatorum veterum felectorum in univerfos & fingulos libros Biblicos fubjecit, Parif. 1575. Antvverp. 1566. 8. Ex hoc opere inprimis eruditio, pietas & follicitudo Caffiodori apparet, un-di

(g) Jo. Marcianæus prolegom. 3. in Bibliothecam divinam S. Hieronymi: *Difplicuit inveniffe apud Garetium tot veterum librariorum errores, qvos utique caftigare potuiffet ftudio facrarum litterarum mediocriter eruditus, atqve lectionibus Hieronymianis plufculum exercitatus.* Confer Richardi Simonis Epiftolas Criticas p. 89. & 91.

e multus in illius laude est Jo. Mabillonius libro Gallice scripto, de studiis Monasticis. Etiam in Critica sacra exercitatissimum hoc se scripto ostendere, judicium est Richardi Simonis lib. 3. Historiæ Criticæ N. T. c. 10.

VIII. *De septem disciplinis* sive de arte Grammatica, (h) de Rhetorica, de Dialectica & qvatuor partibus Mathematicis, Arithmetica, Geometria, Musica & Astronomia. Garetius primus his libris præfationem restituit, qvæ inter Alcuini opera, post tractatum de virtutibus & vitiis legebatur. Idem hoc opus longe auctius & emendatius dedit ope MSS. codd. Compendium de qvatuor Mathematicis disciplinis prodiit Paris. 1540. 4.

IX. *Liber de Orthographia*, de qvo vide qvæ dixi infra libro IV. c. 7. ubi Grammaticos Putschii recenseo, p. 793.

X. *De ratione animæ liber* à Cassiodoro scriptus antеqvam Monasticen professus esset, separatim editus Paris. 1500. & cum libris variarum epistolarum, Augustæ Vindel. 1533. in Garetii editione emendatus & Francisci Jureti castigationibus ac notis illustratus occurrit.

(h) Grammaticæ institutionis major pars extrema intercidit: qvod vero exstat, editum est etiam à *Jo. Sichardo* una cum Consentio & in antiqvis Grammaticis Putschii. De Rhetorica in vulgatis inscribitur: *Rhetoricæ compendium ex Magno Aurelio Cassiodoro Senatore Viro clarissimo*. Tale etiam prodiit inter antiqvos Rhetores Francisci Pithœi. At Garetius primus ex MSS. genuinum ipsius Cassiodori de Rhetorica scriptum in lucem protulit.

XI. *Commentarius in Donatum* ſive *de Oratione & partibus orationis* primum editus à Garetio.

Joannis vero Harduini ſententiam qvi Caſſiodori ſcripta omnia, exceptis Epiſtolarum libris, tractatu de anima & commentario in Pſalmos à Gallo qvodam ſuppoſita arbitratur refellit Lud. Elias du Pin in præfatione ad Bibliothecam ſcriptorum Eccleſiaſticorum Sæculi ſexti.

XII. *Suppoſita* Caſſiodori ſunt *Expoſitio in Cantica Canticorum*, cujus Epitome occurrit inter ſcripta Iſidori Hiſpalenſis. Edita eſt Friburgi 1538. fol. & in editione operum Caſſiodori Garetiana.

Liber de Schematibus & tropis, locisqve qvibus dat. Rhetoricis S. Scripturæ è commentariis Caſſiodori in Pſalmos excerptus, fortaſſe à Beda, inter cujus opera T. 1. legitur.

Liber de Amicitia Chriſtiana, qvem Petri Bleſenſis eſſe conſtat, inter cujus opera aliqvoties prodiit. Separatim editus & illuſtratus eſt ſub Caſſiodori nomine Roſtoch. 1667. 8. à Jo. Bernardo Zinzerlingio, Juſti F. ut didici ex poëmatis D. G. Morhofii τȣ̃ μακαρίτȣ p. 702.

Sanctorum Paphnutii & Spiridonis aliorumqve qvorundam vitæ ab Aloyſio Lipomanno T. 1. legendarii ſui ſub Caſſiodori nomine editæ. His adde librum de Eccleſiaſticis officiis, ſententias Cypriano, & Scintillarium Scripturarum, qvæ Caſſiodoro in MSS. perperam tribui notat Garetius. *Liber de Trinitate*, qvem Petrus de Na-

tali

...libus Caſſiodoro adſcribere non dubitat, & ...*bri ſexdecim de re ruſtica*, qvos Geſnerus in ...ibl. ait reperiri in Bibl. Monaſterii S. Michae... s de monte, cum & in numero librorum & in ...ctore qvem Columellam (i) eſſe certum eſt ...raverit. Non minus falli videtur Baronius ...i Caſſiodorum *in Parabolas* ſive *proverbia* Salo... onis commentarium ediḋiſſe contendit T. 7. ...nnal.

XIII. Inter *Deperdita* Caſſiodori ſcripta, qvo...um ipſe præf. Variarum & libri de Ortogra...ia meminit, ſunt etiam *breves explanationes in* ...*a Apoſtolorum*, pro editis falſo habitæ à Gvil. ...rovæo p. 259. Elenchi ſcriptorum in Sa...am Scripturam. Tum *libri XII. de rebus geſtis* ...*thorum*, cujus operis brevis Epitome *à Jornan-* ... concinnata cum Caſſiodori operibus edi ſolet, ... qva mox plura dicturus ſum. Præſtantiſſima ...nnium operum Caſſiodori & unica editio ...t, cujus hactenus ſæpius meminimus *Joannis* ...*retii* Monachi Benedictini, congregationis ...Mauri, cura digeſta & emendata, inqve duos ...ſtincta tomos Rothomagi 1679. fol. Prædi...t ſe Garetius adjutum opera Nicolai Nurriti ... præter alia, quæ in hac edit. præſtitit, à no...s jam ſuo loco laudata, Epiſtolis ſingulis no...n argumenta præfixit, intelligens qvam ſæpe ...epta & aliena eſſent qvæ in ſuperioribus edi...onibus præmittuntur.

(i) Vide qvæ dixi ſupra lib. 2. c 7.

CAPUT XVII.
DE JORNANDE.

Jornandis ætas & liber de rebus Geticis, 2. Ejus editiones & Hug. Grotii Gothicorum recensio, 2. Liber Jornandi de Origine mundi, 3.

I. JORNANDES sive ut à Sigeberto, Geographo Ravennate & Honorio Scholastico (a dicitur, JORDANES gente Gothus, & notariu Regis Alanorum, postea CHRISTI nomen professus, & Gothorum deniqve Episcopus Ravennæ agens scripsit Anno (b) CHRISTI 552,

Librum de rebus Geticis sive historiam Gothorum à Gentis origine usqve ad Vitigem Regen à Bellisario superatum, contractam ex oper dodecabiblo Cassiodori (c) de origine actuqv Getarum, cui tamen nonnulla convenienti e

(a) Honorii Scholastici versiculi ad Jordanem Ravenne sem Episcopum præceptorem suum exstant in Mabillonii nalectis T. 1. p. 364.

(b) Hoc Vossius p. 241. de Hist. latin. probat ex eo qv Jornandes cap. 19. edit. Vulcanii (edit. Lindebrog. p. 100 de pestilenti morbo agens, qvi A.C. 543. grassatus est, addi *ut nos ante hos novem annos experti sumus.* Qvi hoc arg mentum infringere vellet, diceret, Cassiodori verbis usi Jornandem, neqve ex hoc loco aliud constare, qvam Cassi dorum libros suos illo anno, non autem Jornandem sua Epitomen scripsisse.

(c) Jornandes præf. ad Castalium: *relicto opusculo q intra manus habeo, id est breviatione Chronicorum suades, nostris verbis duodecim Senatoris volumina de origine actu Getarum ab olim usqve nunc per generationes Regesqve desc dente in unum & hoc parvo libello coarctarem.*

x historiis Græcis & Latinis addidisse se ait & apite 4. laudat Ablabium Gothorum descritorem egregium. Dicavit hunc librum Jorandes Castalio, (d) qvem fratrem charissinum vocat.

II. Prodiit Augustæ Vindelicorum cum Pau- Warnefridi libris VI. de gestis Longobardoum A. 1515. fol. apud Joannem Miller. Deide cum altero mox memorando volumine, lus vice simplici; Sæpius etiam inter Cassioori opera. Ex MS. Pithœi vero emendatus à ivil. Fornerio in editione Cassiodori Paris. 588. qvam deinde aliæ sunt insecutæ. Ex ecognitione Bonav. Vulcanii cum aliis ejusem argumenti castigatus & distinctus in caita LX. Lugd. Batav. 1618. 8. Vulcanii editioem exhibuit etiam Elzevirius Typographus n Historia Gothorum, Vandalorum & Lonobardorum ab Hugone Grotio partim versa artim in ordinem digesta & post summi illius iri obitum edita Amst. 1655. 8. in qva colleione, ut id obiter adjiciam, post Grotii proleomena de Regum Gothorum in Hispania oriine, Chronologia & elogiis exhibetur ejusem latina versio Vandalicorum & Gothicoum Procopii, pluribus locis ex libris MSS. mendatorum, tum eorum qvæ ex ejusdem

(d) In Gesneri & Simleri Bibl. legas: *Jordanus -- in libris ecensis nominatur Jornandes Castalio.* Ac si Castalio esset ominativus, & Jornandis cognomen. Sed est Dativus, & omen ejus cui Jornandes librum inscripsit.


Procopii arcana Hiſtoria ad res Vandalicas & Gothicas pertinent. Ex Agathiæ hiſtoria, qvæ de Gothis occurrunt, ubi deſinit Procopius, Grotio interprete. Nomina appellativa & verba Gothica, Vandalica, Longobardica, qvæ in hoc volumine reperiuntur, una cum explicatione. Hinc poſt Jornandis, de qvo agimus librum, *Iſidori* Archi-Ep. Hiſpalenſis Gothorum, Vandalorum & Svecorum in Hiſpania Chronicon, altera parte auctius ex Bibl. Iſ. Voſſii, & deniqve *Pauli Warnefridi Longobardi filii*, Diaconi Forojulienſis de geſtis Longobardorum libri ſex, in qvibus iſta Grotiana rerum Gothicarum Sylloge deſinit.

III. Exſtat & alius Jornandis (e) *liber de Origine mundi & Actibus Romanorum, ceterarumqv. gentium*, ſive *de Regnorum ac temporum ſucceſſion* ab origine rerum ad ſuam usqve ætatem a *Vigilium*, qvem nobiliſſimum & magnificum fratrem appellat. Hunc librum Trithemius al argumento potiore *de geſtis Romanorum* inſcribit, uti Trogus Pompejus hiſtorias ſuas in qvibus ſimiliter aliarum gentium præter Macedonum Hiſtoriam attigit, Philippicarum nomine inſcripſit. Prodiit cum ſuperiore Jornandis de rebus Geticis libro primum in lucem editus à *Beato Rhenano*, una cum Procop & Agathiæ libris, aliisqve Baſil. 1531. fo

Oc

(e) Hunc reſpicit cum Jordanem ſapientiſſimum Coſmographum laudat auctor Geographus Ravennas lib. 1. p. 1 & alibi.

Occurrit qvoqve in Historiæ Augustæ Scriptoribus latinis minoribus à Jano Grutero collectis & castigatis Hanov. 1611. fol. Utrumqve librum etiam recensuit & observationibus illustravit Frid. Lindenbrogius Hamb. 1611. 4. qvi diversarum gentium Historiæ antiqvæ scriptores tres in lucem prodire jussit, qvorum primus est hic ipse *Jornandes*, alter *Isidori Hispalensis* de Gothis & Wandalis ac Svèvis & Chronicon Wisigothorum, postremus *Paulus Warnefridi filius* cujus libros VI. de gestis Longobardorum, Gruterus qvoqve dicto opere inseruit & castigavit. Deniqve hic Jornandis liber de Regnorum ac temporum successione, in qvo Flori Historiam aliosqve præterito nomine gnaviter exscribit, occurrit etiam in corpore Historiæ Romanæ scriptorum latinorum veterum, Genev. 1609. & 1652. fol. Tomo secundo, & in Historiæ Romanæ scriptoribus, à Friderico Sylburgio collectis Francofurti 1588. fol.



LIBER IV.

De Fragmentis, variisqve Collectionibus veterum Scriptorum Latinorum.

CAPUT XIV.

De ENNII, LUCILII & aliorum veterum Poetarum fragmentis & collectionibus.

Fragmenta Ennii. 1. *Lucilii.* 2. *Veterum Poëtarum Latinorum à Rob. & Henrico Stephanis collecta* 3. *Tragicorum.* 4. *Comicorum.* 5. *Epigrammata & Poëmatia vetera à P. Pithœo collecta.* 6. 7. *Catonis disticha* 8. *Fragmenta Poëmatica & Epigrammata vetera à Clariss. Almeloovenio & aliis collecta.* 9. *Petronii appendix.* 10. *Corpus Poëtarum latinorum.* 11.

I. Q. ENNII, patria Rudii (a) è Calabria, Poetæ eximii qvanqvam temporum vitio admodum hirsuti, sed qvem eruditio, ut cum Catone loqvar, in maximum decus atqve in excellentissimam claritudinem sublimavit. Scipioni Africano perdilectus, cujus

Hare-

(a) Patriam Ennii pleriqve viri docti habent Rudiam prope Tarentum, de qva Christophorus Cellarius ὁ μακαρίτης T. I. notitiæ Orbis p. 901. At Dominicus de Angelis in diss. Italice edita de patria Ennii Rom. 1701. 8. Rudiæ hoc tribuit alteri, qvæ duobus Aletio milliaribus distat.

Hærebat doctus lateri, castrisqve solebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

)biit septuagesimo ætatis anno. Urbis DLXXXV. 'ragmenta ejus dispersa, in unum velut corpus edigere in animo habuit Lud. Vives ad c. 21. ibri 2. Augustini de Civitate Dei. Susceptus ic labor postea à Stephanis duobus non infeli- iter, & qvod ad *Tragœdias* attinet à Martino)elrione & Petro Scriverio. Ex *XVIII. Annalium ibris* (b) Hexametro carmine historiam Roma- iam olim complexis, aliisqve Ennii scriptis (c)]væ reperire potuit majore studio collegit, di- ;essit, commentarioqve pererudito illustravit *lieron. Columna* politissimi vir ingenii & Nobi- isRomanus, ad Joannem filium, Neapoli 1590. . Hunc secutus *Paulus Merula* Ennianorum *Innalium* fragmenta & ipse diligentissime col- egit, cumqve suis animadversionibus vulga- itLugd.Bat.1595.4. Columnæ editionem qvæ arissima fuerat nitide recudi curavit typogra- hus insignis H. Wetstenius Amst. 1707. 4. re-

(b) Annales Ennii in libros dispescuit Qvintus Vargon- ejus, ut colligas è Svetonio c. 2. de Grammaticis.

(c) Cetera scripta Ennii sunt: Phagetica, Epigrammata, icipio, Epicharmus, Asotus & aliæ Satiræ, Protrepticus & 'ræcepta. Tum *Tragœdie* Achilles, Ajax, Alcestis, Alcmæon, Alexander, Andromache, Andromeda, Athamas, Cresphon- tes, Cressæ, Dulorestes, Erechtheus, Eumenides, Hectoris lu- stra (λύτρα) Hecuba, Iliona sive Polydorus, Iphigenia, Me- dea, Melanippe, Nemea, Phœnix, Telamon, Telephus, Thye- stes, *Comœdia* vero: Amphitraso, Ambracia, Pancratialtes. Deniqve Evemerus sive sacra Historia Evemeri, soluto ser- mone conversa.

recensente V.C. Francisco Hesselio qvi eruditorum Virorum emendationes undiqve conqvisitas, & ad tragœdiarū fragmenta notas Vossii, Delrionisqve opinationes, & deniqve fragmenta Annalium è Merulæ collectione (omissis ejus animadversionibus) adjunxit. Illam Merulæ collectionem Italice vertit Bernardus Philippinus, inter cujus opuscula Romæ A. 1659. 8. edita habentur etiam Ennii versus qvos imitatus est Virgilius, collati cum Maronis versibus à p. 724 - 757. Fallitur autem Campanella qvi pag. 189. de libris propriis ait fragmenta Ennii fraudem subolere. Ennium passim laudat Cicero, & Vitruvio IX. 3. judice *qvicunqve litterarum jucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non suis pectoribus dedicatum habere sicuti Deorum, sic & Ennii Poëtæ simulacrum.* Fuit & alter Ennius junior, qvi de litteris syllabisqve, item de metris & de augurandi disciplina scripsit. Sveton. c. 1. de Grammaticis.

II. C. LUCILII Suessani (d) Auruncani Eqvitis Romani, qvi magnus avunculus Magno Pompejo fuit, fragmenta ex *Libris XXX. Satyrarum, Epodis, Hymnis, Serrano & Numularia* comœdia, post Stephanos (e) diligentius collecta digesta, scholiisqve illustrata à *Francisco Dousa*, Jani filio, cujus centones qvidam Luciliani sunt

(d) Ausonius ad Tetradium Satirarum scriptorem, Epist. 15. *Rudes Camœnas qvi Suissæ pravenis, avoqve cedis non stylo.*

(e) Lucilii fragmenta qvædam è Stephanorum collectione subjuncta sunt Horatio Danielis Heinsii.

unt adjecti, Lugd. Bat. 1597. 4. Non pauca Luciliana emendant atqve illustrant Janus Gvielmius lib. 2. Verisimilium c. 1. 2. 7. 9. 10. Janus Rutgersius Venusinar. lectionum c. 15. & ustus Rycqvius in Centuria nova Epistolarum Epistola sexta ad Ludovicum Saregum. Lovan. 615. 8. Fragmenta Lucilii collegit & *Josephus* *sæus*, Romæ, ut me docuit Paulus Colomesius d Gyraldi Dialogum IV. de Poëtis p. 193. Utrum *vitam Scipionis Africani majoris* scripserit Lucilius, disqvirentem vide Bælium in Lexico, vi recte notat poëtæ hujus fragmenta post Dousæ industriam etiamnum indigere, ut ab lio qvodam viro docto plus lucis accipiant. ibrum de vita & scriptis Livii Andronici, Næii p. 8. Ennii p. 14. Cæcilii Statii p. 31. Pacuvii . 36. Attii p. 41. Attilii p 46. Lucilii p. 48. Afranii p. 56. & M. Porcii Catonis p. 59 - 110 edit Caspar Sagittarius ὁ μακαρίτης. Altenburg. 672. 8.

III. FRAGMENTA VETERUM POETAUM Latinorum, *Accii*, *Valer. Æditui*, *Alphei viti*, *Albini*, *Afranii*, *Petronii Arbitri*, *Bassi*, *M. Fui Bibaculi*, *C. Licinii Calvi*, *Cæcilii Statii*, *Q. Catuli*, *Helvii Cinnæ*, *Ennii*, *Furii*, *A. Galli*, *Corn. Galli*, *Gelici*, *Decimi Laberii*, (f) *Laureæ Tullii*, *Porcii Licii*, *Livii Andronici*, *Lucilii*, *Æmilii Macri*, *Domitii larsi*, *Cn. Matii*, *Nævii*, *Pacuvii*, *C. Pedonis Albinoani*, *L. Pomponii*, *Septimii*, *Publii Syri*, *A. Sereni*, *orn. Severi*, *Svevii sive Succii*, *C. Ticidæ*, *Titinii*, *Tra-*

(f) De Laberio vide, si placet Clarissimi Bælii Lexicon.

Trabeæ, *Turpilii*, *T.Valgii*, (g) *Varii*, *M. Varonis*, *Varronis Attacini*. Hæc à *Rob.Stephano* & *Henrico* filio collecta digestaqve prodierunt Parif. 1564. 8.

IV. Fragmenta VETERUM TRAGICORUM Latinorum post Stephanorum & *Martini Delrionis* (h) industriam diligentius collecta à *Petro Scriverio* cum præmiſſis auctorum, qvi Tragicos laudant, testimoniis, & subjectis castigationibus, notisqve uberioribus *Gerb. Jo. Voſſii* Lugd. Bat. 1620. 8.

1. Occurrunt in hac collectione fragmenta ex *Livii Andronici* (i) Achille, Adone, Ægistho, Ajace, Andromeda, Antiopa, Centauris, Eqvo Trojano, Helena, Hermiona, Inone, Laodamia sive Protesilaodamia, Tereo, Teucro laudato, & qvæ non addito Tragœdiæ nomine allegantur.

2. Ex *Q. Ennii* Achille, Achille Aristarchi Ajace, Alcmæone, Alexandro f. Alexandra, Andromacha, Andromacha Molotto, Andromeda, Athamante, Cresphonte, Duloreste, Erechtheo, Eumenidibus, Hectoris Lytris, Hecuba Ilio-

(g) T.Valgii Rufi fragmenta collegit Brukhusius in exqvisitis suis ad Propertium notis p. 376 seq.

(h) In parte prima Syntagmatis tragœdiæ latinæ, cujus alteram partem Senecæ tragœdiæ constituunt Antw. 1594. 4 Parif. 1507. 1620. 4. Vossii notæ in fragmenta Tragicorum recusæ sunt inter magni illius viri Opera Tomo qvarto.

(i) Ex Odyssea & Comœdiis Livii nihil hoc in opere affertur. Idem puta de Scriptis cæterorum Tragicorum qvæ non sunt Tragœdiæ. De Livio hoc operæ pretium est consuler alterum T. Livium VII, 2. Hist.

Iliona, Iphigenia, Medea exſule, Medo, Menalippa ſ. Menalippo & Menalippa, Nemea, Phœnice, Scipione, Telamone, Telepho, Thyeſte, & incertis ejusdem Ennii Tragœdiis.

3. Ex *Cn. Nævii* (k) Ægiſtho, Alceſtide, Danaë, Duloreſte, Eqvo Trojano, Hectore, Heſiona, Iphigenia, Lycurgo, Phœniſſis, Proteſilaodamia & incertis.

4. Ex *M. Pacuvii* Anchiſe, Antiopa, Armorum judicio, Atalanta, Chryſe, Duloreſte, Hermiona, Iliona, Medo, Medea, Niptris ſive Niptra, Paulo, Peribœa, Phinidis, Pſeudone, Tantalo, Teucro, Thyeſte & incertis.

5. Ex *L. Attii* ſive *Accii* Achille, Ægiſtho, Æneadis ſive Decio, Agamemnonidis, Alceſtide, Alcmæone, Alpheſibœa, Amphitruone, Andromacha, Andromeda, Antenoridis, Antigona, Argonautis ſive Medea, Armorum judicio, Aſtyanacte, Athamante, Atreo, Artomedia, Bacchis, Bruto, Chryſippo, Clytemneſtra, Decio, ſeu Æneadis, Deiphobo, Diomede, Duloreſte, Epigonis, Epinauſimache, Erigona, Eriphyla, Euryſace, Phinidis, Hecuba, Helenibus, Ilona, Medea exule ſeu Argonautis, Meleagro, Menalippe ſeu Menalippo, Minotauro, Myrmidonibus, Neoptolemo, Niptris, Nyctegreſia ſeu Nyctegerſia, Oenomao, Paride, Pelopidis, Perſidis, Philoctete, Phinidis, Phœniſſis, Prometheo, Staſiaſtis ſive Tropæo, Telepho, Tereo,

(k) Nævius obiit Anno U. C. 550. licet Varro vitam ejus longius produxerat. Vide Ciceronem in Bruto c. 15.

reo, Trachiniis, Thebaide, Troadibus & tra
gœdiis incertis.

6. *Versus Tragici, interprete* (l) *M. Tullio Ciceron*
Fragmenta Ilii ex Tragœdia Theutrante, *C. Gra*
nii (Graji vel Gracchi) ex Peliadibus, *Memori*
vel Memmii ex Hercule, *C. Julii C. Strabon*
ex Adrasto, *Sempronii Gracchi* ex Atalanta &
Thyeste, *Q. Lutatii Catuli* ex Alcmæone, *Var*
ex Thyeste, (m) *C. Cilnii Mæcenatis* ex Octavia &
incerta Tragœdia, *Ovidii Nasonis* ex Medea, *Pom*
ponii Secundi (n) ex armorum judicio, Atreo, &
Tragœdiis incertis, *Rutilii Gemini* ex Astyanact

7. Deniqve leguntur fragmenta incertorur
tragicorum, & pars Tragœdiæ Medeæ qvar
Virgilianis versibus expressit *Osidius Geta*, siv
Ovidius potius, ut supra lib. 1. c. 15. p. 273. annc
tavi.

Non omittenda, quæ p. 185. occurrunt *Att*
Tragico, Trabeaqve Comico afficta à M. Antoni
Mureto, & pro genuinis habita à Jos. Scaliger
ad Varronem de re rustica p. 212. edit. (o) A. 157
Ni

(l) Eosdem exhibet & cum Græcis superstitibus confe
H. Stephanus in Lexico Ciceroniano de qvo libro dixi sup
in Cicerone.

(m) Confer Rutgersii Venusinas lectiones c. 3.

(u) Terentianus Maurus: *In tragicis junxere choris hu*
sæpe diserti Annæus Seneca & Pomponius ante Secundus.

(o) In recentioribus editt. Scaliger omisit, fraudem ve
ultus est hoc epigramma:

Qvi rigida flammas evaserat ante Tolosa
Rumetus, fumos vendidit ille mihi.

Muretus illum locum expresserat è Græco Philemon
apud Plutarchum consolat. ad Apollon. & Stobæum in flo
le

Nic. Serrario pag. 326. notat. ad Epist. 99. Bonifacii Archiep. Moguntini, Conr. Rittershusio pag. 296. 297. ad Oppianum, Augusto Buchnero in Thesaur. Basil. Fabri voce *Præfica*, & D. Frid. Rappolto pag. 2219. Opp. Theolog. pro genuinis. Similem fraudem à Mureto alibi commissam, notat Lipsius ad Senecæ Epist. 58. ubi de versu sub Afranii nomine adducto, (p) *Gaudebit sapiens, lætabuntur cæteri:* dubitat an ipse ejus autor sit Muretus. Is. Vossius ad Catullum pag. 46. versui qvem sub Pacuvii nomine in testimonium idem Muretus citaverat: *pro imperio satisubsulus vestro excubet;* Hæc subjicit: *Mera hæc est impostura, cum iste versiculus nusqvam alibi extet, nec Pacuvium sed Muretum habeat auctorem. Mirum fraudem hanc non detectam fuisse a Scaligero, cui merito suspecta esse debuerant merces sub qvocunqve demum titulo è tam dolosa prodeuntes officina, utpote qvi adulterinis hujus viri Versibus deceptum se fuisse optime nosset. Sed profecto tanti fuit*

[illegible], serm. 108. pag. 447. edit. Grotii. Vide Jac. Thomasii [illegible]am ad Mureti poëmata p. 50. edit. Lips. Colomesii cime[lia] litterar. c. 19. Baudii amores p. 466. seq. Bælii Lexicon [illegible]t. 2. in *Trabea*, & Ægid. Menagium cap. 83. Anti Bailleti [illegible] cap. 118. & 153. ejusd. operis gloriatur se similiter epi[gr]amma Hetruscum supposuisse Tasso, qvod Costartus alii[que] peritissimi cæteroqvi talium judices, non dubitarunt [ess]e illius Principis Poëtarum Italorum. Adde Miscellanea [ej]usdem Menagii Hetrusco sermone edita p. 85. Similis fucus [Jan]o Dousæ filio factus ab Hieronymo Groslotio Lysleo no[ta]tur in Baudii amoribus p. 463.

(p) Afranius apud Nonium in *cupido: Amabit sapiens, cupiunt cæteri.*

apud Scaligerum ponderis Mureti facundia, ut bi qvoqve ab eo passus sit se decipi.

V. COMICI VETERES Latini hi fere sunt *Sutrius, Succius, Fabius Dossennus, Afranius, Atta, Titinius, Livius, Aqvilius, Acuticus, Juventius,* (q) *Nævius* (r) *Cæcilius Statius, Plautus, Licinius, Terentius, L. Pomponius, Turpilius, Trabea, Luscius, Ennius.* Vid Janum Rutgersium lib. IV. var. lect. c. 19. Plerorumqve horum fragmenta collecta sunt ab utroqve Stephano in volumine cujus jam fec mentionem. Præter qvod idem Henricus Stephanus minore forma una cum Sententiis Comicorum Græcorum vulgavit Sententias selectas Latinorum, *Afranii, Cæcilii, Nævii, Plauti Pomponii, Sexti, Turpilii & Terentii,* adjectis, qvos in certas classes digessit, *Publii Syri* mimis, Paris 1569. Ab Aldo qvoqve Manutio, Pauli filio Comœdia *Philodoxios* vulgata est Ascanio Persio dicata, paucis foliis constans nec digesta in versus, qvam *Lepidi* Comici veteris esse & ex antiqvitate eruisse se ait Lucæ 1583. 8. At enim falsus fuit Manutius, qvi lusum Leonis Baptistæ Alberti non dubitavit Comico antiqvo tribuere.

VI. EPIGRAMMATA VETERA qvorum pleraqve nunc primum ex antiqvis codd. & lapidibus, alia sparsim ante hac errantia, jam un

decum

(q) De hoc præter Rutgersium IV. 19. Var. Lect. viri docti Gellium XVIII. 12.

(r) In qvibusdam Codd. Novius, ut apud Tertullianu c. 4. de pallio, *inter fullones Novianos coronandus.*

decunqve collecta, emendatius vulgata, distinctaqve in libros IV. qvorum 1. ad Sacra & mores spectantia, 2. Elogia 3. Epitaphia & tumulos, 4. Miscellanea & omissa complectitur. Paris. 1590. 12. & Genev. ac Lugd. 1596. 8. ex Bibliotheca & cum emendationibus *P. Pithœi.* Nomina auctorum, qvæ Epigrammatis in ista collectione (dubia non raro fide) præfiguntur, hæc sunt: *Ablavii Cos. Albii Tibulli, Alcimi (Alcinoi) Asclepiadii, A. Septimii Sereni, Asmenii, Avieni, Basilii, Callimachi, C. A. Romuli, C. Cæcilii Plinii Secundi, Cœlii Firmiani Symposii, C. Cassii* (s) *Parmensis, C. Cilnii Mæcenatis, C. Helvii Cinnæ, Citerii Sidonii Syracusani, C. Julii Cæsaris, C. Licinii Calvi, C. Nævii, Cornelii Celsi, Cornelii Severi, C. Silonis, C. Sulpicii Apollinaris* (t) *Carthaginiensis, D. Laberii Mimi, Epicteti, Domni Evantii* (u) *sive Eugenii, Eucheriæ Poëtriæ, Euphorbii, Euriali Moranii, Eusebii, Eusthenii, Focæ Grammatici, Furii Bibaculi, Gerberti, Germani-*

(s) Sub Cassii nomine Poëmation, qvod *Orpheus* inscribitur, primus edidit Achilles Statius ad Svetonium de Claris Rhetoribus cap. ult. Sed eruditis suspicio est Achillem ipsum id effinxisse, tametsi in Brutiis repertos & à Sertorio Qvadrimano sibi communicatos affirmat. Cum Nathanis Chytræi commentariolo occurrit ad calcem Galatei qvem Italice scripsit Joannes Casa & Chytræus latine edidit Francof. 1575. 8. Idem poëmation cum Græca Matthiæ Berlii Metaphrasi Rittershusius inseruit suis ad Phædri librum tertium notis.

(t) De hoc Bælius in Lexico T. 1.

(u) Hujus versus de ambiguis sive hybridis animalibus solent etiam edi in calce Petronii cum Q. Ciceronis de mulierum lenitate & Pentadii de vita beata.

maniciCæsaris,Hadriani Imperatoris, (x) *Hilasii, Ju liani, Julii Flori, L. Annæi Senecæ, Apuleji, Laure. Tullii, C. Lucilii, M. Annæi Lucani, Maximiniani, Juli Modesti, M. Pacuvii, M. Terentii Afri, M. Tulli Cice ronis, M. Valerii Martialis, Palladii, Pentadii Pom pejani, Porphyrii Poëtæ, Porcii Licinii, P. Ovidii Na sonis, P. Syri mimi, P. Virgilii Maronis, Pulicis, Pup pii Poëtæ, Q. Aurelii Symmachi, Q. Catuli, Q. Enni Regilani, Rufi Festi Avieni, Sex. Aurelii Propertii, Su picia, Sulpicii Luperci Servasti junioris. Tullii Marc Valeriani. Val. Catonis Grammatici, Varronis Terent & Atacini, Vitalis mimi, Volcatii Sedigiti, Vomani sin Vovianii.*

VII. POEMATIA VETERA cum Ep grammatibus istis ab eodem Pithœo co lecta & emendata (y) hæc sunt: Q. En

(x) Hadriani Imp. Epigramma in eqvum Borysthene integrius & emendatius exhibet magnus Gassendus in vi Peirescii ad A. 1629. Epitaphium Sorani Ducis è Gerardi Go denhaurii Noviomagi historia Batavica affert Hieron. Wo fius ad Historica Svidæ latinè à se reddita p. 33.

Ille ego Pannoniis qvondam notissimus oris
Inter mille viros primus fortesqve Batavos
Hadriano potui qvi judice vasta profundi
Æqvora Danubii cunctis tranare sub armis
Emissumqve arcu dum pendet aëre telum
Ac redit, ex alia fixi fregiqve sagitta.
Qvem neqve Romanus potuit neq; barbarus unqvam
Non jaculo miles, non arcu vincere Parthus.
Hic situs, hic memori saxo mea facta sacravi.
Viderit anne aliqvis post me mea facta seqvatur,
Exemplo mihi sum, primus qvi talia feci.

(y) Qvibus præfixus est asteriscus, habeantur in append

c

iii (z) *Phagesiorum fragmentum* p. 215. ubi ex Scaligeri emendatione inscribitur *Hedypathetico-rum*, in aliis *Hedesphageticorum*. Jo. Pricæus ad Apuleji Apologiam p. 103. titulum illius Poëmatis Enniani putat fuisse Ἡδυφαγικὰ vel Ἰχθυφαγικὰ, cui adsentitur Colomesius ad Gyraldi Dialogum IV. de Poëtis, licet ibi excusum est *Phagetica*, qvemadmodum hic titulus scribitur apud Hieron. Columnam in Ennii fragmentis.

. *Laberii Mimi Prologus* * p. 225.

P. Virgilii Maronis Culex ad Octavium.

Ejusdem Ciris.

Elegia ad Valerium Messalam.

Cornelii Severi Ætna.

Incerti Moretum. Fortasse A. Septimii Sereni (Severi) uti ante Barthium, Weitziumqve conjicit Jos. Scaliger. Cum Scholiis variorum passim collectis prodiit Paris. 1542. 8. Aliud eadem inscriptione Idyllium *Svevii* sive *Succii* Poëma memorat Macrobius lib. 2. c. 14. Saturnal.

Uu 3 * *Vale-*

Virgilii, notis illustrata à Jos. Scaligero & Frid. Lindenbrogio. Qvibus vero subjectus asteriscus est, occurrunt in eadem appendice, inter catalecta veterum Poëtarum, hactenus adscriptas paginas editionis Lugd. Bat. 1595. 8. Ad. ..., qvæ de hac appendice dixi supra lib. I. in Virgilio.

(z) *Phagesia* vocat etiam Vossius IV. 32. Idololatr. De festo hujus nominis vide Meursium in Græcia feriata. Parrhasius vero Epist. 65. titulum Enniani poematii contendebat esse *Hedypathian*, nam & Archestrati Geloi ἡδυπάθειαν ...egat Athenæus. Salmasio etiam Ennius visus est scripsisse ἡδυπαθητικά. At If. Casaubono ad Apulejum ἐδεσμαφαγικά.

* *Valerii Catonis diræ*, etiam à Marco Zuerio Box-hornio sed admodum juvene cum notis edita inter Satiricos veteres minores, qvo nomin ipsi venit, præter hasce diras & Sulpitiæ *Poëtri* Eclogam *de edicto Domitiani*, *Epistola de lite* qvan post Henr. Stephanum (a) & Casp. Barthiun Poëtæ veteris esse credidit, cum auctorem ha-beat Mich. Hospitalium celebrem illum Fran-ciæ Cancellarium, A.C. 1573. exstinctum, inte cujus Epistolas idem carmen sæpius prodiit.

* *C. Pedonis Albinovani Eqvitis Rom. Elegia de mor Drusi Neronis, ad Liviam Augustam.*

* *Ejusd. in obitum C. Cilnii Mæcenatis duæ elegiæ.*

* *Eju.*

(a) H. Stephanus Epistoliis, Dialogis brevibus, Or-tiunculis & Poëmatiis Græcis latinisqve ex penu varioru utriusqve lingvæ Scriptorum collectis subjecit Satiram qvam elegantissimam, hactenusqve ineditam vocat, qvæ i scribitur *Lis*. Prodiit ille Stephani liber A. 1577. 8. Hi eandem tanqvam non contemnendum antiqvitatis mon-mentum Adversariis suis inseruit Caspar Barthius lib. 7. ca 17. & cap. 18. notis illustravit. Boxhornii Satirici min-res lucem adspexerunt Lugd. Bat. 1633. 12. novennio p Barthii adversaria. Etiam A. 1653. eundem errorem erra Jo. Pricæus p. 54. ad Apologiam Apuleji: Boxhornius vero hoc lapsu monitus à Jo. Frid. Gronovio, ita ad eum rescrip A. 1634. p. 41. Epist. *Gaudeo indicium à te mihi factum fu qvem Stephanus vir cetera candidissimus & doctissimus er ditis omnibus fecit. Qvanqvam ut libere scribam qvod sent magis credo Hospitalium satiram illam hic aut ibi à se reperta edidisse, qvam ipsummet composuisse, præsertim cum sciam eruditis nonnullis* (Barthium respicit, cujus veteres membr næ non raro sunt libri impressi & vulgares) *in membran lectam fuisse.* Mihi qvidem nullum est dubium, qvin sati illa Hospitalium, integerrimum non minus qvam summ ingenii virum habeat auctorem.

Ejusdem Pedonis de navigatione Drusi Germanici fragmentum.

2. *Ciceronis de XII. signis Zodiaci,* * p. 245.

'. *Ovidii Nasonis Halieuticon fragmentum.* Sæpius etiam editum cum reliqvis Ovidii scriptis.

ratii Cynegeticon de qvo supra lib. 1. c. 16.

M. Annæi Lucani Catalecton de laude Calpurnii Pisonis.

'. *Julii Solini Polyhistoris Pooticon fragmentum* * .246. Qvod in suis qvoqve ad Solinum Pro-egomenis ex MS. Regio vetustiss. emendatum xhibuit Claudius Salmasius, uti supra suo loco .415. dictum à nobis fuit.

ulpiciæ Poetriæ Satira sive Ecloga de edicto Do-itiano qvo Philosophos urbe exegit * p. 247. Iæc cum Pithœi notis etiam subjecta Juvena-i, qvem cum Veterum Scholiis Variorumqve otis edidit Corn. Schrevelius; & à Mich. Ha-rianide cum Jani Doufæ patris commentario xhibita ad calcem Petronii Arbitri, ut infini-as alias editiones jam omittam. Ceterum fue-unt, qvi hanc Eclogam perperam dicerent sse Juvenalis vel Ausonii. Vide Barthium lib. 9. c. 16. Adversariorum. Janum Brukhusium ad 'ibullum p. 384. & 402. atqve ante hos Jul. Cæs. Scaligerum in Hypercritico.

2. *Sereni Sammonici de Medicina carmen.*

1. *Aurelii Olympii Nemesiani* (b) *Carthaginiensis Poëtæ Cynegeticon.*

(b) De Sereno, Nemesiano & Calpurnio dictum est supra 19 loco, lib. 3. cap. 5.

Ejusdem Nemesiani Ecloga Bucolica IV.
T. Calpurnii Siculi ad Nemesianum Bucolica Ecloga VII.

P. Optatiani (c) *Porphyrii ad Constantinum Imp.* & *hujus ad Porphyrium Epistola*, cum laboriosissimo ejusdem *ad Constantinum panegyrico*, versibus scripto, qvos difficilibus nugis per me lector accenseat. Idem Carmen à Pithœo hic primum luci donatum, cum Marci Velseri notis & Christiani Daumii Spicilegio, Velseri operibus subjicitur à Christophoro Arnoldo. Norimbergæ 1682. fol. In aram vero Pythiam hujus Porphyrii exstat Encyclopædia sive commentarius Fortunii Liceti, Genuensis. Patav. 1630. 4.

Phœnix Elegia incerti auctoris, carmen, Erasmo (d) judice, non inconcinnum per Musas, neqve fastidiendum, qvod Firmiano Lactantio tribuunt Xystus Betulejus, Aubertus Miræus, & qvi notis atqve emendationibus illustravit Nic. Heinsius. Petrus Lambecius Tom. 2. Commentariorũ de Bibl. Vindobonensi p. 788. variæ lectiones ex MS. Cæsario edidit, suspicaturqve eam à Lactantio juvene, adhuc à CHRISTI sacris alieno fuisse compositam. Ethnici hominis esse videtur etiam Jacobo Thomasio τῷ μακαρίτῃ libro de Stoica Mundi exustione pag. 106

(c) Longe diversus hic Porphyrius à Porphyrio Philosopho & hoste Christiani nominis. Hinc Baronium qvi eos confundit, castigat Jos. Scaliger ad Eusebium p. 250. & Lucas Holstenius c. 4. de vita & scriptis Porphyrii. Porro Baronius ipse hunc errorem suum retractat ad A. C. 325.

(d) In Proverbio, *Phœnice rarior.*

106. & Michaëli Thomasio ad Lactantium. *Venantio Fortunato* adscribere maluerunt Casp. Barthius, Sam. Bochartus & alii: at Jacobus Sirmondus notis ad Theodulfum p. 302. *Theodulfo Aurelianensi.* Mihi verisimillima videtur Petri Lambecii Opinio.

Marcelli viri illustris ex Magistro officiorum Theodosii Sen. Aug. in librum Marcelli de Medicina carmen. Subjici solet libro jam dicto Marcelli Empirici.

Rufi Festi Avieni descriptio orbis terræ, ex Dionysio Periegete expressa latinis versibus Hexametris..

Ejusdem Avieni oræ maritimæ descriptio. Jambis.

Avieni ad Theodosium (Macrobium fortasse, ut supra lib. 3. c. 11. notavi) *Æsopicæ Fabulæ XLII.* scripta Hexametris & Pentametris versibus.

Licentii (e) *ad Augustinum præceptorem carmen qvo eum ad edendos de Musica libros hortatur.* Occurrit in Epistola Augustini XL. qvæ vigesima sexta est in T. 2. novæ edit. qvam Parisiis cura-

 vit

(e) Hunc Licentium loqventem inducit S. Augustinus libris de Ordine, & Christianum fuisse docet lib 1. cap. 8. poëticæqve admirabiliter deditum lib. 1. c. 2. & 3. qvi Pyrami & Thisbes & alios hujusmodi amores carmine cantasset c. 5. & 8. Academicæ defensor Philosophiæ c. 4. De eodem lib. 2. contra Academicos c. 3. *qvam totam fabulam, nam subito Æsopus factus sum, Licentius tibi* (alloqvitur Romanianum Licentii parentem) *carmine svavius indicabit, poëta est enim pene perfectus.* Cap. 4. ait Augustinus, tractatione librorum Virgilii qvos Licentio interpretatus fuerat, illum ita fuisse inflammatum in poëticum studium, ut reprimendus aliqvantum videretur. Adde lib. 3. c. 1. & 4.

vit Thomas Blampinus aliiqve Benedictini congregat. S. Mauri. Porro falluntur Gyraldus, Vossius, Borrichius, Bailletus, Brietius qvi Hipponensem fuisse affirmant Licentium, cum fuerit Tagastius civis Augustini. Plura de hoc vide sis apud elegantiss. & doctissimum senem Ægid. Menagium c. 98. Anti-Bailleti.

Rutilii Claudii Numantiani Galli V. C. P. P. ad Venerium Rufum itineraria duo. De his supra suo loco lib. 3. c. 13.

Prisciani periegesis, ex Dionysio Alexandrino versibus Hexametris latinis expressa.

De ponderibus & mensuris libellus Hexametro itidem carmine, cum Celso & Sereno Sammonico sæpius editus, qvem nonnulli *Renio Favino*, alii *Q. Rhemnio Fannio Palæmoni* plures *Prisciano tribuunt* Recusus cum *Eliæ Vineti* notis Parisiis 1565. 8. & T. XI. thesauri Antiqvitatum Romanarum Græviani p. 1693. seq. Cum notis vero *Rob. Constantini* exstat ad calcem Celsi ac Sereni, Lugd 1566. 8.

Incerti auctoris de defectu lunæ, sive de astronomia fragmentum, qvod incipit: *Tu forte in luco lætus vaga carmina gignis.* Subjicitur in MSS. Astrologiæ Isidori, & *Fulgentium* auctorem præfert titulus ex conjectura minus verisimili *Varronis* forsan *Attacini* esse conjiciebat Petrus Pithœus & Petrus Danielis apud Turnebum XIX. 3. Adversar. Sed vide, qvæ contra disputat Salmasius p. 1131. ad Solinum edit. Paris.

Cali

Cælii Firmiani Symposii ænigmata centum. Eadem ænigmata Nic. Caussinus Horis Apollinis Hieroglyphicis subjecit: sed & una cum Josephi Castalionis notis Phædro Jo. Meursii & variorum ænigmatum (f) veterum Græcorum latinorumqve collectione juncta prodiere Antwerp. 1610. 8. Meminit Symposii Sigebertus Gemblacensis, loqvens de Aldhelmo Scoto. Aldhelmi (*) ænigmata à Pithœo omissa ægre fert Barthius LVIII. 1. Adversar.

Elegia Cornelii Galli nomine in Italia ab Aldo Manutio Pauli F. vulgata, qvæ incipit: *Non fuit Arsacidum &c.* nec genuina Pithœo videtur.

Ejusdem Galli Epigrammata tria.

Maximiani Etrusci Poëtæ Elegiæ VI. falso ejusdem Cornelii Galli nomine sæpius editæ, uti dictum est supra p. 33.

Incerti Scriptoris versus in laudem Solis. Incipiunt: *Dum mundum natura potens terramqe dicaret.*

Pasiphaes fabula (g) metris omnis generis eorum, qvæ apud Horatium reperiuntur, ab antiqvo poëta composita. *Seve-*

(f) Veterum ænigmatum, scriptorum, griphorum, logogriphorum varia exempla collegit Athanasius Kircherus T. 2. Oedipi Ægypt. parte 1. p 27. seq. Vide etiam, si lubet, qvæ de ænigmatis præclare Vossius lib. 4. Instit. Orator. c. 11. Themate 3.

(*) Ænigmatum Aldhelmi versus mille, una cum aliis poëmatis vulgavit Martinus Delrio Mogunt. 1601. 8. recusa T. 13. Bibliothecæ Patrum edit. Lugdunens. p. 27. seq.

(g) Hoc Poëmation primus edidit Cruqvius. *Rufini V. C.* nomen tanqvam auctoris illi præfigitur in edit. Petronii, qvam curatam habemus à Goldasto.

Severi Rhetoris carmen Bucolicum genere Choriambico, *de mortibus boum.* Ex Codice Eliæ Vineti à Petro Pithœo primum cum Vet. Galliæ Theologorum opuſculis vulgatum eſt Pariſ. 1586. 4. ab eo tempore inſertum Bibliothecis Patrum ſub inſcriptione *Severi Sancti Rhetoris & Poëtæ Chriſtiani.* Etiam à Jo. Weitzio notis illuſtratum Francof. 1612. 8. Neqve vero auctor eſt *Cæcilius Severus, vel Severus Sulpitius*, ſed *Severus Sanctus Endelechius* Aqvitanicus, Paulini familiaris, de qvo plura vide apud Chriſtian. Daumium in Epiſtolis ad Reineſium p. 23. 24.

Veſpæ (h) *Judicium Coci & piſtoris* de primatu inter ſe contendentium, *judice Vulcano.* Incipit: *Terrenæ varias cunctæ qvæ traditis artes.*

Agmen Poëmatum à Pithœo collectorum claudit:

Domitii Marſi in Cicuta, de Bavio curatore Octaſtichon.

Deniqve poſt caſtigationes notasqve ſuas Pithœus ſubjunxit prætermiſſa qvædam è Beda & aliis.

VIII. DIONYSII CATONIS (i) *Diſticha de moribus ad filium, in qvatuor libros* diſtincta, *qvibus par-*

(h) Veſpam verſificatorem non illepidum laudat Barthius lib. 51. Adverſar. c. 7. & 10. & 13. ubi loca qvædam illius illuſtrat.

(i) Alii horum diſtichorum auctorem faciunt neſcio qvem

Oo 3

parvulos olim initari solitos testatur Jo. Sarisberiensis lib. 7. Policratici c. 9. *ut virtutis instructio & usus teneris ebibitus animis non facile aboleretur.* Laudat etiam Isidorus in glossis, voce *officiperla.* Qva ætate scripta sint, tam est incertum qvam constat elegantia, utilia & Valentiniani Imp. temporibus antiqviora esse, inferiora autem ætate Lucani Poëtæ. Jam enim laudantur à Vindiciano Medico in Epistola ad Valentinianum Imp. Vicissim in limine libri secundi horum distichorum legendus commendatur præter Virgilium. Macrum & Nasonem etiam Lucanus. Hinc Catoni (k) vel Censorio vel Uticensi nemo nisi temere adscripserit, nam qvod à Gellio lib. XI. c. 2. laudatur *M. Catonis Carmen de moribus*, ab illis distichis plane fuit diversum, ut ex iis, qvæ inde adducit idem Gellius, apparet. Neqve validis argumentis nituntur, qvi *Senecæ* adscribunt. *Ausonii* (l) autem esse neqveunt, cum Ethnicus (m) ista scripserit,

Octavianum, Tulliumve ad fidem Christianam conversum, vel Joannem Clothomium, qvorum nominum haud magna apud me est auctoritas. Vide Jo. Saubertum libro de sacrificiis c. 1. Casp. Sagittarium in vita Catonis p. 106. seq.

(k) Vignol. Marvillius T. 1. Misc. Historico litterar. p. 56.

(l) Ausonio tribuunt Jo Baptista Pius & in præf. ad Euripidem Guil. Canterus. Sub Ausonii nomine prodierunt etiam Rostoch. 1572. 8.

(m) Qvi Christiani esse Scriptoris arbitrantur, (ut Bonifacius XV, 8. Hist. ludicræ) eos toto errare cælo vere pronun-

pſerit, Auſonius vero CHriſti ſacris fuerit initiatus. Fortaſſis veritati proxima Gerh. Jo. Voſſi conjectura eſt, *Catonis* nomen diſtichis præfixum eſſe ab argumento qvod tractant, non ab auctore, cujus non minus nomen, qvam ætas nos fugiat. Confer Aug. Buchnerum part. 3 Orat. 5. & 6. Editio (n) horum diſtichorum qvæ Eraſmus pridem ſcholiis illuſtravit, & vehementer commendat D. Lutherus (o) noſter præſtantiſſima eſt qvam cum Græcis Metaphraſibus Maximi Planudis, Joſephi Scaligeri Matthæi Zuberi (p) & Jo. Mylii, Germani c

nunciavit Joſ. Scaliger in Lect. Auſonianis & Gerh. Voſſii notis ad Vellejum Paterculum, qvorum iſte animadverſione etiam in Catonis Diſticha promiſit. Argumentum autem qvo Boxhornius in Qvæſt. XIV. Romana p. 78. illa Scriptori Chriſtiano vindicare contendit, qvod nempe cæde victimarum ſacra facere DEO vetant, nimis lubicrum eſt, cum idem Pythagoricis qvoqve & innumeris aliis viſum fuerit Ethnicis. At homo Chriſtianus non ſcripſiſſet: *Thure DEUM placa*, Et *Stultitia eſt, morte alterius ſperare ſalutem.*

(n) Editionem Auguſtanam A. 1485. Argentinenſem A. 1487. cum commentar. Roberti de Evromodio, Norimbergenſem A. 1494. Venetam 1495. & Lugdunenſem cum moraliſatione Philippi à Pergamo A. 1497. memorat Beughemius in incunabilis typographiæ.

(o) D. Lutherus Colloq. menſal. c. 37.

(p) Hæc Græca Zuberi Metaphraſis exſtat qvoqve in editione Hanovienſi An. 1619. 8. in qva præterea adjuncta ſunt diſticha itidem moralia perqvam elegantia Michaëlis Verini Minoricenſis Hiſpani, abſtinentiſſimi juvenis qvæ lucem viderant Moguntiæ An. 1536. 8. Lugd. 1547. &c. Vide de hoc Verino Voſſium lib. 2. de arte Grammatica c. ult. & Colomeſium Bibl. ſelecta p. 164.

:a (q) vero Martini Opitii, curis ſecundis adornavit Chriſtianus Daumius, qvi Opitii etiam notis ſuas addidit, plurimorumqve veterum c recentiorum teſtimonia de hoc opuſculo ræfixit, Cygneæ 1672. 8. Idem *Daumius incerti Veteris Poetæ Monoſticha* à Pithœo in lib. I. Epigrammatum veterum vulgata, & diſticha ſelectiora *ex Salutari* medii barbariæ ævi Poëmate, & *Columbani* Abbatis Luxovienſis *carmina* ex Golaſti editione ſubjecit cum ſuis notis. Inter illa Columbani (qvæ Sirmondus etiam Eugenio Toletano ſubjunxit, & Patricius Flamingus Ord. Minor. Lovanii vulgavit) p. 230 edit. Daumii Monoſticha occurrunt qvæ Aldhelmo qvibusdam, ab aliis rectius tribuuntur *Alcuino Flacco.* Præterea ut id in tranſcurſu moneam, Jacobus Uſſerius in Epiſtolis Hibernicis Pariſ. 1666. 4. pag. 4. ſeq. edidit *Epiſtolam ejusdem Columbani & Carmen Rhythmicum* qvod incipit: *Mundus iſte tranſit & qvotidie decreſcit.* Vide & J. Mabillonium T. 1. Muſei Italici p. 216. ſeq.

IX. *FRAGMENTA qvædam VETERUM POETARUM*, ab aliis præterita vel minus emendate poſita una cum opuſculis ſuis, ſive Antiqvitatum è ſacris profanarum ſpecimine vulgavit vir

(q) Ante Opitium, cujus Metaphraſis prodiit Uratislav. 1628. 8. Germanicis rhythmis reddiderat Abraham Mortenus à Wiſſenburg. Francof. 1590 8. Gallicis verſibus translit Maturinus Corderius qvi dicavit Rob. Stephano: & Loillus. Pibracius qvoqve in tetraſtichis ſuis Gallice editis Canis hujus legit veſtigia.

vir doctiss. & humaniss. Theodorus Jansonius ab Almeloveen Amst. 1686.8. Ubi habes qvædam Accii, Ælii, Afranii, Attæ, Cæcilii, Licini Calvi, Cornuti, Domitii, Ennii, Hostii, Laberii Lævii (r) sive Lælii, Livii Andronici, Æmili Macri, Mariani sive Marini, Mummii, Nævi atqve Novii, Pacuvii, Pomponii, Porcii, Sveci sive Svevii, Titinii, Valgii, Vari, & Volcatii.

Idem Clariss. Amelovenius EPIGRAMMATA & POEMATA VETERA ad exemplum P. Pithœi ex scriptis post Pithœum demum vulgatis, Reinesii, Sponii, Salmasii, Barthii aliorumqve collegit & inter amœnitates suas Theologico Philologicas vulgavit ibid. 1694. 8. Qva ratione se levaturum qvodammodo credidit jacturam qvam passi sumus perditis collectionibus *Justi Lipsii*, qvi lib. 2. c. 18. electorum affirma se adolescentem fragmenta veterum scriptorum collegisse distincta classe qvadruplici, Oratorum, Historicorum, Poëtarum, Miscellorum: Sed furto ablata ab ἀφίλῳ qvodam φίλῳ, unde animum in illo opere pergendi postea abjecerit, præcipue postqvam intellexi *Janum Dousam* eundem laborem serio elaborasse. Vel *Flavii Ptolemai* (s) qvi corpus veterum Epigrammatum editurum se qvondam profes

su

(r) Vide de hoc erotopægnii auctore Bælii Lexicon & Jo. Pricæum ad Apologiam Apuleji p. 96. seq.

(s) Vide Flavii Observationes c. 85. T. 1. Lampadis Artium Gruterianæ.

ſus eſt; *Jani Douſæ Patris Hieronymiqve Columæ &* *Pauli Merulæ* (t) qvi fragmenta Poëtarum collecta & annotationibus illuſtrata in ſcriniis habuerunt. *Nicolai Peireskii*, de cujus ſtudio in veteribus Epigrammatibus colligendis plane ſingulari agit Gvil. Cambdenus Epiſtola 137. *Zachariæ Piſtorii* à qvo collecta veterum Poëtarum fragmenta fuere in Bibl. Petri Francii V. C. Præterea *Caſparis Barthii*, qvi non tantum teſtatus eſt, ſe vetera Epigrammata nec pauca numero nec vilia pondere habere, qvibus Pithœana collectio locupletior fieri poſſit, tam ex lapidibus priſcis, qvam ex codicibus faſcis lib. 15. c. 1. & lib. 36. c. 11. Adverſar. Sed & lib. 44 c. 19. corpus vaſtum omnium Poëtarum Latinorum in lucem emittere promiſit cum notis & accuratioribus de vita Poëtarum Diſſertationibus. His addes deniqve *Claudium Salmaſium* (u) qvi in notis ad Hiſt. Auguſtam meminit collectionis veteris latinorum Epigrammatum, qvam manu exaratam acceperit à *Joanne Lacurnæo*. Eadem eſt qvam apud Salmaſium vidiſſe ſe teſtatur Boxhornius pag. .o. Epiſt.

X. ERRORES VENEREI ſive PETRONII ARBITRI APPENDIX, Varia Erotica, aliave poëmata & Epigrammata incertorum autorum complectens, qvæ à P. Pithœo editioni Petronii Patiſſonianæ A. 1587. primum ſubjecta,

Xx

(t) Almelooveenius in præf.
(u) Colomeſ. Bibl. ſelecta p. 191.

cta, deinde juxta edit. Lugdun. Frellonianam & Simonis Abbes Gabbemæ à Mich. Hadrianide exhibita ad calcem Petronii, qvem cum variorum adnimadversionibus elegantissime excudi curavit Amstelod. A. 1687. 8.

Priapeia sive diversorum Poetarum in Priapum lusus, Epigrammata obscœna LXXXVII. cum integris Jos. Scaligeri, Casp. Scioppii (x) & Frid. Lindenbrogii commentariis, aliorumqve notis. Dictum de hac συναγωγῇ supra in Virgilio p. 224. seq.

Pervigilium Veneris, sive carmen trochaicum *de vere*, qvod variorum notis illustratum Catullo alii, Barthius Senecæ, Q. Catulo Urbicario Jos Scaliger, Lipsius Augustei ævi Poëtæ, Salmasius Poëtæ mediæ ætatis Solino supparis alii *Luxurio*, (y) qvi Carthagine floruit sub Trasimundo Vandalorum Rege, alii nescio cu *Floro* tribuunt. Idem carmen tum ex Lipsi recensione lib. 1. cap. 5. elect. cum ejus notis tum

(x) Scioppius ab inimicis reprehensus propter obscœna impuritates qvibus commentarium suum repleverat, affirmavit auctorem ejus esse non se sed Goldastum, qvi sub su Scioppii nomine illum vulgasset. Credat hoc qvi volet C porino Grubinio sive ipsi Scioppio in Amphotidibus Scioppianis p. 102. seq.

(y) Salmasius ad Hist. Augustam profert hujus Luxuri Epigramma hactenus ineditum:

Qvo festinus abis gulâ impellente sacerdos?

Plura ejus Epigrammata inedita apud P. Scriverium vidisse testatur Nic. Heinsius ad Claudianum p. 262. qvi Luxoriur vocat.

tum auctius ex MSto Claudii Salmasii exhibetur â Petro Scriverio in collectione variorum opusculorum, qvæ *Baudii Amores* inscripsit Lugd. Bat. 1638. 8. additis notis P. Pithœi, Jani Dousæ F. Jo. Weitzii, Salmasii & Scriverii, in cujus postremis animadversionibus carmina nonnulla *Flori* (z) & aliorum veterum ex membranis Salmasii inseruntur. Paulus qvoqve Colomesius ad Gyraldi dialogos de Poëtis p. 507. Josephi Scaligeri observationes in Pervigilium Veneris nactum se testatus est ex apographo Sarravii. Sed illarum editionem acerbus eximii viri obitus intercepit: Addam & hoc, qvod Pervigilium Veneris & Ausonii Cupidinem crucifixum Anglico translatum carmine dedit Thomas Stanlejus Lond. 1651.

Florida sive Flori Poetæ de qvalitate vitæ versus Trochaici, qvi itidem cum Lipsii, Pithœi & Scriverii notis inter Baudii amores occurrunt.

Epigrammata *Valerii Æditui, Porcii Licinii, Q. Catuli, C. Cæsaris Octaviani Augusti, C. Cilnii Mæcenatis, Gallieni* (a) *Imp. L. Pomponii, Asinii Galli, P. Virgilii Maronis, C. Plinii. L. Apulei, Petronii, Afranii, Alcimi, Claudii Claudiani. V. C. Licinii Calvi, Reiani, Sentii Augurini & incertorum.*

(z) Flori Poëtæ, qvi sub Hadriano vixit, mentio ap. Spartianum. Hunc Salmasius eundem esse existimabat cum L. Annæo Floro, cujus breviarium Historiæ Romanæ habemus. Fuit & sæculo IX, post natum CHRISTUM qvidam Flori nomine Diaconus Lugdunensis, cujus versus edidit Mabillonius T. I. Analect. p. 388. seq.

(a) Vide Eustathii Swartii Analecta lib. 1, c. 10.

Rufini V. C. Pasiphaæ fabula ex omnibus metris Horatianis, cum notis Gabbemæ.

L. Apuleji ἀνεχόμενος ex Menandro, cum Scioppii, Gabbemæ aliorumqve notis. Hoc Poëmation primus una cum aliis veterum aliqvot ejusdem fere argumenti Epigrammatis vulgavit Claudius Binetus, postea in præcidaneis suis ad Petronium illustravit Janus Dousa Pater lib. 3. c. 7. Habes illud etiam in variis Apuleji editionibus uti Wowerii, Colvii, Elmenhorstii, & ad calcem Priapeorum cum Scioppii notis. In libro qvem Baudii amores inscribi diximus, notis P. Scriverii illustratum legitur, qvi vel suppositititium vel infimæ vetustatis esse censet. Tanqvam genuinum Apuleji, in testimonium citat Hugo Grotius ad Jacobi IV. 2. Elmenhorstio visum est, recentioris Itali fœtum esse. Gabbema vero & Hadrianides exhibent jambos non minus lascivos Jacobi Durantii Casellii, qvibus illis Apulejanis contradicit.

Ausonii Cento nuptialis è Virgilianis versibus consarcinatus ad Paulum, & ejusdem *Cupido cruci affixus* ad Gregorium Filium, qvæ utraqve inter Ausonii scripta sæpius vulgata & in Baudii amoribus cum Mariangeli Acursii, Eliæ Vineti, Jo. Brodæi, Jos. Scaligeri, Cl. Salmasii & Scriverii notis, tum in calce Petronii à Mich. Hadrianide, Gabbemæ, Pontani, aliorumqve animadversionibus illustrata exhibentur.

Ejusdem *Ausonii Rosæ, Elegia.*

De

De Priapismo sive propudiosa libidine Cleopatræ(b) *Reginæ, ejusqve remediis Epistola Heraclii Imperatoris* ad Sophoclem Philosophum, pro expositione libri scripti tabulis æneis, inventiqve ad caput Cleopatræ Reginæ in suo sepulchro.

Sophoclis Sophistæ ad Heraclium. *C. Antonii Cos.* ad Q. Soranum de incontinentia libidinis Cleopatræ Reginæ. *Q. Sorani* ad Antonium Cos. de modo medendi ardorem ejusdem Cleopatræ. *Cleopatræ* ad Q. Soranum. *Q. Sorani* ad Cleopatram de medendo ardore libidinis. Has sex Epistolas commentitias ex Bibl. Gollasti primus Patavii ediderat, & Priapeis à se illustratis subjecerat Casp. Scioppius.

Deniqve appendicem hanc Petronii claudit Tobiæ Gutberlethi carmen trochaicum, qvod Gabbema inscribitur, *per angusta ad augusta*.

XI. CORPUS OMNIUM VETERUM POETARUM LATINORUM secundum seriem temporum digestum & qvinqve libris distinctum, præfixa uniuscujusqve Poëtæ vita, Genev. 1611. 4. 2. voluminibus, qvibus continentur: Fragmenta (c) *Livii Andronici & Q. Ennii*,

(b) Auctor Scholiorum ad tetrabiblon Ptolemæi lib. 3. pag. 83. Πολλαῖς τῶν γυναικῶν γίνεται συναίσθησις τῆς συλλήψεως, κλονουμένης τῆς μήτρας καὶ εἰς αὐτὴν συνεργομένης καὶ ἀναρπαζούσης τὸ ἐν τοῖς ἔξω μέρεσι σπέρμα, εἰς τὸ κύκλῳ καὶ εἰς τὸ βάθος, καθὸ Κλεοπάτρα φησί.

(c) Norit Lector fragmenta in hoc corpore petita esse ex

M. Accii Plauti comœdiæ XX.

Fragmenta *Cn. Nævii*, *Q. Novii*, *M. Pacuvii*, *Statii Cæcilii*, *L. Accii*, *Pub. Terentii comœdiæ VI.*

Fragmenta *C. Lucilii*, *Sex. Turpilii*, *Cn. Matii*, *L. Afranii*, *Q. Trabeæ* & *Cic. Licinii Imbricis.* Hactenus liber primus.

T. Lucretii Cari de rerum natura libri ſex.

Fragmenta *L. Pomponii Atellanarum Poëtæ*, *Decii Laberii*, *Q. Catuli*, & *Attæ*, *Pub. Syri*, *Porcii Licinii* & *C. Valerii Æditui.*

C. Valerii Catulli Poëmatum & Epigrammatum liber ad Cornelium Nepotem.

Fragmenta *Corn. Licinii Calvi*, *C. Helvii Cinnæ*, *M. Furii Bibaculi*, *Pub. Terentii Varronis Atacini*, *C. Ticidæ*, *Furii Antiatis*, & *Laureæ Tullii.* Hactenus ſecundus liber.

P. Virgilii Maronis Bucolica, *Georgica* & *Æneis* præmiſſa Virgilii vita à *Donato* ſcripta, variisqve de Virgilio teſtimoniis.

Q. Horatii Flacci Odarum libri IV. Epodon liber, qvi clauditur carmine ſeculari pro imperii Romani incolumitate: libri duo Satirarum, Epiſtolarum libri totidem, & de arte Poëtica liber ad Piſones.

Fragmenta pauca T. Valgii.

Al

ex collectione Rob. & Henrici Stephanorum, qvam paulo ante p. 667. recenſui. Deinde non pauca poemata præter miſſa, uti Gratii Cynegeticon; Germanici Aratea, Phædri fabulas, Rutilii Itinerarium, Avieni & Priſciani Periegeſi &c. ut minora poëmatia, Epigrammata & fragmrnta complura & Poetas innumeros Chriſtianos & ſeqvioris ævi omittam.

Albii Tibulli Elegiarum libri IV.

Libellus elegiarum ſub nomine *Cn. Cornelii Galli* & carmen Lyricum, qvod incipit, *Lydia bella puella, candida.*

Sex. Aurelii Propertii Elegiarum libri IV.

Fragmenta pauca *L. Varii.*

P. Ovidii Naſonis Libri VI. Faſtorum. Triſtium libri V. De Ponto libri IV. Ibis ex edit. Andreæ Naugerii. Conſolatio ad Liviam de morte Druſi. Epiſtolæ XIV. Heroidum. Amorum libri III. De arte amandi, totidem: libri II. de remedio Amoris. Fragmentum de medicamine faciei. Nux, Somnium, Epigrammata duo, fragmentum Halievticon. Pulex. Philomela. Metamorphoſeon libri XV.

Fragmenta pauca *Domitii Marſi, C. Germanici Auguſti. Caſii Baſſi & Æmilii Macri.*

L. Annæi Senecæ Tragœdiæ X.

Fragmentum *C. Aſinii Galli.*

A. Perſii Flacci Satiræ VI.

Fragmenta *Corn. Severi*, qvi Poëta ſub Auguſto floruit, & male à qvibusdam confunditur cum Caſſio Severo Oratore.

M. Annæi Lucani Pharſaliæ libri X ſubjecta Jo. Sulpicii Verulani appendice, & qverela de interitu Poëtæ, opere nondum perfecto.

Ejusd. *Lucani* Poemation ad Calpurnium Piſonem, *Ovidio* falſo adſcriptum, Adr. Junii beneficio auctori ſuo redditum & emendatum, Lib. I. cap. 1. Animadverſ.

Fragmenta exigua *Cn. Getulici*, & *C. Pedonis*

Albinovani. Hactenus Liber tertius, qvo volu
men prius clauditur.

P. Statii Papinii Silvarum libri V. Thebaido
libri XII. Achilleidos libri II.

Silii Italici de bello Punico secundo libri XVI

C. Valerii Flacci Argonauticon libri VIII.

D. Jun. Juvenalis Satirarum libri V.

M. Valerii Martialis Epigrammata in Amph
theatrum Cæsaris. Epigrammatum libri XI

Fragmenta *Auli Sereni.*

Rufi Festi Avieni fabulæ 42.

Alphii Aviti fragmentum.

Alcimi Aviti Archiepiscopi Viennensis poëm
tum sacrorum libri V. qvorum 1. est de Origin
mundi. 2. de peccato protoplastorum. 3. d
sententia Dei in peccatores. 4. de diluvio mu
di. 5. de transitu Israelitarum per mare r
brum. Ejusd. de consolatoria castitatis laude a
Fuscinam sororem.

Fragmenta pauca *Septimii Afri.*

T. Calpurnii Siculi Eclogæ VII. ad Nemesianu
Carthaginiensem.

*M. Aurelii Olympii Nemesiani Cynegeticon & Ec.
gæ IV.* Hactenus liber IV.

Cl. Claudiani de raptu Proserpinæ libri III.
Rufinum libri II. In Eutropium libri totide
De bello Gildonico liber, alius de bello Getic
in tertium, qvartum & sextum consulatum H
norii, & in Mallii Theodori Consulatu paneg
ricum. In nuptias Honorii Imp. & Mariæ, La

Ser

Serenæ uxoris Stilliconis, aliaqve minora carmina & Epigrammata.

De Magni Ausonii Burdegalensis Epigrammata 141. Ephemeris. Parentalia, commemoratio Professorum Burdegalensium, Epitaphia Heroum qvi bello Trojano interfuerunt & aliorum qvorundam. Epigrammata de XII. Cæsaribus, Ordo nobilium Urbium. Ludus VII. Sapientum Idyllia XX. Eclogarum & Epistolarum XXIV. liber.

Damasi Episcopi Romani elegiæ de Paulo Apostolo, Agnete Martyre, Apostolo Andrea, Agatha Martyre, de Felice, de nomine JEsu, de Christo, de adscensione Christi, & de cognomentis Salvatoris.

Juvenci Historiæ Evangelicæ libri IV.

Aurelii Prudentii Clementis Psychomachia, liber cathemerinon, Peristephanon, Apotheosis, Hamartigenia, contra Symmachum liber, & Enchiridion historiarum Vet. & Novi Testamenti.

Pontii Paulini carmen de Jo. Baptista, & III. Epistolæ.

Venantii Honorii Clementiani Fortunati libri IV. Poëmatum. 1. de partu virginis, 2. de Christi Jesu beneficiis, 3. de vita hominum 4. de certaminibus & miraculis piorum.

C. Sollii Sidonii Apollinaris, qvæ inter ejus Epistolas carmine scripta occurrunt, & Panegyrici, Epithalamia aliaqve poëmatia & Epigrammata.

Mauri Terentiani de literis, syllabis, pedibus & metris carmen, in qvo liber qvintus atqve adeo tota hæc collectio desinit.

Idem corpus Poëtarum emaculatum & in duos choros sacrorum profanorumqve digestum, cum notis prodiit Lugduni 1616. 4. curante Alexandro Ficheto Jesuita, qvi nomen suum tum dissimulatum prodidit in arcana studiorum omnium methodo p. 223.

CAPUT II.

DE POETIS CHRISTIANIS.

Poëtæ Christiani post Aldinam & Basileensem editionem à Georgio Fabricio junctim editi, 1. Alii ab eodem prætermissi, 2. Phil. Gvalteri Alexandreis. 3. Gvil. Brito. 4. Recens scriptor Petrus Apollonius Collatius. 5.

I. POETARUM VETERUM ECCLESIASTICORUM opera Christiana & operum reliqviæ ac fragmenta post συναγωγὴν Aldinam 1502. 4. & Basileensem 1541. diligentius collecta recensita & notis illustrata à *Georgio Fabricio*. Basileæ 1562. 4. In hoc volumine nulla habita ratione temporis qvo scriptores vixerunt, continentur:

1. *Aurelii Prudentii* (a) *Clementis* ex Calagurri Ca-

(a) De Prudentio præter editores & eos qvi de scriptoribus Ecclesiasticis scripsere, consules ubi lubebit Bælium in Lexico edit. secundæ, Jo. Clericum T. 12. Bibl. Universalis p. 136. seq. & Nic. Antonium in Bibl. veteri Hispana lib. 2. c. 10. Ante Georgium Fabricium Prudentius prodierat Daven-

Caſtellæ opido Hiſpani qvi magnis dignitatibus functus ſub Imperatoribus Arcadio & Honorio rebus divinis carmine dicendis vacavit, *Pſychomachia* ſive pugna animæ ſuper vitiis & virtutibus: Liber *Cathemerinon* ſive hymni omnibus diurnis actionibus convenientes, *Periſtephanon*, ſive, de Coronis Martyrum hymni XIV. *Apotheoſis*. ſive, de divinitate CHRISTI. *Hamartigenia*, (b) ſive de origine peccatorum adverſus Marcionitas. *Libri II. contra Symmachum*,(c) urbi præfectum, cujus fragmenta qvædam inſeruntur. Poſt hos libros fruſtra qværes *Prudentii* Δίπτυχον (ita enim legendum apud Gennadium pro *διττοχαῖον*) de toto vet. & novo Teſt. perſonis excerptis, ſive *Enchiridion Vet. & Nov. Teſtamenti.* Sed hoc à Fabricio exhibetur infra p. 747. ſub nomine *Amœni*, qvod forſan Epitheton Prudentio tribuerunt Librarii (d) ob ſingularem carminum ejus ſvavitatem & amœnitatem. Porro ſæpius ab eo tempore Prudentii poëmata à viris doctis edita & illuſtrata

ventriæ & ſine loci temporisqve nota in 4. literis Longobardicis, præmiſſo Rudolphi Langii carmine. Hinc apud Aldum, tum Baſileæ &c.

(b) In fine Hamartigeniæ ſubjiciuntur preces, qvibus autor ait ſufficere ſibi ſi modo in Tartara non detrudatur, licet pœnæ luendæ ſint in purgatorio. Qvod voti genus impium & Prudentio indignum affirmat Gvil. Caveus in Hiſt. literaria.

(c) In hos libros commentaria Iſaaci Grangæi Gymnaſiarchæ Vindocinenſis adſpexere lucem Pariſ. A 1614. 8.

(d) Barthius VIII, 11. Adverſar.

ta sunt. Inprimis à Jo. Weitzio(e) Hanov. 1613.
Nic. Heinsio Amst. 1667. 12. Steph. Chamilla
do in usum Delphini. Paris. 1687. 4. & noviss
me à Christophoro Cellario. Halæ Sax. 1703.
Prudentii non pauca è veteribus membran
emendat Obertus Gifanius collectaneis ad Lu
cretium, qvem illi observat admodum tritur
ac familiarem exstitisse. Nec male de Pruden
tio promeritus Christianus Becmannus, qv
multa ejus loca è Codice Palatino castigat i
manuductione ad latinam lingvam capite VI.

2. *Q. Septimii Florentis Tertulliani* Carthag. Presb
adversus Marcionem & de judicio Domini liber unu
versibus Epicis. Utrumqve poëma Tertullian
esse, hodie negant eruditi. P. Allixius in diss. d
vita & scriptis Tertulliani, carmen de judici
ait esse *Verecundi* Episcopi Africani, qvi circ
medium seculi sexti floruit. Libros contra Mar
cionem idem suspicatur post Hieronymi tem
pora exaratos. Leguntur & nunc alia sub Ter
tulliani nomine poëmatia, *expostulatio ad Sena
torem & de (f) Jona ac Ninive*, sed qvæ Georgiu
Fabricius non vidit. 3. *Ca*

(e) In Weitzii editione præter commentarium editori
occurrunt *Isonis Magistri* glossæ è MSS. excerptæ, & qvæ
cunqve in Prudentium scripsere Æl. Antonius Nebrissensis
Jo. Sichardus, Erasmus, Jac. Spigelius, G. Fabricius, Adan
Siberus, Jo. Murmelius, Victor Giselinus, Georgius Remus
Adam. Theodorus Siberus, & Andreas Wilkius.

(f) Hoc carmen perperam pro inedito habet If. Vossiu
ad Catullum p. 274. Prodiit in appendice Bibl. Patrum Bi
gneana, ut Francisci Jureti, Andreæ Rivini, & qvi cum Pau
lino Petrocorio vulgavit Daumii editionem omittam.

3. *Cæcilii Cypriani* Epiſcopi Carthag. *Geneſis & odoma.* Hæc qvoqve carmina conſtat non eſſe Cypriani, ſed ab aliis ad *Tertullianum*, ab Allixio d *Salvianum* Maſſilienſem referuntur. Ut plu- es editiones inter Cypriani & Tertulliani ope- taceam, junctim illa cum ſuperioribus, uæ ſub Tertulliani nomine exſtare jam dixi, otis ſuis illuſtrata edidit Andreas Rivinus, othæ 1651. 8. Qvod apud G. Fabricium ſe- vitur *Cypriani Lignum vitæ*, ab aliis de cruce, Pamelio de Paſcha Domini inſcribitur, & ab ndrea Rivino Victorini Petavionenſis ac- enſetur poematibus. Exhibet etiam Jacobus retſerus T. 3. de cruce p. 552.

4. *Hilarii* Pictavienſis Epiſcopi *Geneſis* ſive He- emeron ad Leonem Papam Carmine Epico, onſtat hodie, rectius tribui *Hilario Arelatenſi*, et Pictavienſis operibus addidit Lud. Miræus Pa- ſ. 1544. Benedictini in noviſſima Hilarii Pi- av. editione Pariſ. 1693. fol. curante Petro outant potiſſimum vulgata, inter ſuppoſita i Epiſcopo iterum ediderunt. Cum Jo. Wei- ii notis prodiit Francof. 1625. 8.

5. *Claudii Marii Victoris, Maſſilienſis* Oratoris *de eneſi libri III.* eodem epico carminis genere. jusdem de perverſis ſuæ ætatis moribus *Epiſto- ad Salomonem Abbatem.* Hæc è Jo. Gagnei edi- one mire interpolata recudi curavit Fabri- ius. Gvil. Morellus libros de Geneſi ſincerio- es, etſi admodum mendoſos ediderat Pariſiis 1560. 4.

6. *Dra-*

6. *Dracontii* (g) *Toletani Hexaemeron liber pr*
mus isqve in fine mutilus. Ab eo tempore, a
dito etiam ſecundo libro & Eugenii Toleta
additamento ſupplevit Jacobus SirmondusP
riſ. 1619. 8. Sirmondum ſecutus Andreas R
vinus eſt, qvi cum notis recudendum dec
Lipſiæ 1651. 8. Meminit Dracontii Iſidor
Hiſpalenſis XII. 2. Originum, ad quem locu
Jo. Grialus in notis p. 556. *Dracontius opus ſ*
dierum carmine compoſuit, Athanagildo regnan
qvod poëma Eugenius III. Toletanus Antiſtes ſub C
daſvinto & Recenſvintho & emendavit & ſeptimi d
verſibus auxit. Hunc librum Gothicis characterib
ſcriptum Bibliotheca Martini Roderici Azagræ nu
ſervat. Ante Sirmondum Dracontius ex E
genii interpolatione in lucem emiſſus eſt
Mich. Ruizio Aſſagrio, qvam editionem vid
re vehementer deſiderat Barthius pag. 261
Adverſar.

7. *Ambroſii* Epiſcopi Mediolanenſis *de ope*
Creationis, hymni ſeptem. Hæ aliæqve ejus Doct
ris odæ ſacræ noviſſime denuo editæ à Bened
ctinis in Tom. II. operum Ambroſii, Par
1691. fol.

8. *Alcimi Ecdicii Aviti* Viennenſis Archi-E
de mundi Origine, de origine peccatorum, de ſente
tia Dei, de diluvio, de tranſitu maris rubri libri
Ad Apollinarem Sidonii F. Ejusdem *de con*
latoria Caſtitatis laude liber ad Fuſcinam ſor
ren

(g) Alius fuit Dracontius Monetæ præpoſitus ſub Julia
Imp. cujus mentio apud Ammianum XXII, 11.

rem. Hæc poëmata primus è Præceptoris sui Phil. Beroaldi Codice vulgavit Jo. Adelphus Mulingius Argent. 1507. apud Gruningerum. Hinc Martinus de Werdena Colon. 1508. tum Parisiis Ascensius 1509. 8. Qvarta editio lucem adspexit Lugduni 1536. 12. Ab eo tempore Alcimum cum notis suis edidit Menradus Molterus Basil. 1546. apud Oporinum, & Joachimus Zehnerus, Lips. 1604. 8. Georgius vero Fabricius atqve antiqviorum editionem Bibliothecæ Patrum & corporis Poëtarum collectores iterum vulgarunt ex editione jam dicta Lugdunensi Jo. Gagnei, qvam innumeris locis, præcipue in libris posterioribus depravatam & qvinqvaginta prope versibus interpolatam agnoscit Sirmondus, qvi sincera & emendata una cum aliis Aviti scriptis edidit notisqve illustravit Paris. 1643. 8. T. 2. Varior. opusc. recusa in Bibl. Patrum novissima Lugdunensi T. IX. p. 60. & in Sirmondi Operibus T. II. ubi & *Epistolæ V. & Fragmenta* Aviti qvæ post Sirmondi industriam Baluzius, & *Collatio adversus Arianos* qvam Dacherius eruit, sunt adjuncta. Ac longe plura etiam ab Avito versibus scripta fuisse constat ex ipsius Epistola ad Apollinarem fratrem, & Sirmondus testatur se in nonnullis Bibliothecis reperisse Alcimi Aviti Metrum in

Exodum versus continens MCCCXXVII.
Leviticum — — — CCCVIII.
Numeros — — — DCXXCIX.
Deut. — — — — CCXXCVII.

Li-

Librum Jeſu Nave — — CCCCLII.
Judicum — — — — DCXCV.

Sed in tribus qvæ viderit MStis hæc tot fuiſſ mendis rudes atqve impolitos, ut evulgare re ligioni duxerit.

9. *Fabii Marii Victorini Afri de fratribus Macca bæis interfectis ab Antonio Epiphane.* Hoc carme Barthius III. 23. Adverſar. Hilario Arelatenſ AndreasRivinusNictario attribuit,qvi cumV ctorinorum opuſculis denuo vulgavit notis qve illuſtravit. Gothæ 1652. 8. Cæterum Dau mius ad Paulinum Petrocorium obſervat illu ita interpolatum ferri, ut Jovem lapidem jur turus ſit, diverſorum autorum eſſe editione qvi contulerit.

10. *Juvenci* (h)*Presb.*Hiſpani*Hiſtoria Evangelic libri IV.* Dolendum eſt Viri doctiſſ. Jo. Sauber novam hujus Poëtæ editionem ex membran Bibl. Helmſtadienſis, ex qvibus non pau emendaturum ſe promiſerat in Variis lect. i

Ma

(h) *Ab hoc Juvenco alius fuit Juvencus Cælius Callan Dalmata, cujus codicem MS. de Attila vita Venetiis aſportar rat nobiliſſimus Peireskius (habuit etiam MS. Tho. Bartholin Danus, Vir variis ſcriptis clarus) qviqve haud multo poſt pub juris factus eſt. Citatur is à Baptiſta Fulgoſo inter ſcriptores i à qvibus exempla ſua collegit. Qvod Peireskio minus obſerv tum, qvi de hoc Juvenco Scaligerum, Caſaubonum, Paulum S vitam & alios anxie conſulerat.* Hæc Paulus Colomeſius Gyraldum pag. 280. Hiſtoriæ Juvenci de Attila lucem vi runt Ingolſtadi 1604. 4. Et præſenti tempore novam eari editionem Upſaliæ meditatur nobiliſſimus & doctiſſimus Ericus Benzelius. Juvenci Hiſtorici mentio apud Sidoniu Apollinarem IX. Epiſt. 14. Vide notas Savaronis p. 180.

Matthæum pag. 259. per alias ejus occupatio-
nes & præpropera fata interceptam fuiſſe. Jam
pridem qvoqve mihi animus fuit novam Ju-
venci editionem ad MSS. Codd. & ad veteres
editiones caſtigatam ſtudioſis offerendi, ſed à
Cl. Omeiſio præventus, Aratori id ſtudium lu-
bens impendam, ſi DEUS valetudinem ſuppedi-
taverit. Integrum Juvenci nomen erat Aqvili-
nus Cajus Vettius Juvencus, ut ex Jureto pag.
73. ad Symmachum notavit Paulus Colome-
sius in paralipomenis ad Chartophylacem
Gvil. Cavei, & ad dialogum qvintum Gyraldi
de Poëtis. Idem p. 81. obſervationum ſacra-
rum obſervat, Juvencum libro 3. uſum codi-
ce in qvo poſt Matth. XX. 28. hæc verba lege-
bantur: *Vos autem qværitis de minimo creſcere & de
magno minui. Introeuntes autem & rogati cœnare ne
diſcubueritis in eminentibus locis &c.* qvæ in anti-
qviſſimo ſuo Græco latino exemplari Beza de-
prehendit, atqve in codicibus qvibusdam anti-
qvis verſionis latinæ Matthæi, & in qvatuor
MSS. verſionis antiqvæ Anglo Saxonicæ ad
verbum reddita occurrunt, legeruntqve olim
Hilarius & Leo Magnus, Juvencus vero lib. 3.
v. 613. ita expreſſit:

At vos ex minimis opibus tranſcendere vultis,
Et ſic è ſummis lapſi comprenditis imos.
Si vos qvisqve vocat, &c.

Confer, ſi lubet, qvæ de illo additamento
notata à me ſunt in Codice Apocrypho Novi
Teſtamenti Volum. I. p. 328. ſeq.

11. *Cœlii Sedulii* Scoti Presbyteri Poema sva-vissimum epicum *de mirabilibus divinis* sive *operis Paschalis* libri (i) IV. heroicis descripti versibus, (non hæreticis ut in antiqvis Codicibu decreti Gratiani lectum ignorantiæ multorum imposuit, in qvolibet carmine hæresin (k) cum Hadriano VI. Pontifice velut angvem in herba suspicantium) præmissa Epistola ad Macedonium Abbatem à Turcio Rufo Asterio qv A. C. 494. Consul fuit, post Sedulii (l) mortem addita. *Ejusdem Veteris & Novi Testamenti collatio*, versibus elegis, ita ut in unoqvoqve disticho sit exananalepsis, sive ut Hexametri initium pentametrum finiat. *Et Hymnus Acrostichis Alphabeticus, totam vitam CHristi continens* qvi incipit: *A Solis ortus cardine.* Ejusdem Sedulii nomine *versus nuncupatorios ad Theodosium* Juniorem Imp. edidit idem Fabr. in notis p. 25. Sed qvo ipse Sedulii esse recte negat, qvi ex alius vet stic

(i) In qvibusdam Codicibus distingvitur in libros qvinqve. Etiam in prosaica editione hujus operis, qvam post metricam Macedonio Presb. rogante idem Sedulius adornavi & è MSS. Pithœano primus edidit Franciscus Juretus.

(k) Vide Bælii Lex. in Sedulio, & Jeremiæ Taylori collectionem tractatuum polemicorum Anglica lingva editorum p. 1003.

(l) Alius igitur iste Sedulius fuit haud dubio à Sedul. Scoto sæculi VIII. Poëta & in Achaja scripsit sub Theodos. juniore ac Valentiniano. Vide Mabillonii Analecta T. I. p. 363. seq. ubi D. Liberii & Belisarii Acrostichis in Seduliur addenda testimoniis de Sedulio qvæ Cellarius ὁ μακαρίτ præclaræ suæ editioni præfixit.

ſtioris cujusdam Poetæ opere petiti videntur, judice Gvil. Caveo. Hunc Sedulium, ut id in transcurſu notem, *rutili* elogio videtur macta-re Theodulfus Aurelianenſis lib. IV. Carmi-num p. 202.

Sedulius rutilus, Paulinus, Arator, Avi-tus,
Et Fortunatus, tuqve Juvence tonans.
Diverſoqve potens prudenter ponere plura
Metro, ô Prudenti, noſter ut ipſe parens.

Non mirum itaqve *rutili* nomen qvod pro proprio alicujus Poetæ perperam habent viri docti, inter Poetas Chriſtianos, ubi cœteri à Theodulpho celebrati memorantur, non oc-currere apud Venantium Fortunatum libro de vita Martini ſecundo. Prodiit Sedulius ab eo tempore ſæpius tum alibi, tum admodum ele-ganter inter Poetas Chriſtianos in appendice Bibliothecæ Patrum per Margarinum de la Bi-gne, Pariſ. 1634 fol. Noviſſime Sedulii car-men paſchale hymnosqve ad MSS. Codices re-cenſuit brevibusqve at eruditis notis & indici-bus inſtruxit Chriſtophorus Cellarius. Halæ Magdeburgicæ 1704. 8.

12. *Aratoris* Subdiaconi *Hiſtoriæ Apoſtolicæ* ſive de vita S. Pauli *libri II.* Carmine Epico, præmiſ-ſis duobus brevibus elegiis, una ad Florianum Abbatem, altera ad Vigilium Pontificem. Hoc ejus Poëma ex Actis Apoſtolorum expreſſum publico applauſu A. CHRISTI 544. recitatum eſ-

se ex veteri codice narrat Labbeus T. I. Bibl. novæ MSS. p. 668. In eo emendando præter alio Theodorus Pulmannus desudavit, qvi cum Sedulio, Juvenco & qvatuor Fortunati hymnis Aratorem edidit Bas. 1537. in 8. apud Oporinum *Elegiam ad Parthenium* primus ab eo tempor vulgavit Sirmondus notis ad Ennodium Ticinensem. Spero & ipse novam me daturum editionem hujus Poëtæ castigatam ad veteres ἐκδόσεις & ad Codicem Cantabrigiensem, qven contulit doctissimus Ericus Benzelius, Præfectus dignissimus Bibliothecæ Upsaliensis.

13. *Tironis Prosperi* Aqvitanici (m) Episcop Regio lepidi, *Sacrorum Epigrammatum super Augustini Sententias liber primus*, Epigrammata minuta poëmatia CXII. complexus, qvoru duobus postremis Prosper orat DEUM.

14. Ejusdem *de libero arbitrio contra ingratos a Pelagianos liber primus*; Poëma Epicum vivent adhuc Augustino scriptum, ut ad Mercatore observat Jo. Garnerius.

15. *Versus qvidam Anacreontici ex adhortatio Prosperi ad conjugem*, qvos etiam affert Lili Gyraldus dialogo qvinto Historiæ Poetarur Georgius Cassander inter hymos Ecclesiast cos. Porro Paulini & Prosperi poemata à se r censita edidit Pulmannus Antwerp. 1560. 1 His vulgo accensentur carmen Heroicum

pr

(m) Episcopatum Prosperi in dubium vocat Philipp Labbeus, & alii. Merito. Vide Sirmondum ad Sidoni pag. 94.

providentia divinà, à G. Fabricio omissum, qvod non Prosperum sed scriptorem Pelagianum habet auctorem.

16. *Venantii Honorii Clementiani Fortunati* Poematum Sacrorum libri IV. *de partu Virginis* liber 1. *De CHristi beneficiis* liber 2. *de vita hominum* liber 3. *de certaminibus & miraculis piorum* liber 4. Hæc mutila & laciniosa Fortunati editio in corpore poetarum etiam repetita est. Ast integros Poematum libros XI. cum præmissa ad Gregor. Turonensem Epistola dedicatoria primus edidit Christoph. Brovverus Moguntiæ An. 1603. 4. & emendatius A. 1616. cum poematis sacris *Rabani Mauri*. Brovveri editio recusa est Tomo X. Bibl. Patrum, Lugduni vulgatæ. Lacunam lib. 10. carm. 25. v. 6. ex Frontonis Ducæi ad Concilia notis T. 3. pag. 1672. edit. Binianæ supplendam monet Daumius præfat. ad Hieronymi Theologi Græci Philoponiam, ubi & novæ editionis è Labbeo promissæ meminit. Expositionem Venantii in symbolum *Qvicunqve* (hoc est, qvod Athanasio tribuitur) editurum in se recepit Antonius Muratorius T. 1. anecdoton Bibl. Ambrosianæ p. 15. ediditqve T. 2. p. 212. Mediolan. 1698. 4.

17. Ejusdem Venantii Fortunati *de vita Martini libri IV.* carmine Heroico scripti una cum Severi Sulpicii libro ejusdem argumenti lucem adspexere Paris. 1511. 4. *Carmen de Resurrectione*, qvod inter poemata Fortu-

nati lib. 3. carmen nonum est, Lactantio perperam etiam in MS, qvod memorat Lambecius lib. 2. Bibl. Vindob. p. 790. olim adscriptum, & inter ejus opera sæpius editum, notis illustravit & seorsim vulgavit Augustus Buchnerus, Witteberg. 1627. 8.

18. *Drepani Flori Psalmi XXII. XXVI. XXVII. & carmen trium puerorum versibus expressum, aliaqu. carmina qvinqve.* Hæc una cum *Modoini & Jon. Aurelianensis* reliqviis recudi curavit notasqve addidit Andreas Rivinus, Lips. 1653. 8.

19. *Pontii Meropii Paulini Nolani* Episcopi *carmen de Jo. Baptista, & Epistolæ tres ad Ausonium* Ejusdem *ad Deum omnipotentem precatio & carme pro salute Augustorum* infra à G. Fabricio exhibetur p. 796. & p. 817. *De Celsi filii obitu panegyricus Epistola ad Cytherium & propempticon ad Nicetam* Episcopum Dacorum. *Fragmenta Natalium VII. & IX. & Psalmi I. II. & CXXXVI. versibus reddit* Hæc una cum aliis qvibusdam Paulini poematis ante paucos annos integriora, emendat: notisqve illustrata prodierunt in luculent operum Nolani Episcopi editione qvam Parisiis adornavit Jo. Baptista Le Brun. 1685. 4.

20. *Amœni Enchiridion* sive tetrasticha in præcipua qvæqve capita *Veteris & Novi Testament* Qvod supra Prudentii esse observavimus. Prodiit etiam cum *Isonis* Magistri glossis (in Weitz Prudentio itidem obviis) in manuali Biblic sive Enchiridio S. Scripturæ A. 1616. 8.

21. *Rustici Helpidii Tristicha de historiis qvibusam utriusqve Testamenti, & carmen de CHristi Esu beneficiis*, postea Andreæ Rivini notis ilıstrata cum Lactantii, Merobaudis & alioum carminibus prodiere Lipsiæ 1652. 8. Lauat Barthius III. 16. Adversar. & Labbeus pag. 4. Bibl. nov. MSS. emendatiorem illorum romisit editionem, additurus Walafridi Strai Abbatis Augiensis versus ad picturas N. T. : Anonymi compendium doctrinæ Evangecæ.

22. *L. Cælii Lactantii Firmiani carmen, qvo de eneficiis suis Christus loqvitur.* Est idem carmen, vod Lactantii editionibus vulgo subjectum ıscribitur *de Domini passione*, & fortasse rectius *ælio Firmiano Symposio* tributum est à viris qvibusam eruditis. Lactantii non esse inde colliit Caveus, qvod adorationis crucis in eo ıentio, qvam in G. Fabricii editione qvidem ıullam reperies. Nempe ille versum:

Flecte genu, lignumqve crucis venerabile adora
Flebilis.

ta interpolavit:

Flecte genu, innocuo terramqve cruore madentem
Ore petens humili.

Inde vehementer in eum invehitur Gretserus T.1. de cruce lib. 2. c. 9. p. 326. Sane præstitisset G. Fabricium virum alioqvi de universa, sacra

præſertim antiqvitate non male meritum, passim tum his tum alibi non ita fuiſſe in alienis operibus qvæ edebat ingenioſum.

23. *Victorini Epiſcopi Pictavienſis de JEſu CHriſto, DEO & homine carmen.* Hoc Victorino Afro forſan rectius tribuitur qvam Pictavienſi vel Petavionenſi. Inter Victorinorum reliqvias iterum edidit, notisqve illuſtravit A. Rivinus Gothæ 1652. 8. ubi etiam Victorini *hymnos tres de homouſio recipiendo* invenies, qvos interpretem benignum in nonnullis reqvirere ai Jo. Launojus diſſ. de Victorinis p. 56.

24. *Merobaudis Hiſpani* Scholaſtici *carmen de CHriſto: & auctoris incerti de laudibus Domini*, qvod Lactantii eſſe ſuſpicatur Rivinus, jam diximus ab eodem Rivino cum Ruſtico Helpidio iterum editum & illuſtratum eſſe. Vide de Merobaude Sirmondi notas ad Sidonium p. 235. ſeq.

25. *Damaſi Epiſcopi Romani elogia XI.* qvali ſupra à nobis in corpore omnium Poetarum recenſita ſunt. Plura ejus poemata cum noti dedit Andreas Rivinus Lipſiæ 1652. 8. Sed & hujus diligentiam longe vicit Martius Mileſiu Sarazanius, qvi Damaſi carmina collegit & i ea aliaqve Damaſi opuſcula obſervationes con cinnavit, editorem nactus Federicum Ubaldinum qvi è Barberina Bibl. edidit Romæ 1638 4. recuſa Pariſ. 1672. 8. & Tomo 27. Bibliothecæ Patrum Lugd.

26. *Clau*

26. *Claudiani Mamerti* Presb. Viennensis *contra Poetas vanos carmen* ad Collegam sive Colleam (alii ad Jovium) etiam in qvibusdam Poetæ Ethnici hujus nominis editionibus legitur, uti suo loco p. 628. à nobis est observatum. Mamerti autem esse non dubitat Barthius p. 458. ad libros Claudiani Mamerti de statu animæ, ubi etiam monet ejusdem autoris hymnum merito existimari, qvi incipit: *pange lingva gloriosi*.

27. *Columbani Hiberni Epistola ad Hunaldum discipulum*, qva avaritiam detestatur. Hanc Christianus Daumius cum aliis Columbani poematis notisqve suis subjecit distichis Moralibus Catonis, de qvibus paulo ante dictum fuit.

28. *Auctoris incerti de Bebiani Baptismo & Uxoris Apræ obitu* carmen, in Bibliothecis Patrum postea iterum editum, in novissima Lugdunensi qvidem T. 17. p. 526.

29. *Hymni Ecclesiastici* variorum autorum veterum *Hilarii, Ambrosii, Augustini, Gregorii M. Theodulfi, Fulberti* aliorumqve, qvi postea aucti longe majori numero editi sunt, Francof. 1578. 8. ab Elia Ehingero. Inprimis Georgii Cassandri laudatissima opera est, qvam ante Ehingerum & Fabricium in digerendis & illustrandis veterum Christianorum hymnis posuit A. 1556. præmisso *Bedæ* libro de metris, cujus hymnos diligenter collectos exhibet, uti *Ambrosii* qvoqve *pro pluvia & serenitate*, atqve alios qvos nihil attinet prolixe recensere. Recusi sunt hymni

Ecclesiastici à Cassandro digesti inter ejus opera post pag. 147. Paris. 1606. fol.

30. Præterea G. Fabricius in commentario qvem huic suæ Poetarum Christianorum collectioni, juxta literarum seriem indicis more dispositum subjecit, alia qvædam carmina vel poematia antiqva edidit qvæ hic breviter indicabimus p. 5. occurrit *Epitaphium Alcimi Aviti* p. 10. *Honorii Episc. Rom. Epigramma de Apostolis.* p. 24. seq. *Liberii & Belisarii Acrosticha in Sedulium.* p. 68. *Metaphrasis Decalogi ex Petri de Riga aurora.* p. 110. *Versus qvidam qvi Prosperi Epigrammatis in MS. præfixi erant.*

II. POETÆ CHRISTIANI à G. FABRICIO PRÆTERMISSI hi fere sunt: *Ausonius, Sidonius Apollinaris, Licentius & Severus Endelechius, Publius Optatius Porphyrius, Boethius, Eugenius Toletanus, Modoinus & Jonas Aurelianensis* de qvibus jam diximus. His adde:

1. *Commodiani* Afri librum adversus Paganos, sive Instructiones LXXX. Acrostichibus carmine politico, qvo numerus Hexametri servatur, neglecta syllabarum qvantitate. Floruit hic scriptor, si Gennadium c. 15. de S. E. audimus, post Lactantium, cui sententiæ suffragatur etiam Rigaltius, qvi Sylvestri Pontificis mentionem fieri Instruct. 33. v. 5. non dubitavit, ita enim illum versum legit; *Intrate stabulis Sylvestri ad præsepe Pastoris.* Confer Barthi Adversar. LIII. 5. Verum H. Dodwellus V. C in dissertatione de Commodiani ætate, qvam

An

Annalibus Vellejanis, Qvintilianeis & Statianis Oxon. 1698. 8. subjecit, cum ex toto opusculo observasset illud sæculo tertio & flagrantibus adhuc Ecclesiæ persecutionibus scriptum esse, præcipue cum auctor ipse Instruct. VI. versu 6. annos tantum ducentos à CHRISTO numeret: *Et si parvulitas sic sensit, cur annis ducentis fuistis infantes, numqvid & semper eritis?* Deinceps versum ex instructione 33. ad vestigia MSti Codicis contendit legendum esse sic: *Intrate stabula sylvestres ad præsepia tauri.* Primus Commodianum è Jac. Sirmondi apographo admodum mendoso edidit Nic. Rigaltius, Tulli Leucorum apud S. Belgrand & J. Laurentium typographos Regios 1650. 4. additis notis eruditis. Deinde subjectus est ad calcem Cypriani, Minucii, Arnobii & Julii Firmici, qvi ejusdem Rigaltii & Phil. Priorii cura illustrati prodierunt Paris. 1666. fol. Deinde omissis Rigaltii notis T. 27. Bibliothecæ Patrum Lugd. Deniqve cum Rigaltii animadversionibus, Dodwelliqve dissertatione & præfatione D. Henrici Leonhardi Schurtzfleischii recusus est Witteb. 1705. 4. Dignus est pius hic & zelo CHRISTI plenus scriptor qvi etiam post Rigaltii præclaram operam diligenter à viro qvodam docto excutiatur atqve illustretur.

2. *Andreæ Oratoris* carmen de Maria Virgine ad Rusticianum, apud Barthium lib. 56. c. 16. Adversar.

3. *Be-*

3. *Benedicti Paullini Petrocorii* (n) de vita B. Martini libros ſex, carmen ad nepotulum & Epigramma Baſilicæ Martini apud Turones inſcriptum, qvæ cum Franciſci Jureti, Caſp. Barthii, Jo. Frid. Gronovii & ſuis notis recenſuit Chriſtianus Daumius, addito etiam *Paullini Pellæi* Auſonii Nepotis Euchariſtico & Tertulliani carmine de Jona & Ninive, Lipſ. 1681. 8.

4. *Orientii* (o) Epiſc. Eliberitani, Venantio Fortunato (p) in limine libror. de Martino laudati *Commonitorium fidelium*, carmine elegiaco, cujus librum I. è membranis Aqvicinctinis edidit notisqve illuſtravit Martinus (q) Delrio S. I. Antwerp. 1600. 12. deinde Ramireſius de Prado edi curavit Salmanticæ 1614. 4. Sæpius deinde Delrionis editio recuſa in Patrum Bibliothecis: Andreas qvoqve Rivinus recenſuit Lipſiæ & cum notis ſuis vulgavit Anno 1651. 8. Deniqve Edmundus Martene in nova collectione veterum monumentorum Rothomag 1700. 4. alterum Orientii librum eousqve ineditum adjunxit è pervetuſto Codice Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, ab annis circiter 800 exarato, una cum aliis ejusd. Orientii verſibu

He

(n) *Paulinus Petricoria* dicitur in MS. S Germani de Pratis, teſte Labbeo Bibl. nov. MSS. p. 63.

(o) De hoc Orientio præ ceteris conſules Nic. Antoniur in Bibl. veteri Hiſpana & eruditam H. L. Schurtzfleiſchii præfationem.

(p) *Paucaqve perſtrinxit florente Orientius ore*,

(q) Labbeus Bibl. MSS. p. 63. memorat Orientium editum illuſtratumqve ab Antonio Delrico Salmanticæ 1599.

Heroicis *de nativitate Domini*, *de Trinitate*, *de Nominibus Domini*, & qvos è XXIV. illius præcationibus & *hymnis* jambico versu scriptis solos *duos* reperit. Marteneanam editionem de integro recensuit, variisqve locis castigavit & virorum doctorum animadversiones & copiosa prolegomena adjunxit, qvem paulo ante laudabam Nobilissimus D. Henricus Leonhardus Schurtzfleischius, Wittebergæ 1706. 4.

5. *Magni Felicis Ennodii* Ticinensis Poematum & Epigrammatum libros duos cum reliqvis ejus scriptis à Jac. Sirmondo recensitos & notis illustratos Paris. 1611. 8. & Tomo I. Opp. Sirmondi, fol. 1696.

6. *Fl. Cresconii Corippi* Africani fragmentum panegyricum in laudem Justini Aug. minoris, panegyricum in laudem Anastasii qvæstoris & magistri, & de laudibus Justini minoris libros IV. cum Conradi & Nic. Rittershusiorum, Michaelisqve Ruizii Assagrii notis Altorff. 1664. 4. Pleraqve Corippi illustrat Barthius in Adversariis.

7. *Martini* (r) *Dumiensis* Abbatis, sive qvi idem est *Martini Braccarensis* versus à Sirmondo editos cum Eugenio (s) Toletano pag. 57. Paris. 1619. 8. & Tomo II. Opp. Sirmondi p. 907.

8. *Mar-*

(r) De hoc Martino vide Mabillonii Acta Benedictin. T. I. p. 257.

(s) Hujus Eugenii, ut id obiter notem, sunt versiculi de inventoribus litterarum qvos allegant Petrus Crinitus lib. XVII. c. 1. de honesta disciplina, & Lilius Gyraldus dialogo 1. de Historia Poetarum; aliiqve.

8. *Marci Cassinensis* Monachi vitam S. Benedicti, Elegiaco carmine, in sermone Aimoin Floriacensis de S. Benedicto, Bibl. Floriacens. part. I. p. 281.

9. *Aldhelmi librum* de laude Virginitatis, versibus Hexametris scriptum, qvem ex MS. Oxoniensi emendat Jo. Frid. Gronovius cap. 15. & 20. observat. Ecclesiast. qvi cap. 4. & 8. etiam nonnulla ex ingenio restituere conatus est in Aldhelmi libro ejusd. argumenti prosa scripto qvem ante paucos annos ex MS. Lambethano &Sarisburiensi recensuit Henr. Warthonus vita longiore dignissimus & ad miraculum doctus juvenis, una cum qvibusdam Bedæ opusculis & Egberti Eboracensis Dialogo. Lond. 1639. 4. Ejusd. Aldhelmi Monosticha *Alcuino* vel *Columbano* ab aliis adscripta, cum ænigmatum (t) versibus mille, notis illustrata edidit Martinus Antonius Delrio Mogunt. 1601. 12.

10. *Theodulfi Aurelianensis* carminum libro sex, à Jac. Sirmondo cum aliis ejus scriptis editos Paris. 1646. 8. qvibus adde poemata X. ap. Jo. Mabillonium Tom. I. Analect. p. 376. Hymnos de Natali Domini & ad Sanctos Martyre Sergium & Bacchum &c.

Longius esset recensere poemata *Bedæ*, *Alcuini*, *Pauli Warnefridi*, *Rabani Mauri*, *Walafrid Stra*

(t) Ænigmata illa pluribus versibus aucta in lucem emittere una cum aliis ejusdem prisci Occidentalium Saxonum Episcopi poematis voluit Labbeus, qvi & *Tulli* nescio cujus ænigmata 63. Hexasticha pleraqve omnia memorat p. 6 Bibl. MSS.

trabi, *Hildeberti* (u) *Cenomanensis*, *Fulberti Carnotensis & Petri Mauritii Venerabilis*. *Theodulfi* (x) Eclogam, *Paschasii Radberti* carmen geminum e corpore & sangvine Domini, qvorum posterius Bedæ fortassis rectius tribuitur. *Engelmodi* Suessionensis carmen de laudibus Paschasii. *Smaragdi* carmen Epistolis & Evangeliis præfixum, *Freculphi* præfationem ad libros Chronicorum & *Angelomi* ad libros Regum, *Agobardi* Epitaphium Caroli M. de translatione SS. Martyrum. Cypriani, Sperati &c.

12. *Matthæi Vindocinensis* (de Vendôme) medio sæculo duodecimo clari (y) Metaphrasin elegiacam libri Tobiæ Lugd. 1505. 4. per Stephanum Balandum inter auctores octo morales

(u) Passionem Agnetis sub *Hildeberti* nomine vulgatam à Barthio lib. 31. cap. 13. Adversar. & ab A. Rivino Lips. 1637. 12. cum decem homiliis Hildeberti editam *Alexandri Essebiensis* esse ex Baleo & MS. Jo. Scheferi observat Christianus Daumius ad Paulinum Petrocorium. Alia Hildeberti opuscula memorat & editurum se promisit Labbeus pag. 59 seq. Bibl. MSS. Hildeberti Hymnus rhythmiqve de Trinitate cum oratione metrica ad Dominum vulgatus est ab Usserio de Symbolo p. 36. seq. Prodiit & seorsim Helmstadii in 4. & in c. Hommeyi supplemento Patrum. Paris. 1684. 8.

(x) Theoduli Ecloga, sive libellus in qvo colloqvuntur Ἀλήθεια & Ψεύστης judice Φρονήσει, editus est à Goldasto 1618. in manuali sive Enchiridio Biblico p. 22. seq. sed editus est valde deformis & inemendatus, ut è MS. Codice observat Labbeus, novam ejus editionem pollicitus Bibl. nov. MSS. p. 64.

(y) De Matthæo Vindocinensi videndus Felibienius in historiæ Abbatiæ S. Dionysii, libro V.

les & Argentorati 1510. atqve iterum Lugd 1538. 8. & Basileæ 1563. 4. per Jo. Heroldum ac deniqve curante Jo. Heringio (qvi perpe ram existimavit primum se eam ex Codd. MSS in lucem proferre) Bremæ 1642. 8. de qva plu ra dixi in prolegomenis ad Græco latinam li bri Tobiæ editionem Lipſ. 1691. 8. *Petri de R* *ga* qvi non diu post Vindocinensem vixit, Au roram sive Metaphrasin Poeticam plerorum qve librorum Biblicorum eodem elegiac carminis genere elaboratam & interpolatan ab *Ægidio* Delphensi (de qvo Barthius p. 755. a Gvil. Britonem) magnaqve parte ineditam nisi qvod idem Barthius in Adversariis, XXX 15. &c. Seldenus Syntagmate 2. de Diis Syri c. 4. Georgius Fabricius p. 68. commentar. a Poetas Christianos & alii pauca qvædam ex ill produxerunt. Etiam versus aliqvot in iisder ad Tobiam prolegomenis allati à me sunt e MSto Bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis.

Ceponii (z) *Genesim*, ex qva Barthius qvædar affert ad Statium T. 1. pag. 227. T. 2. p. 122 pluraqve teste Daumio (a) inseruerat libr CIX. Adversariorum.

Gvidonis Ferrariensis margaritam Bibliæ, G raldo Vossioqve nominatam, *Petri de Rosenbei*

me

(z) Hunc Ceponium Episcopum Hispanum fuisse obse vat Reinesius Epist ad Daumium p. 212. ubi mentio carmin de fabula Phaetontis, ad Satanam è Cœlo detrusum relati.

(a) Daum. de caussis amissar. latinæ lingvæ radicum 77. seq.

emoriale Divinorum eloqviorum & ratio-
arium Evangeliſtarum.

13. *Metelli Tegerenſis*, Monachi Benedictini rca A. C. 1060. clari Odæ Qvirinales in lau-
em S. Qvirini Martyris (metris Horatianis) & clogæ aliæ decem editæ à Caniſio T. 1. Antiqv. ect. in appendice.

Henrici Monachi Altiſſiodorenſis de vita S. Ger-
ani libros VI.

Anſelmi Cantuarienſis carmen de contemptu undi.

Vitam Brigittæ Scotæ, auctore *Chilieno* Mona-
io, apud Bollandum die 1. Februarii pag. 141. q. Vitam Theophili pœnitentis, auctore *Mar-
do*(b) Epiſcopo Rhedonenſe apud eundem die ebruarii 4. p. 486. ſeq. Vitam Petri Cœleſtini ontificis, auctore *Jacobo* Cardinale *Cajetano* ap. pebrochium T. 4. Maji die 19. &c.

14. Poëmata (c) *Rhoſvvitæ monialis* Gandershei-

Zz

(b) Marbodei hujus carmina qvam plurima una cum ali-
ot Epiſtolis edita An. 1524. Rhedonis, formis parum ele-
ntibus.

(c) Poëmata Rhoſwitæ ſunt: 1. *Comœdiæ ſex*, Terentii emplo ſcriptæ, Gallicanus, Dulcitius, Callimachus, braham, Paphnutius, Fides, Spes & Charitas. 2. Præfatio-
s in Comœdias & alia opuſcula ſua carmine conſcripta. Hiſtoria Nativitatis laudabilisqve converſationis intactæ ei genitricis B. Mariæ Virginis. 4. Hiſtoria Aſcenſionis omini. 5. Hiſtoria & vita S. Gangolphi. 6. Hiſtoria S. lagii & paſſio ejus. 7. Hiſtoria lapſus & converſionis S. heophili. 8. Hiſtoria de converſione deſperati ſervi Pro-
rii per S. Baſilium. 9. Hiſtoria paſſionis S. Dionyſii, egre-
gii

heimenſis circa A. C. 980. claræ, qvæ poſt edi
tionem Conradi Celtis (d) Norimberg. 1501
raro obviam, laudabili induſtria recenſuit il
luſtravitqve D. Henr. Leonhardus Schurtz
fleiſch. Witeb. 1707. 4. præmiſſa Rhoſvvit
vita ſcripta ab H. Meibomio.

Rilindis Abbatiſſæ Bergenſis verſus. *Prudent*
item *Trecenſis* carmen ap. Barthium lib. 18. c. 1
Verſus *Salomonis Conſtantienſis* ad Didonem, a
Caniſium T. I. Antiqv. Lect.

15. *Hartmanni* ſive Hartmuti potius (vid
Lambec. lib. 2. de Bibl. Vindob. pag. 1005
Bernardi Abbatis S. Galli, *Eckerardi*, *Notkeri Balb*
li, *Notkeri Medici*, *Ratperti*, *Strabi Galli Fuldenſ*
Tutelonis, *Waldrammi & Anonymorum* apud eun
dem T. V. *Petri Pictavienſis* in Bibl. Cluniacen
pag. 604. *Arnulphi Lexovienſis* poëmatia ab An
drea Rivino cum notis edita, Lipſiæ 1655.
qvi etiam *Jo. Sariſberienſis* Evtheticon ſive N
theticon & carmen de membris conſpirant
bus, cum animadverſ. ſuis recudi juſſit. *Be*
nardi Morlanenſis libros tres de contemptu mu
di, carmine rythmico dactylico ad Petru
Cl-

gii Martyris. 10. Hiſtoria paſſionis S. Agnetis virginis
Martyris. 11. Hiſtoria & Panegyricum in laudem & ge
Ottonis M. cum duplici Rhoſwithæ præfatione: qvem p
negyricum recudi curavit etiam Juſtus Reuberus & Meil
mius uterqve.

(d) Vide Nic. Hieron. Gundlingii Obſervationes ſe
ctas ad rem literariam ſpectantes T. 1. p. 13. Morlierii
brum qvem inſcripſit Eſſais de litterature pour la conno
ſance des livres A. 1702. T. 1. p. 58. ſeq.

Cluniacensem Abbatem, à Nathane Chytræo ditos, *Bernhardi Geistensis* Palponistam, illustratum à Christiano Daumio, Cygneæ 1660. 8. *Pe-i Blesensis* de Evcharistia, inter ejus opera cum otis Petri Gussanvillensis &c.

16. De his aliisqve Poëtis Christianis plura egi possunt apud Daumium in syllabo Poëtaum Christianorum veterum, Paulini Petroorii editioni præmisso, & in præfatione ad Iieronymi Theologi Græci Philoponiam. In jusd. qvoq; Daumii Reinesiiqve Epistolis amœæis; apud Barthium in adversariis & aliis scritis, in Caroli du Fresne indice Auctorum Glosirio mediæ latinitatis præfixo, apud Gyralum, Vossium, & Borrichium de Poëtis, apud abbeum, Jo. Gotfr. Olearium, Caveum & llliesium du Pin de scriptoribus Ecclesiasticis.

17. *Franciscum Juretum* Christiana vetera oëmatia edenda suscepisse testatur Pithœus ræf. ad Epigrammata antiqva à se collecta. ylloge ejus qvod sciam lucem non adspexit: leqve Philippi Labbei qvi in Bibl. nova MSS. ag. 56. seqq. exhibet Coronidem Poëticam ve Catalogum Poëtarum veterum Christiaorum ineditorum vel rariorum qvos junctim dere constituerat, in qvibus memorantur tiam *Bernhardi Sylvestris* Cosmographus, Mirocosmus, formula honestæ vitæ, & qvædam Grammatica ordine Alphabetico. *M. Gvalfredi* carmen de qvinqve partibus Rhetoricæ, inentione, dispositione, elocutione, memoria &

pronunciatione. *Hieronymi Ventuvelli* Forosem pronienfis Gallus gallinaceus ad Antoniun Urbinatem poëma qvadringentorum verfuun fatis elegans & venuftum cum præfat. & *Hugbal di* Monachi Elnonenfis Cœnobii Ord. S. Bene dicti poëmation in laudem calvorum, Carol Calvo dicatum, in qvo fingula verba à litter C. incipiunt. *Leonii* presbyteri Parifienfis Hi ftoriarum *V. T.* libri XII. Heroico carmine cur aliis qvibusdam ejusdem poëmatiis. *Radulfi a Praëllis* Confiliarii & Magiftri hofpitiorum Ca roli V. & VI. Mufa five fatira profaica in viti fui temporis.

III. *Philippi Gualteri*, (e) Infulenfis Epifcop Magalonenfis; *Alexandreis* five de rebus ge ftis Alexandri M. *libri X.* circa A. C. 1171. car mine Heroico non ineleganter defcripti prc diere Argentinæ 1513. Ingolftadii 1541. 8. con fer de hoc fcriptore Reinefium Epift. 75. a Hofmannum, & Epift. ad Daumium pag. 178 Var. Lect. pag. 404. Barthium ad Britoner pag. 10. & 754. & ad Claudianum edit. fecun dæ pag. 1140. Voffium de Hift. Græcis lib. 2. c 27. & de Poëtis lat. p. 74. M. Danielem Ome fium diff. de ætate Q. Curtii §. 15.

Gur

(c) Virgilio & Lucano exfulare juffis Gualterum fua æta te in fcholas receptum qveritur Henricus Gandavenfis. A lanus vero in Anti Claudiano fuo eum perftringit his verf bus:

Mævius in cælis ardens os ponere mutum
Gesta Ducis Macetum tenebrosi carminis umbra
Dicere dum tentat - -

Guntherus Monachus Cistercienſis circa A.C. 1210. clarus carmine itidem Heroico ſcripſit *Ligurinum* ſive de rebus à Friderico I. Barbaroſſa per Italiam, ac Liguriam præcipue geſtis libros . qvos in ſylvæ Herciniæ cœnobio Eboracenſi repertos Conradus Celtes communicavit cum eutingero aliisqve viris doctis qvi ediderunt uguſtæ Vindelic. 1507. (non 1500. ut eſt apud ræſtantiſſ. Caveum.) Hinc cum ſcholiis Jaco- Spigelii recuſi ſunt Argentinæ 1531. Dein- e Baſil. 1569. apud Petrum Pernam cum præ- t. Melanchthonis, atqve iterum cum præfat. emendationibus nonnullis Petri Pithœi. um additis ex editione Argentorat. Spigelii holiis Francofurti 1582. apud Wechel. inter riptores rerum Germanicarum collectos à ſto Reubero. fol. Deniqve cum notis eru- itis Conradi Rittershuſii 1598. 8. Ejusdem untheri poetæ pro ætate ſua inſignis *Solymari- n* ſive poema de bello ſacro non vidit lucem.

IV. *Gvil. Britonis* Aremorici *libri XII. Philippidos* ve poëma Heroicum de rebus Philippi Fran- orum Regis ad Ludovicum ejus filium, poſt thœi & Ducheſnii editiones una cum copio- Caſparis Barthii annotationibus lucem ad- exere Cygneæ 1657. 4.

V. *Petrus Apollonius Collatius* Presbyter Nova- enſis, recens ſæculi decimi qvinti ſcriptor & oëta non infelix, neſcio qvi factum ut à Bib- lothecæ Patrum collectoribus ad ſeptimum ſæ- ulum referretur, & ab aliis viris doctis pro an-

 tiqvo

tiqvo haberetur. Vide Barthii adverſaria pag 1163. ſeqq. Voſſium lib. 3. cap. 10. de Hiſt. La tinis. Daumium p. 26. ſeq. Epiſt. ad Reineſium ubi ad ea qvæ ille p. 15. & in variis lectionibu p. 642. ſcripſerat, reſpondet. Vide etiam cla riſſimos viros Petrum Bælium in Lexico in *Col latius*, & Ludolfi Neocori Bibl. novorum libr rum A 1698. pag. 736. ſeq.

1. Prodiere hujus Collatii *de excidio Hieroſol mitano libri IV.* Antwerpiæ 1586. 8. qvæ non ſe cunda ut habet titulus, ſed qvarta eſt ejus po matis editio. Prima Mediolanenſis lucem a ſpexit A. 1481. 4. deinde Jo. Gagnæus edid Pariſ. 1540. tertium Margarinus de la Bigne i ſeruit Bibliothecæ Patrum.

2. In *faſtis* ejus, pietatem laudat Jul. Cæſ Scaliger p. 735. de re poetica.

3. *Carmen Heroicum de Davide & Goliath* ad La rentium Medicem: *CHriſti querelam ad Juda* eodem verſuum genere, *Elegiam de laudibus ta ruſticæ, & Epigrammata* ex Ant. Magliabec beneficio vulgavit Lazarus Auguſtinus Co JCtus Novarienſis, Mediolani 1692. 4.

4. Jo. Mabillonius T. 1. Muſei Italici p. 1 eadem à Magliabecho ſibi muneris loco d referens addit inter Epigrammata illa qvoq fuiſſe *Pauli IV. & Sixti IV. Epitaphium*. Hæc in C tæ editione fruſtra qværes, fortaſſe qvod rum honoris allatura viderentur Pontificib

C

CAPUT III.
DE SCRIPTORIBUS ANTIQVIS CHRISTIANIS.

Viri docti qui scriptorum Ecclesiasticorum notitiam tradiderunt. 1. Scriptores latini Christiani, qvi latine scripserunt sæculo primo. 2. Secundo. 3. Tertio. 4. Qvarto. 5 Qvinto 6. De sæculi duodecimi scriptore Joanne Sarisberiensi. 7.

I. ECCLESIASTICOS SCRIPTORES huic Bibliothecæ inserere non est nostri instituti. Versantur in manibus omnium qvæ in illo genere utiliter litteris consignarunt *Sixtus Senensis, Antonius Possevinus, Rob. Bellarminus*, qvique in hunc supplementa edidere *Philippus Labbeus* & *Casimirus Oudin*, tum ex nostris *D. Jo. Gerhardus* & *Jo. Gotfridus Olearius*. Præ ceteris autem commendatissimi studiosis harum litterarum sunt duo nuperi scriptores, qvorum alter Gallus *Ludovicus Ellies du Pin* patrio idiomate Bibliothecam Ecclesiasticam magno legentium fructu condidit, pluribus in qvarto ordine voluminibus, qvorum aliqva jam sunt in latinam lingvam, universa in Anglicam qvoqve, translata: Anglus alter pluribus aliis scriptis de Historia Ecclesiæ meritissimus *Gvilielmus Caveus*, Historiam litterariam scriptorum Ecclesiasticorum per XII. (a) sæcula Latino idiomate, dupli-

(a) Reliqva usqve ad B. Lutherum supplevit Henricus Warthonus in ætatis flore A. 1695, cum magna litterarum jactu.

plici insigni volumine in folio docte complexus est, qvem adire possunt, qviqvi de ætate vita & scriptis auctorum Ecclesiasticorum, ac de Conciliis in prisca Ecclesia habitis, instrui cupiunt. Ne tamen præsenti in libello qvic qvam merito possit desiderari, per qvatuor priora à Christo nato sæcula scriptores Latinos Ecclesiasticos celebriores, qvorum scripta ad nos pervenere, hoc loco paucis perstringam indicata simul uniuscujusqve optima editione.

II. *IN PRIMO SECULO* nullus occurrit, si de cesseris à suppositítiis scriptis, v. gr. *Martialis Lemovicensis* (cujus Epistolas binas una cum Gennadio de Ecclesiasticis dogmatibus notis illustravit Geverhardus Elmenhorstius Hamb 1614 4.) & ex Græco translatis *Hermæ* ac *Clementis*, sed qvæ versione, longe post ea tempora compositæ sunt, & in Cotelerii Patribus Apostolicis leguntur: tum *Abdiæ* (b) qvem cum bre

vi

jactura denatus, & in posteriore Volumine Robertus Gerius AmboVolumina conjunctim una serie digesta ediderunt Genevenses anno superiore 1707. Dicitur & auctor ipse doctissimus novam moliri pleniorem emendatioremqve ἐκδοσι operis præstantissimi.

(b) Sunt nonnulla qvæ perspicue svadent libros X. historiæ certaminis Apostolici qvi ambulant sub nomine Abdia scriptos esse latine, non translatos è Græco. Neqve tamen certum est Actus Leucii Manichæi sub Abdiæ nos nomine legere. Nam Augustinus c. 38. de fide contra Manichæos & alibi qvædam ex Actibus illis refert, qvæ in Abdia hodie vel plane non occurrunt, vel aliter narrata leguntur. Primum PseudoAbdiam edidit Wolfgangus Lazius Basileæ 1551. fo

vibus notis meis excudi feci in Codice Apocrypho N.T. Hamb. 1703. 8.

III. *IN SECUNDO SECULO* ſolus *Q. Septimius Florens Tertullianus*, *Carthaginienſis* ex editione Philippi Priorii, cum integris Nic. Rigaltii, ſelectis Pamelii, Cerdæ & aliorum, additis etiam ipſius Priorii notis, Pariſ. 1663. fol.

Irenæus Latine ſcripſerit an Græce dubitatum eſt à magno Eraſmo. Græce primum, deinde Latine ſcripſiſſe putarunt Poſſevinus & Fevardentius. Latine ab auctore fuiſſe exaratos libros V. de hæreſibus videtur etiam innuere Caſſander p. 4. Liturgicon & Vavaſſor p. 287. libri de ludicra dictione. Livius vero Galantes p. 19. comparationis Theologiæ Chriſtianæ cum Platonica Irenæum inter latinos Patres ſatis celebratum appellat. Viciſſim in indice ſive ut ſcribit ille *cathalogo* auctorum qvi operi præfigitur, Arnobium videas Græcis Eccleſiæ doctoribus perperam annumerari. Alii verſionem Irenæi nec ab ipſo tamen profectam Irenæo nos habere recte agnoſcentes, interpretem Tertullianei ævi eſſe exiſtimant, qvi nihil aliud afferunt probationis loco, niſi qvod ante Auguſtinum ſcripſiſſe videatur, contra qvod multa objici poſſunt, ut ait Pearſonius parte 2. Vindic. Ignatii pag. 169. At enim Græce ſcripſiſſe Irenæum & longo tempore interjecto poſt Annum C. 385. occaſione Priſcillianiſtarum illam qvam habemus verſionem neſcio qvo auctore concinnatam eſſe oſtendit

H.Dodwellus diss. V. in Irenæum, cujus novam editionem tum meditabatur Vir doctissimus. Interim luculentam ejusdem pii & antiqvi scriptoris ἔκδοσιν debemus Clarissimo Viro Joanni Ernesto Grabio. Oxon. 1702. fol. Utinam Græca qvæ alicubi in Orientis Bibliothecis dicuntur delitescere, tandem in dias luminis auras proferantur.

IV. *IN SECULO TERTIO M. Minutius Felix*, ex edit. Jac. Oiselii cum variorum notis Lugd. Bat. 1672. 8. & cum notis Nic. Rigaltii selectisqve variorum & novis V. C. Joannis Davies animadversionibus, Cantabrig. 1707. 8.

Thascius Cæcilius Cyprianus ex edit. præclara Jo. Felli, Oxoniensis Episcopi cum Annalibus Cyprianicis Jo. Pearsonii Oxon. 1682. fol. Bremæ 1690. Amst. 1699. ubi & Henr. Dodvvelli dissertationes Cyprianicæ exhibentur, qvæ Oxonii qvoqve seorsim prodierunt 8. & fol.

Arnobii Oratoris, gente Afri *libri VII. adversus Nationes* qvas circa annum U. C. 1050. h. e. CHRISTI 298. scripsisse se innuit p. 94. editionis præstantissimæ qvæ è Salmasii castigatione cum notis integris Theodori Canteri, electis Godeschalci Stevvechii & Gebhardi Elmenhorstii, Desideriiqve Heraldi observationibus prodiit Lugduni Bat. 1651. 4. Commentario qvi accedere debuit Salmasii, fata intercesserunt. Evolvi tamen commentarium ejus inchoatum, qvi inedit⁹ est in Bibl. Gudiana & de nominibus veterum multa erudite disputat. Joannis

Meur

Meursii Criticus Arnobianus cum Hypocritico Minutiano & Variis Lect. MS. Regii Paris. Arnobii excerptis à Josepho Scaligero prodiit Lugd. Batav. 1598. 8. Jul. Cæs. Bulengeri Eclogarum ad Arnobium lib. 1. Tolosæ 1612. 8. Arnobium suis & selectis aliorum notis illustratum Cypriano subjecit Philippus Priorius, Paris. 1666. fol. Alius Arnobius junior qvi medio seculo qvinto ad Leontium & Rusticum scripsit *commentaria in Psalmos* (c) edita Argentinæ 1522. 4. cum Erasmi commentario in Psalmum 2. Deinde recusa Colon. 1532. 8. Basil. 1537. 8. & ex Laur. de la Barre recensione & Paris. 1639. cum annotationibus ejusdem Arnobii ad qvædam Evangelistarum loca post editionem Gilberti Cognati, Basil. 1543. 8. à Schotto recensitis, & in supplemento Bibl. Patrum Parisiensi T. 1. p. 388. 815. & in Bibl. Patrum Lugd. T. 8. p. 203. 329. Latini Latinii castigationes ad editionem Basil. 1537. exstant in ejus Bibliotheca sacro profana pag. 95. — 98. *Altercationem* hujus Arnobii cum *Serapione Ægyptio*, ad calcem Irenæi subjecit Fevardentius (in Grabiana Irenæi editione omissam) & in supplemento suo p. 352. & Bibliotheca Patrum, recuderunt Parisienses & Lugdunenses

Victorinus Petavionensis Pannonius, sub cujus nomine commentarius in Apocalypsin in Biblio-

(c) Patiniana p. 130. *Cujas disoit qu'il n'avoit jamais lû de livre on il n'eut appris qvelqve chose, excepté Arnobe sur des Pseaumes.*

bliothecis Patrum legitur. Scio plerosqve illum Victorino abjudicare, sed fieri potest ut partim illius sit, partim alterius, sive ab alio interpolatus, qvod est judicium Launoji pag. 50. diss. de Victorinis, Paris. 1653. 8. Tractatum brevem de fabrica mundi sub Victorini nomine vulgavit doctissimus Caveus in hist. litteraria.

Cœlius Lactantius Firmianus inter primos libros typis exscriptos lucem vidit. Editionem Romanam *Anni* 1461. memorat Clariss. Montfauconus in Diario Italico p. 256. *Anni* 1465. Hottingerus in Bibliothecario qvadripartito & Langius in Epistolis Medicinalibus p. 560. *An.* 1468. Rich. Simon parte 2. Epist. selectar. p. 151. Certe constat editionem Romanam *A.* 1474. qvæ erat in Bibl. Gudiana, & undecim circiter marcis veniebat, perperam in Catalogo illo pag. 33. pro prima omnium venditari. Alias ut omittam, memorandæ in præsenti sunt editiones Veneta 1535. 8. ap. Paulum Manutium curante Honorato Fasitello: Basil. 1556. 1563. fol. cum Xysti Betuleji commentariis: Antwerpiensis Plantiniana 1570. & 1587. 8. cum notis Mich. Thomasii, Lactantium qvo magis Catholicum redderet subinde audacius altercantis: Antonii Thysii Lugd. Bat. 1652. 8. Servatii Gallæi Josephum Isæum Cæsenætem (qvi A. 1646. cum notis Lactantium in patria sua edidit) potissime secuti, Lugd. Bat. 1660. 8. Oxoniensis A. 1684. 8. cum notis Thomæ Spark: & Cantabrigiensis ad MSS. Codices & veteres editiones recensita 1685. 8.

&

& Lipsiensis deniqve cum notis Christophori Cellarii τῦ μακαρίτυ 1698. 8. Ejusdem Lactantii *liber de mortib⁹ persecutorum* ex codice Colbertino vulgatus primum est Paris. A. 1679. in tomo secundo Miscellaneorum plæclari viri Steph. Baluzii, deinde ut alias prætercam editiones à Clariss. Paulo Bauldri Ultraject. A. 1692. 8. cum notis tum suis ipsius, tum Baluzii, Gisb. Cuperi, Jo. Columbi, Tho. Sparkii, Nic. Toinardi, Jo. Georgii Grævii, Tho. Galei, Eliæ Boherelli aliorumqve & H. Dodvvelli diss. de ripa striga & Theod. Ruinarti præfatione ad Acta Martyrum, Dodvvellianæ de paucitate martyrum dissertationi (XI. Cyprianicæ) opposita.

V. *IN SECULO QVARTO Julius Firmicus* de qvo supra lib. 3. c. 8. dixi. *Hilarius Pictaviensis* ex editione Petri Coutant & aliorum Benedictinorum Paris. 1693. fol.

Phœbadius ex edit. Casp. Barthii Frf. 1623. 8.

Patianus ex edit. Jo. Tilii Paris. 1538. 4.

Ambrosius ex edit. Benedictorum Nic. Nurrii & Jacobi Frischii, Paris. 1686. 1691. fol. 2. vol. Huic Ambrosio viri docti etiam adscribunt libros V. de excidio Hierosolymitano ex Flav. Josepho liberiore versione expressos & sub *Hegesippi* nomine editos, de qvibus vide Rev. Doctoris mei Thomæ Ittigii prolegomena ad Josephum. Sed Benedictinis neq; stylum neqve ingenium Ambrosii referre videtur.

Hieronymus ex edit. Francofurtensi 1684. fol. 3. volum, qvam multis parasangis post se reliqvit

qvit Parisiensis cura Joannis Martianay, Antonii Poucheti aliorumqve Benedictinorum vulgata, cujus primus tomus latinam Scripturæ versionem complexus sub Bibliothecæ divinæ titulo prodiit 1693. fol. Cæteri qvatuor tomi viderunt lucem A. 1700. 1704. & 1706. Primum & secundum tomum perstrinxere Rich. Simon in Epistolis Criticis & in qvæstionibus Hieronymianis Joannes Clericus.

Philastrius ex editione Joannis à Fuchten una cum supplemento Helmst. 1611. 1621. 4. Meliorem hujus scriptoris editionem daturus sum proxime si DEUS valetudinem benigne concesserit.

Rufini varia exstant, qvæ nondum sunt in unum corpus omnia à qvoqvam collecta. Plurima ex Græco in latinum convertit, ut Josephum de bello Judaico, Recognitiones Clementis, Origenis non pauca & Eusebii Hist. Ecclesiasticam qvam duobus etiam libris auxit sed in interpretationibus suis usus est nimia sæpe interpolandi libertate. Transtulit & *Sexti Pythagorei* Sententias, qvas sub Xysti Episcopi Romani nomine edidit & annulum inscripsit Graviter eo nomine in eum invehitur Hieron non uno in loco. Gelasius autem annumera Apocryphis. Ceterum optandum fuerat sen tentias illas præstantissimas Græce exstare, u à Rufini interpolationibus Sexti verba distin gvi possent. Paucæ qvædam occurrunt, se nulla Sexti mentione apud Stobæum in gno

mi

nis Nili & inter sententias Demophili ac Democratis ab Holstenio vulgatas: & laudato Sexti nomine ap. Origenem libro contra Celsum octavo pag. 397. & T. 15. in Matthæum pag. 366. In editione Sententiarum Sexti ex Rufini versione, qvam adornavit Symphorianus Champerius, habetur gnome: *Libertatem arbitrii sui permisit hominibus Deus, ut pure & sine peccato viventes Deo similes fiant.* Agnoscit Augustinus & Pelagius, at in editionibus Galei, cum opusculis Mythologicis, Physicis & Ethicis, Cantabrig. 1671. Amst. 1688. 8. in Bibl. Patrum, in Poiretiana post ideam Theologiæ Böhmianæ & in aliis plerisqve desideratur. Etiam Symphorianus Champerius in duas partes gnomologicon illud distinxit, qvæ divisio antiqva est memorata Hieronymo lib. contra Jovianum. Ceterum Maximus ille, qvi in Dionysium Pseud-Areopagitam Scholia scripsit, Sextum hunc Ecclesiasticum Philosophum appellat. Passim qvoqve Sixti Philosophi sententiæ allegantur à Thoma Bradwardino in præstantissimo opere de causa DEI causæ causarum adversus Pelagium. Auctor incertus operis de vitis Philosophorum qvod folii forma excusum est temporibus nascentis typographiæ, Sexti meminit capite 110. his verbis: *Xystus Pythagoricus Philosophus qvi claruit temporibus Octaviani Imp. scripsit librum sententiarum moralium notabilium, qvem Enchiridion appellavit: qvem librum Rufinus presbyter claro sermone ad Ayamæ cujusdam preces de Græco in*

La-

Latinum transtulit, de qvo libro B. Augustinus mentio-nem facit in libro retractionum. Deinde insignio-res qvasdam sententias excerpit, qvod faci-etiam Vincentius Bellovacensis in speculo Hi-storiali. Rufini Historiæ Ecclesiasticæ libri 2 Græce olim exstabant translati à Gelasio Ca-sareensi & Cyrillo Hierosol. teste Photio Co-LXXXIX. Græca versione usi sunt Theodor-tus & Socrates. At Sozomenus idem Rufi-σύνταγμα laudat ρωμαικῆ λέξει συγγεγραμμέν lib. 1. c. 12. Libros antiqvitatum Judaicaru-Josephi non Rufinus vertit, sed *Epiphanius* Scho-lasticus, sub cujus nomine edere Oxonii cœp-Edvardus Bernhardus. De Comentario Rufi-in Symbolum legendus Erasmus ad 1. Cor. XV

Optatus Milevitanus exstat è præclara editio-ne Ellies du Pinii, una cum ipsius & Albaspina-Mericiq; Casauboni & aliorum hominum eru-ditorum notis Paris. 1699. & Amst. 1701. fol.

Paulinus Nolanus ex edit. Jo. Baptistæ le Bru-Paris. 1685. 4. 2. volum.

Augustinus ex edit. Francisci Delfau, Thom-Blampini & aliorum Benedictinorum Congr-gat. S. Mauri. Paris. T. I. & II. 1679. III. 1680. I-1681. V. 1683. VI. & VII. 1685. VIII. & I-1688. & X. 1690. His decem voluminib-deniqve A. 1701. undecimus accessit vitam (

A.

(a) Fatentur Benedictini se in vita Præsulis Hippone-contexenda usos fuisse observationibus accuratissimi Ti-montii, cujus Tomus XIII. postumus memoriarum Histo-Eccles. Vitam S. Augustini exhibens prodiit Gallice Pa-1703. 4.

Annalesqve & indices complexus. Recusa hæc editio minoribus typis Amstelodami cum accessionibus qvibusdam & Appendice, Joannisqve Clerici sive Phereponi ad qvædam loca animadversionibus, qvas nuper ad examen revocavit Rob. Jenkins, Theologus Cantabrigiensis. Jam eadem Parisiensis editio Venetiis ut audio recuditur. His adde:

VI. *Ex SECULO QVINTO Severum Sulpicium* cujus duos libros Historiarum primus edidit Flacius (b) ex MS. Bibliothecæ Hildesiensis Basil. apud Oporin. 1556. 8. notis illustrarunt Car. Sigonius, Jo. Drusius, Victor Giselinus, Henricus Mercerus, Georg. Hornius, Jo. Vorstius, Christianus Schotanus. Gallice vertit Girius &c. Vita Martini Turonensis (qvam laudat Paulinus Petrocorius lib. V. 193. 211.) Epistolæ tres, totidemqve dialogi lucem adspexere ex officina Aldi 1502. 4. cum Juvenco & aliis, atqve Paris. 1511. qvas binas editiones Rittershusius Epistola MS. ad Putschium tam emendatas esse affirmat, ut veteris manu exarati Codicis instar esse possint. Novam Severi Sulpicii editionem exspectamus à Theodoro Gorallo sive

 Joan-

(b) Flacius nomen suum primis tantum litteris M. F inserat, unde Antonius Godellus hujus rei ignarus mirificis laudibus extulit editorem Sulpicii, modestiam ejus prædicans, qvod non ferens Vavassor bono illi viro gravem dicam scribit, ac si nescio qvod patrasset scelus, hæreticum impurum ut vocat & neqvam laudando, cum Vavassor ipse sibi tantis laudibus efferat non modo Ciceronem & Qvintilianum Ethnicos, sed Martialem qvoqve & Catullum impuros & neqvam Ethnicos.

Joanne Clerico, qvam septem præterea Episto-lis à Baluzio & Dacherio editis ornabit. Vid Memorias litterarias Trivultinas sive Domben-ses A. 1701. T. 1. p. 278. seq. edit. Amstelod.

Paulum Orosium Presbyterum qvi circa A. C 416. vel 417. scripsit & cujus libri VII. Historia-rum adversus paganos prodiere Mogunt. 1615 8. cura Andr. Schotti, ubi Franc. Fabricii & Lud. Lantii notæ additæ, & libri 1. caput pri-mum (qvod sub Æthici etiam legitur nomine) auctius exhibetur qvam in superioribus editio-nibus, de qvibus consulendus Nic. Antoniu in Bibl. Hispana veteri, Bælius in lexico & Da-niel Gvilelmus Mollerus in diss. de Orosio Al-dorf. 1689. Antiqvissima editio Basileensis a Ænea qvodam recensita & excusa ap. Leonhar-dum, carens indicio anni, sed qvam facile ap-pareat diu ante finem sæculi decimi qvinti pro-diisse, cum MSto Codice Genevensi collata Dan. Clerico exstat apud fratris filium Joan-nem Clericum, cujus vide si placet artem Cri-ticam parte 3. p. 261. seq. Venetam editionem A. 1500. expensis Bernardini Veneti de Vitali-bus vulgatam laudat Barthius XXXVI. 17. Ad-versar. Versionem Anglo-Saxonicam ab Alfre-do compositam & hactenus ineditam brevi ex-spectamus à Wilhelmo Elstob. Germanice transtulit Hieron. Boner. Francof. 1576. fo Gallice Philippus Niger Paris. 1526. f. Italice M. A. Bonaccivolus Venet. 1528. 8. De inscri-ptionibus hujus operis Orosiani *Hormesta* vel

Orm

Ormesta vel *Orchestra* deniqve, pro qvo Vossius malebat ὁρμαθὸς, Barthius *omnis historiæ*, Bongarsius deniqve præf. ad gesta DEI per Francos, titulum hunc in antiqvissimo se codice reperisse testatus, *de miseria hominum*, consule Cangii glossar. latin. Vossium de Historicis lat. & p. 63. Hist. Pelag. Reinesium pag. 386. seq. Var. Lect. Barthium lib. 36. c. 17. Adversar.

De *Ausonio, Sidonio Apollinari*, & *SECULI VI.* scriptoribus *Cassiodoro, Boethio, Jornande* supra suo loco diximus.

VII. Meretur etiam hoc loco memorari *SECULI* qvamvis *DUODECIMI* scriptor & Petri Abælardi auditor *Jo. Sarisberiensis*, in cujus libris VIII. Policratici (c) sive de nugis curialium & vestigiis Philosophorum, varia præclara & ex scriptis melioris ævi excerpta continentur. Prodiere Paris. 1513. 4. Lugd. Bat. 1595. 8. cum ejus libris IV. Metalogicis, in qvibus varia Logica & Philologica jucunde edisserit, Paris. 1610. 4. Lugd. Bat. 1639 8. Amst. 1664. 8. De aliis ejus scriptis vide Caveum. Atqve hæc de Christianis Scriptoribus hactenus.

(c) *Polychronium* vocat Joannes Tinmuthensis Histor. aureæ lib. XXII. c. 88. apud præstantissimum Caveum.

CAPUT IV.

DE HISTORICORUM Fragmentis & Collectionibus.

Fragmenta Historicorum collecta ab Ant. Augustino & Fulvio Ursino, ab Antonio Riccobono & Ausonio Popma 1.

Corpus Hist. Romanæ scriptorum. 2. Scriptores à Syl burgio junctim editi. 3. à Grutero, Blancardo & aliis. 4 à Dionysio Gothofredo. 5. Onufrio Panvinio. 6. Collectio nes qvibus titulus Resp. Romana. 7.

I. FRAGMENTA HISTORICORUM al *Antonio Augustino* collecta & à Fulvio Ursino e mendata, cum Ursini ad Sallustium, Cæsarem Livium, Vellejum, Tacitum, Svetonium & re liqvos Historiæ Augustæ scriptores observatio nibus edita Antwerpiæ A. 1595. 8. *Q. Fabii Pi ctoris, & Fabii Maximi Serviliani* p. 3. 8. *C. Licinii Ma cri* ad p. 12. *Sempronii Asellionis* ad p. 14. *L. Cœl Antipatri*, ad p. 20. *Q. Claudii Quadrigarii* ad p. 25 *Clodii Licinii* sive *Claudii* qvi C. Acilii annales Ro manos ex Græco Latine vertit p. 29. *L. Cincii Al menti* p. 30. *Cn Gellii* ad p. 33. L. Calpurnii Piso nis Frugi ad p. 39. ubi & C. Calpurnii Pisonis (Poetarum M. Pisonis & L. Pisonis mentio. Frag menta *L. Cassii Heminæ* ad p. 41. *L. Cornelii Sisen* ad p. 54. Sisenæ fragmenta Christophorus po stea Colerus inseruit notis ad Sallustium. Ea dem pluribus locis emendat Elias Putschius i Variis Lect. MSS. lib. 1. c. 2.

Sed & *Antonius Riccobonus* ad calcem libri d Historia collegit fragmenta *M. Porcii Caton Censorini, Q. Claudii Qvadrigarii, L. Sisenæ, C. Cris Sallustii, M. Varronis, Fabii Pictoris, Pisonis Frugi, (Fanni, L. Cœlii Antipatri, Sempronii Asellionis, C. Licin Macri, Valerii Antiatis, L. Cassii Heminæ, Q. Ælii Tub ronis, C. Oppii. Cornelii Nepotis, P. Nigidii, M. Valer Messalæ, Fenestellæ, Atteji Capitonis, Masurii Sabin*

Tud

Tuditani, Cn. Gellii, L Cornelii Syllæ, L. Cincii Alimenti, Julii Hygini & Sammonici Sereni. Venet. 1568. 8. Basil. 1579. 8.

Ausonius deniqve *Popma* fragmenta Historicorum A. 1620. 8. collegit, qvæ Sallustii qvibusdam editionibus, uti Amstelodamensi 1661. 12. subjiciuntur. Nomina illorum sunt: *Q. Fabius Pictor, Q. Fabius Servilianus, L. Cincius Alimentus, C. Acilius, C. Fannius,* (de qvo Bælium consules in Lexico) *Vennonius Scribonius Libo, M. Porcius Cato, A. Posthumius Albinus, Cn. Gellius, Sex. Gellius, L. Calpurnius, Piso Frugi, Lutatius, L. Cœlius Antipater, Q. Ælius Tubero, P. Rutilius Rufus, P. Sempronius Asellio, Clodius Licinius, C. Licinius Macer, L. Cassius Hemina, Claudius Qvadrigarius, Q. Valerius Antias, Cn. Aufidius, L. Cornelius Sisenna, M. Terentius Varro, Q. Hortensius Ortalus,* (de hoc qvoqve ubi voles Bælium consules) *T. Pomponius Atticus, Cornelius Nepos, L. Fenestella, Tanusius Geminus, Domitius, Cn. Ignatius Verinus & M. Octavius.*

II. CORPUS HISTORIÆ ROMANÆ SCRIPTORUM LATINORUM Veterum Genev. 1609. fol. 2. volum. & ibid. 1653. post Bartholomæi Marliani de Origine urbis Romæ diatribam, & annotata qvædam nescio cujus auctoris de Græcorum Latinorumqve mensuris & ponderibus & numis, exhibentur *Livius*, Pseudo *Messala Corvinus* de progenie Augusti, *Flori* libri IV. *Vellejus Paterculus*, *Sex. Aurelius Victor* de Romanæ gentis origine, de viris illustribus & de Imperatoribus.

Sexti Rufi ſive *Rufi Feſti* breviarium. *Eutropii* libri X. cum octo libris additionum *Pauli Diaconi*, *Magni Aurelii Caſſiodori Chronicon*. *Jornandes* de Regnorum ac temporum ſucceſſione. *C. Jul. Cæſaris & Hirtii* commentaria. *C. Criſpi Salluſtii* conjuratio Catilinæ, bellum Jugurthinum, fragmenta, & Porcii Latronis oratio in L. Sergium Catilinam. Hactenus Tomus prior.

In poſteriore volumine occurrunt *Svetonius*, *Tacitus*, *Spartianus* & reliqvi Hiſt. Auguſtæ Scriptores qvinqve, *Ammianus Marcellinus & Juſtinus*. Hiſce præter *P. Victoris* de regionibus urbis Romæ libellum accedunt nonnulla ſcriptorum recentium, Pomponii Læti qvi vero nomine Julius Sanſeverinus vocabatur,(Petri Calabri nomen eſt apud Voſſium art. Hiſt. p. 33. Bernardini apud Majoragium Oratione X. Confer clariſſimi Jo. Molleri homonymoſcopiam p. 775.) Compendium Hiſt. Rom. ab interitu Gordiani junioris usqve ad Juſtinianum II. Jo. Baptiſtæ Egnatii de Romanis Cæſaribus libri III. cum viri docti ſupplemento ad Rudolphum II. Andreæ Alciati de Magiſtratu & civilibus militaribusqve officiis Romanorum. Deniqve neſcio cujus recentioris ſcriptoris libellus de origine forma & magnitudine Romæ.

II. *In Hiſtoriæ Romanæ Scriptoribus* à Frid. Sylburgio, qvi notas breves etiam addidit, in tres tomos, qvorum poſtremus Græcos ſcriptores complectitur, digeſtis & recenſitis Francof. 1588. fol. præter ſcripta Veterum Latina ſupe-

riore

riore collectione memorata habetur *libellus* incerti auctoris *de XIV. Regionibus urbis Romæ* qvi Notitiæ dignatum imperii occidentis præmittitur *a Pancirollo* ut infra dicemus, & diversus est à Rufi Festi & P. Victoris libellis ejusd. argumenti. Addit etiam Sylburgius opusculum *Julii* sive *Lucii Exsuperantii*, scriptoris antiqvi sed non satis exploratæ ætatis *de Marii, Lepidi & Sertorii bellis civilibus.* Vicissim omisit recentium Scriptorum opuscula, excepto compendio Julii Pomponii Læti.

IV. *Historiæ Augustæ Scriptores Latini minores* à Jano Grutero collecti, MSS. Palatinorum ope emendati & notis illustrati Hanov. 1611. fol. hi sunt: *Florus, Vellejus, Svetonius, Spartianus* cum reliqvis qvinqve. Et tomo posteriore *Ammianus Marcellinus, Julius Exsuperantius, Aurelius Victor, Pauli Diaconi & Landulphi Sagacis* Historiæ Miscellæ libri XXIV. *Jornandes* de Regnorum temporumqve successione & de rebus Geticis, *Pauli Warnefridi* libri sex de rebus gestis Longobardorum, & *Sexti Rufi* breviarium.

Sæpius etiam junctim excusi scriptores nonnulli minores Romanæ Historiæ ut Ao. 1607. e Raphelengii officina *Florus, Aurelius Victor, Festi Rufi breviarium, Messalæ Corvini libellus, Chronicon Cassiodori & Eutropius.* Similiter Lugd. Bat. 1648. 12. Volumen qvod Historiæ Romanæ Epitome inscribitur, è museo Nic. Blancardi, complectitur *Florum, Vellejum, Aurel. Victorem, Rufum Festum, Messalam, Eutropium cum Paulo Diacono,*

Chronico Cassiodori, Jornande de regnorum successione & Julii Exuperantii libello de Marii Lepidi ac Sertorii bellis civilibus.

V. *Antiquæ Historiæ ex XXVII. auctoribus concontextæ libri VI.* opera Dionysii Gothofredi Lugd. 1591. 12. 2. volum. in hac collectione reperies Berosi Chaldæi de Antiqvitatibus libros V. Manethonis Ægyptii supplementa ad Berosum & Jo. Annii Viterbiensis Chronologiam Hetruscam, Metasthenis Persæ de judicio temporum & Annalium Persarum, Philonis Judæi breviarium de temporibus. Xenophontem de æqvivocis. Archilochi Epitheton de temporibus. *Myrsilum* historicum de origine Turrhenorum & italiæ, *Catonis* fragmenta de originibus, *Sempronii* de divisione & chorographia Italiæ. *Q. Fabii Pictoris* de aureo sæculo & origine urbis Romæ ac vocabulis ejus, & libros duos de Romulo. Fragmentum Itinerarii *Antonini Pii*, *Grimoaldi* Volturnæ sive Etruriæ Præfecti Excerpta qvædam de ipsa Etruria. Merito mirantur Eruditi Gothofredum hæc Anniana commenta in suum Antiqvæ historiæ corpus sine censura admisisse. Porro apud eum seqvitur *Messalæ Corvini* libellus de progenie Augusti ad eundem Augustum à Jacobo Bedroto Pludentino primum editus Moguntiæ 1540 sed qvi nec titulo respondet, cum sit Epitoma Historiæ Romanæ ad Augustum usqve, nec Messalam videtur habere autorem, & medii ævi scriptum esse creditur ab eruditis. *Livii Epitomator*

nator, *qvi Gothofredo* videtur Augusti Imperatoris temporibus scripsisse. *Flori* libri IV. Historiæ Romanæ. *Sexti Rufi* breviarium, *Eutropius*, *Ausonii* carmina de XII. Cæsaribus. *Sextus Aurelius* Victor de viris illustribus ex veteribus libris auctus: de origine gentis Romanæ. Excerpta ex Libro Sexti Aurel. Victoris de vita & moribus Impp. ab Augusto usqve ad Theodosium ex edit. A. Schotti. Historia abbreviata de Cæsaribus ab Octaviano Augusto ad consulatum decimum Constantii Augusti & Juliani. *Cassiodori* chronica ad Theodoricum Regem. *Pauli Diaconi* de rebus gestis Romanorum libri ad Eutropii historiam additi. Ex Suida excerpta. Pomponii Læti Historiæ Rom. compendium ab interitu Gordiani junioris ad Justinianum II. Ex Volaterrani lib. 3. & 13. Anthropologiæ de vitis Imperatorum. Jo. Baptistæ Egnatii Romanorum Principum libri III. & deniqve appendix Sexti Aurelii Victoris. Notabit autem lector libros hosce ab Epitome Livii usqve, non una serie integros exhiberi, sed ita sibi invicem permixtos esse, ut ex singulis junctim congesta appareant qvæ unius ætatis vel Cæsaris illustrant historiam.

VI. Cum Onuphrii Panvinii Veronensis Augustiniani libris tribus commentariorum de Urbe, Imperio & Civitate Romana, Venetiis 1558. editi sunt *Sexti Rufi & P. Victo-*

*ris * de regionibus urbis Romæ, & Rutilii Claudi Numantiani Itineraria duo.* In Parisiensi edition A. 1588. 8. accesserunt *Origo gentis Romanæ* incerto autore ** qnæ incipit *Primus in Italiam creditur venisse Saturnus. Sex. Jul. Frontini de aquæ ductibus Urbis Romæ libri II. Ejusd. de coloniis*, tun primum editus. *Legis Mamiliæ Rosciæ Allenæ Peducæ capita quædam de agris assignatis & constitutionibus limitum.* Locus de coloniis *ex libro I. Vellej Paterculi.* Sed & hæc hypobolimæa qvæ Anniu Viterbiensis vulgaverat: *M. Porcii Catonis Originum liber I. Q. Fabii Pictoris de aureo sæculo & origine Urbis Romæ libri II. C. Sempronii de divisione Italiæ. Myrsili Lesbii de origine Italiæ & Tyrrhenorun libri* 2. Hæc qvatuor postrema opuscula ab auctore esse dicuntur auctoritatis licet & fidei dubiæ, antiqvitatis tamen non omnino contemnendæ.

VII. Exstat etiam minore forma collecti duplex, quæ inscribitur *RespublicaRomana.* In altera occurrunt Vellejus, Florus, Aurelius Victor

* Publius hic Victor male *Petrus Victor* dicitur in oper Topographico urbis Romæ, qvod Francofurti 1627. fo prodiit hoc titulo: *Onuphrii Panvinii, Bartholomæi Ma liani, Petri Victoris, Jani Jacobi Boissardi topographia Rom cum tabulis Geographicis, imaginibus antiqvæ & novæ Urbi Inscriptionibus, marmoribus, ædificiis, sepulchris & qvicqvi est à veneranda antiqvitate, magna diligentia æri incisi.* Confer Observationes Hallenses T. IV. p. 10. seq.

** Eadem est qvæ sæpissime postea prodiit sub nomin Aurelii Victoris, ut supra in Victore dixi, & cum A. Schot notis exstat etiam ad calcem Antiqvitatum Rom. Dionys Halicarnassei, in edit. Wechelina & Lipsiensi.

tor, Eutropius, Caſſiodori Chronicon &c. in
ltera hæc recentiorum ſcriptorum opuſcula
tudio Petri Scriverii collecta exhibentur; An-
lreæ Dominici Flocci ad Brandam Cardinalem
'lacentinum (qvi creatus A.C. 1411. defunctus
443.) de poteſtatibus Romanorum lib. II. quæ
ntea falſo *A. Feneſtellæ* nomine circumfereban-
ur. Primus ſub Flocci nomine edidit Ægidius
Witſius, Brugenſis A. 1561. 8. Flocco jampri-
em vindicaverat Gyraldus dialogo IV. de poë-
is. Pomponii Læti de Magiſtratibus & Sacer-
lotibus Romanis ad Pantagathum libri II.
Raph. Volaterrani de eodem argumento ex
Commentar. Urbanor. libro 29. Andr. Alciati
iber de Magiſtratibus & officiis Rom. Petri
Nannii de comitiis Rom. ex lib. X. cap. ult.
Miſc. Juſti Lipſii commentariolus de Magiſtra-
ibus veteris Pop. Rom. Jani Gvilelmi & Geor-
gii Vauchopii de eodem argumento, deniqve
ppendix de Romæ ſtatu hodierno & Pontifi-
is auctoritate ac reditibus, ex variis auctori-
bus collecta.

Libris qvatuor Antiqvitatum Romanarum
Philippi Caroli Francof. 1670. 12. excuſis ſubji-
ciuntur iidem Pſeudo Feneſtellæ libri II. de po-
eſtatibus ſive Magiſtratibus Romanorum,
Pomponii Læti, Raphaelis Volaterrani & Henr.
Bebelii de Romanorum Magiſtratibus & Sa-
cerdotibus libelli & Valerius Probus de inter-
pretandis litteris antiqvis Romanorum.

CA-

CAPUT V.

DE VARIIS MONUMENTIS ANTIQVIS.

Fasti Capitolini. 1. *Monumentum Ancyranum.* 2. *Fragmenta & rationarium Augusti Imp.* 3. *Testamenta & alia monumenta varia antiqvâ à G. Fabricio collecta.* 4. *Specimina veterum scripturarum.* 5. *Notitia dignitatum Imperii* 6. *Inscriptiones veteres.* 7. *Numi.* 8. *Gemmæ.* 9. *Ex libris Pontificum linteis fragmenta.* 10.

I. FASTI CAPITOLINI sive reliqviæ monumentorum * marmoreorum Romæ A. 1547 repertæ, & Alex. Farnesii Cardinalis Auspicii in palatio Capitolino repositæ, qvibus Magistratuum, bellorum, triumphorum aliorumqve rerum memorabilium tempora ab anno Urbis conditæ 120. ad annum 765. indicantur, post Barthol. Marliani editionem Rom. 1549. 8. prodierunt cura Francisci Robortelli Venet. 1555. 4. Deinde Onuphrius Panvinius una cum fastis Siculis eos vulgavit in appendice suorum fastorum Heidelb. 1588. fol. Hinc Frid. Sylburgius inter Scriptores Græcos Historiæ Romanæ minores Anno 1590. fol. Occurrunt etiam apud Gruterum pag. CCLXXXIX. seq. atque in Tomo secundo Annalium Stephani Vinandi Pighii, qvos Andreas Schottus a se suppletos & illustratos edidit Antvverpiæ 1615. fol. & in thesauro Antiqvitatum Romanarum Grævii

n

* De vetustissimo more res memoriæ mandandi in saxis & columnis vide Campegium Vitringam V. C. lib. I. observationum sacrarum p. 35. seq. & qvos laudavi lib. 1. Bibl. Græcæ capite undecimo.

no, volumine undecimo. Hos Fastos *sub Verrii Flaccii nomine* non dubitavit edere Onufrius, qvia nempe Svetonius c. 17. de illustribus Grammaticis refert Verrium fastos à se ornatos & marmoreos parieti incisos publicasse. Conf. Vossium p. 104. 239. de Hist. latinis & Hankium lib. 1. de Romanarum rerum Scriptoribus p. 203.

II. MONUMENTUM ANCYRANUM De rebus gestis Augusti Imp. primum editum est in Aurelio Victore A. Schotti A. 1579. ex apographo Busbeqviano: hinc in pandectis Leunclavii Turcicis c. 10. & in Gruteri inscriptionibus p. CCXXX. ex Antonii Verantii apographo: tum in Jani Rutgersii Variis Lect. pag. 163. seq. et in variis Svetonii & Victoris editionibus, ut in Aurelio Victore Sam. Pitisci, & ad calcem Svetonii Græviani, additis Virorum Clariss. Justi Lipsii & Isaaci Casauboni castigationibus, conjecturis & notis. Cum vero Daniel Cossonus post Busbekium & Verantium idem monumentum denuo ipse accuratius lustrasset, nec pauca qvæ Busbekium vel ejus amanuensem fugerant observans plenius & emendatius descripsisset, post Cossoni mortem in eas schedas incidens vir doctissimus Jacobus Gronovius * monumentum Ancyranum ex eisdem non paulo locupletius vulgavit, & cum notis

* Locum Gronovii, qvo Casaubonum & Oudanium præter causam reprehendit, notatum vide à Jac. Perizonio V. C. diss. de morte Judæ p. 84. Alias observationes in idem monumentum edidit Jo. Clericus T. 8. Bibl. selectæ p. 328. seq.

notis ſuis memoriæ Coſſonianæ ſubjecit Lug
Bat. 1695. 4.

III. OCTAVII CÆSARIS AUGUSTI no
magis imperio rerumqve geſtarum magnitu
dine, qvam amore litterarum, eruditione, in
genio & ſcriptis illuſtriſſimi fragmenta qvo
qvot reperire potuit, collegit & in variis ſu
lectionibus edidit notisqve illuſtravit Janu
Rutgerſius lib. 2. cap. 19. p. 135. ſeqq. Vide
Colomeſium p. 209. ad Gyraldi dialogum IV
de poëtis, & Chriſtophorum Hendreich in pan
dectis Brandenburg. T. 1. p. 345. Petroniu
dictionis Auguſti aſſiduum imitatorem obſe
vat Douſa in præcidaneis p. 192. ſeqq. De eju
dem Auguſti Rationario (*) ſive Breviario Im
perii videatur Lambecii lib. 2. commentar. d
Bibl. Vindobonenſi pag. 73.

IV. MONUMENTA VARIA ANTIQV
à Geo

(*) Similem λογαριϰὴν παλαιὰν ϰαὶ νέαν MStam lege
in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi Salmaſius p. 808. ad S
lin. edit. Pariſ. notaveratqve in illa Auguſto tribui qvod c
mum obtinuit poſt Conſtantini M. tempora ſub Valentin
no. Sed freqvens hic Græculorum error eſt (ut notat Jac. G
thofredus T. 2. Cod. Theodoſ p. 451. de hoc ipſo ſcripto
gens) qvorumcunqve Auguſtorum i. e. Imperatorum inſti
ta ad primum Auguſtum referre, atqve indè magnas nug
ſuperaddere. Noviſſime Jacobus Gronovius ex ſchedis p
rentis ſui novæ editioni commentarii illius de ſeſtertiis a
jecit duplex rationarium, Gr. lat. unum Cæſ. Auguſti ali
rum recentius Alexii Comeni Lugd. Bat. 1691. 4. poſt min
accuratam locis nonnullis perpaucis editionem Monach
rum Benedictinorum, cum verſione Bernhardi de Montfa
con, viri doctiſſimi, in Analectis Græcis, Pariſ. 1688. 4. p. 3

Georgio Fabricio collecta & in libris duobus Antiqvitatum edita Basileæ A. 1549. 8. ap. Oporinum, ut plures posteriores editiones omittam. In libro primo *Formulæ testamentorum* (*) *L. Cuspidii, Galli Favonii Jucundi Sempronii Tucidani.* Caput ex Testamento *M. Megonii* M. F. Corn. Leonis. Testamenta Ludicra *Sergii Polensis Parasiti & Grunnii* (**) *Porcelli*, Testamentum *Q. Lælii Tiburtini, & Mimi.* Ple-

(*) L. Cuspidii testamentum à Pomponio Læto confictum, cum aliis recentibus Petrarchæ, Jac. Picolomini, Jovitæ Rapacii & Jo. Bocacii testamentorum formulis exhibet Aldus Manutius ad officia Ciceronis III. 10. p. 148. seq.

(**) Hujus etsi ludicri testamenti meminit Hieron. Procœm. in Esaiam & Apologia in Rufinum. Descriptum fuit primo Moguntiæ à Jo. Alexandro Brassicano & à Georgio Fabricio: postea correctum locis aliqvot ex antiqvissimo exemplari invento Memmelebii in Thuringia ad Unstrum. Edidit qvoqve Gesnerus de qvadrupedibus p. 1032. Legitur præterea in appendice inscriptionum Gruteri p. XVIII. & in calce adagiorum Erasmi aliorumqve edit. Hanov. 1617. & 1643. tum in Taubmanni commentario ad culicem Virgilii p. 146. & Dornavii Amphitheatro sapientiæ Socraticæ jocoseriæ T. 2. p. 48. ubi & *testamentum Sergii Polensis parasiti.* Occurrit & apud Vavassorem de ludicra dictione p. 291. & in Tenzelii dialogis vernaculis menstruis Anni 1696. p. 191. Lambecius deniqve lib. 3. comment. de Bibl. Vindobonensi inseruit & notis illustravit, qvi p. 360. seq. minus verisimiliter suspicatur totum esse Satiricum, ejusqve auctorem sub Grunnii nomine voluisse perstringere Gordianum interfectum à Philippo Arabe. Conf. de hoc testamento, Salmasii specimen confutationis animadversionum Des. Heraldi p. 230. seq & Valesium ad Ammian. XXVII. 4. p. 534. edit. Paris. 1681. Idem Lambecius Tom. 2. eorundem commentariorum pag. 984. *Testamentum asini* ridiculum ex veteri MS vulgavit & T. 3 p. 349. 363. impugnat qvæ de Corocottæ nomine scripserat Salmasius p. 238. seq. ad Solinum, edit. Traject.

Plerorumqve horum & aliorum teſtamentorum veterum formulas reperiet Lector in eximio opere Barnabæ Briſſonii de formulis & ſolennibus pop. Rom. verbis libro ſeptimo p. 674. ſeq. De γνησιότητι teſtamenti Everhardi conſule Lucam Dacherium præfatione tomi XII. Spicilegii. Teſtamenta Julii Cæſaris, Auguſti & Tiberii relata à Svetonio in eorum vitis, illuſtrat Zacharias Huberus Vir nobiliſſimus in diſſertationibus Juridico philologicis v. VI. & VII.

Libellus Ælii Hadriani Imp. Velii Fidi, Fl. Veſpaſiani, & Decimi Secundini Formula contractus edita ante in Italia ex Bibl. Andr. Alciati. Confer eundem Briſſonium libro Sexto.

Lex ædificantium, & Lex dedicatæ aræ. Teſtamentum terminorum inter Genuenſes & Viturios aliud item *inter Fovencularios & Auſurios.*

Decreta antiqva XXI. Elogia vetera XIII.

In libro ſecundo *Epitaphia antiqva varia LXXI.* verſibus ſcripta, *& Calendarium vetus Romanum* hactenus ineditum.

De *Inſtrumento plenariæ ſecuritatis* qvod vulgavere Briſſonius & Naudæus, dixi ſupra lib. 1. in Cæſare.

V. SPECIMINA VETERUM SCRIPTURARUM ex codicibus MSS. per varias ætates incredibili induſtria collegit & tabulis LX. digeſſit Jo. Mabillonius Vir præſtantiſſimus & non ſine ingenti jactura antiqvitatis eruditæ ante aliqvot menſes denatus, libro qvinto operis exi-

eximii de re diplomatica, editi Parif. 1681. fol. Adde Eduardi Bernhardi literaturã charta majore patente vulgatam Oxonii A. 1689. Habes etiam nonnulla huc fpectantia, apud Dan. Papebrochium in Actis Sanctorum propylæo ad T. 2. Aprilis & in Claudii Molineti Hiftoria atq; fortuna litterarum Romanarum & variis monumentis antiqvis defcripta Parif. 1684. Gallice; tum in Georgii Hickefii doctiffimo & admirandæ induftriæ atqve ingenii opere qvod lingvarum veterum feptentrionalium thefaurum Grammatico Criticum & Archæologicum infcripfit. Oxon. 1705. fol. Mabillonium qvidem in affignanda diplomatum antiqvitate lapfum & incertas propofuiffe regulas dubiæqve fidei Archetypa, contendit Bartholomæus Germon S. I. in difceptatione de veteribus Regum Francorum diplomatibus & arte fecernendi antiqva diplomata vera à falfis Parif. 1703. 12. Refpondit Germonio, licet præterito adverfarii nomine Mabillonius in fupplemento librorum de re diplomatica, in qvo archetypa in his libris propofita ipfæqve regulæ denuo confirmantur, novisqve fpeciminibus & argumentis afferuntur & illuftrantur. ibid. 1704. fol. Germonii fecunda adverfus Mabillonium difceptatio lucem vidit Parif. 1706. 12. Mablllonii caufam interim alacriter defenfitantibus trium viris eruditis Jufto Fontanini, Forojulienfi in Vindiciis antiqvorum diplomatum. Rom. 1705. 4. Theodorico Ruinarto in Ecclefia Pari-

 fienfi

siensi vindicata Paris. 1706. 12. & Petro Coustant in Vindiciis MStorum Codicum, ibid. 1706. 8. Deniqve Germonius novas disceptationes Ao. 1707. 12. edidit qvibus Fontanino & Ruinarto respondere conatur & Dominico Lazzarino atqve M. Antonio Gatto, qvi editis Epistolis Germoniū ut certissima qvæq; labefactare conantem perstrinxerunt. Poterunt etiam consuli qvæ adversus γνησιότητα diplomatis Lindaviensis ejusqve ὑπερασπιστὴν Henricum Wagnereccium disseruere Daniel Heiderus atqve Hermannus Conringius: Emanuelis vero Schelstrateni librum qvo modum ex forma characterum sive latinorum sive græcorum vetustatem scripturæ dignoscendi tradere instituerat, una cum auctore intercidisse, dolendum est.

VI. NOTITIA DIGNITATUM utriusqve IMPERII Orientis (*) & Occidentis ultra Honorii

(*) *Qva de 14. Regionibus urbis Romæ* notitiæ dignitatum occidentis præmittuntur, paulo diversa sunt à libellis duobus ejusdem argumenti qvos habemus auctoribus Sexto Rufo & Publio Victore. His addendæ M. Fabii Calvi Ravennati XIV. imagines sive tabulæ ære descriptæ qvibus totidem regiones veteris urbis Romæ delineantur, editæ primum Anno 1528. & dicatæ Clementi VII. Pontifici, iterumqve vulgatæ Basil. 1556. qvas si qvis ordine conjungat & connectat, nihil illis exactius & melius veteris Romæ splendorem exhibere affirmat Nicolaus Bergierius libro V. de viis Populi Rom. qvo in opere & ipse faciem Urbis insigniter elucidavit. Ceterum Dignitates occidentis illustrant Jac. Gutherius de officiis Domus Augustæ, Cangius in glossario latino Jo. à Felden in Jure Publico Justinianeo, &c. De dignitatibus & muneribus aulæ CPolitanæ videndi Georgius Codinus variorum doctorum hominum animadversionibus illustratus & idem Cangius in CPoli Christiana atqve græco glossario.

norii Arcadiiqve, qvibus inſcripta eſt, tempora incerto autore A. C. 426. (*) concinnata primum lucem etſi minus integra adſpexit A. 1528. ab *Andrea Alciato* dicata JoanniPelordæ. Aliqvoties deinde recuſa eſt in ejusd. Alciati operibus Baſil. 1546. T. 2. & 1582. T. 4. & ſubjecta libro de Magiſtratibus. Cum vero Alciatus partem duntaxat vel excerpta edidiſſet, integram primus protulit *Beatus Rhenanus*, qvem ſecutus Antonius Schonhovius eſt ad calcem Eutropii ſui Baſil. 1552. 8. *Sigismundus* vero *Gelenius* cum Iconibus in lignum inciſis, qvibus inſignia antiqva provinciarum, dignitatum, legionum &c. exprimuntur, ſeorſim edidit Baſileæ Anno eo-

 dem

(*) Pancirollus è Tacito & Svetonio obſervat hoc opus qvo opes, præſidia, Magiſtratus, dignitatesqve tam civiles qvam militares & provinciæ Imperii Romani continentur, ab Auguſto primum cœptum, deinde ab aliis Imperatoribus ad Theodoſium usqve continuatum & pro ratione temporum immutatum. Æthico à qvibusdam adſcribi ait Phil. Ferrarius ſive Antonius Baudrand in notitia Geographorum Lexico Geographico ſubjecta p. 357. ſed incerta conjectura petita ex eo qvod ad Æthicum refertur alius liber Coſmographicus de qvo ſupra dixi in Mela & Cæſare. Vide etiam ſis MartinumHanckium lib. 1. deRomanarum rerum ſcriptoribus p. 184. & lib. 2. p 318. & Jo. Andream Boſium in notitia ſcriptorum Eccleſiaſticorum §. 19. p. 85. ſeq. Stewechius ad Veget. lib. 2. cap. 18. *Docuit me Sextus ſive qvicunqve auctor eſt Notitiæ Imperii ſive libri de dignitatibus tam civilibus qvam militaribus.* Alciatus vocat *Breviarium Theodoſii jun.* Sunt qvi *Mariano Scoto* tribuunt, qvos valde falli ait Voſſius pag. 58. de Philol. De aliis notitiis provinciarum & Epiſcopatuum dixi nonnulla in libro IV. BibliothecæGrææ cap. 2. §. 19. p. 85. ſeq.

dem 1552. fol. ap. Froben. Ab eo tempore locupletibus *Guidi Pancirolli* JCti Patavini commentariis illustrata & collatis duobus MSS. Codicibus plenius restituta prodiit una cum iisdem imaginibus sed paulo deformioribus Venet. A. 1593. Lugd. 1608. & Genev. 1623. fol. In his recentioribus editionibus accessere etiam Francisci Rhuardesii brevissimæ annotationes & qvadruplex index Gvil. Mazani: sed & Pancirolli de Magistratibus Municipalibus rebusqve bellicis, & tam novæ qvam veteris Romæ descriptio. Deniqve *Philippus Labbeus* minutam elegantem & utilissimam hujus notitiæ editionem, etsi iconum figuris & commentariis non oneratam sed in LXVIII. Sectiones distinctam & indicibus ad usum accommodatissimis auctam edidit Paris. 1651. 12. Voluit etiam corpori Historiæ Byzantinæ aliam luculentam commentariisqve & imaginibus pulcherrime ornatam subjicere, sed fato prohibitus hoc promissum suum non implevit. Interim Jo. Georgius Grævius cum imaginibus illis affabre in æs incisis & Pancirolli commentariis libroqve de magistrantibus municipalibus & corporibus artificum inseruit tomo septimo thesauri Antiqvitatum Romanarum. Hæc porro opuscula vetera notitiæ illi à Labbeo subjecta reperiuntur:

Descriptio urbis Romæ secundum XIV. regiones *qvæ aliqvando desolata nunc gloriosius piissimo Imperio restituta*, Incerto qvidem auctore sed qvi vixisse

vide-

videtur ſub Honorio, poſt annum Chriſtianæ ſalutis CCCCX. aut ſub Valentiniano III.

Deſcriptio brevis urbis CPol. ſecundum XIV. regiones, incerto ſimiliter autore, qvem poſt Arcadii obitum vixiſſe par eſt credere ſub Theodoſio juniore. Utrumqve opuſculum è Codice MS. Vindobonenſi non paucis locis emendari poſſe oſtendit Petrus Lambecius lib. 2. de Bibl. Cæſarea p. 950. ubi ex eodem ineditam eousqve præfationem deſcriptionis CPoleos in lucem protulit. Confer Caroli du Freſne CPolin Chriſtianam p. 62. & poſt ampliſſimam viri hujus doctiſſimi meſſem de rebus & antiqvitatibus urbis CPolitanæ, amplius etiam ſpicilegium exſpecta ab Anſelmo Bandurio Monacho Benedictino doctiſſimo.

Tractatus (*) *de rebus bellicis, de inhibenda largitate, monetæ correctione ac nonnullis aliis, cum præfat. ad Clementiſſimos Principes*, auctore antiqvo illo qvidem ſed ignoto.

Altercatio Hadriani & Epicteti ſæpius a variis edita & noviſſime a Berckelio cum Enchiridio Epicteti, qvi etiam Alcuini reſponſa ad interrogata Pipini aliaqve, qvæ in Græca Bibliotheca referimus, adjecit.

Publii Victoris de regionibus urbis Romæ liber ſingularis, Romana anonymi deſcriptione uberior ex Alexandri Paganini editione A. 1521. pluribus locis caſtigatus.

Altercatio Hadriani Imp. & Secundi Sophiſtæ Athe-

 nien-

(*) Ex hoc paſſim profeciſſe ſe teſtatur Godeſchalcus Stewechius ad lib. IV. Vegetii.

niensis, qvi perperam Plinii Secundi nomine venit, ut supra in Plinio juniore dixi.

VII. INSCRIPTIONES AMTIQVAS varii generis, sacras & profanas, lapidi, marmori, æri incisas immenso studio post Cyriaci Anconitani (a) Joannis Marcanovæ, Andreæ Mantineæ, Jo. Jucundi Veronensis, Pomponii Læti, Petri Sabini, Francisci Philippi Pedemontii, Andreæ Alciati, Sebastiani Maccii, Jo. Zaratini Castellinii & qvorum collectiones typis exscriptæ exstant Jacobi Mazochii (b) Rom. 1521. fol. Bartholomæi Amantii & Petri Apiani Ingolst. 1534. fol. Martini Smetii (c) & Justi Lipsii Lugd. Bat. 1588. fol. egregios labores Aldiqve Manutii junioris (in Orthographia A. 1579. 1591. 8. edita) Onufrii Panvinii, (in fastis & Comment. de Rep. Rom. de triumpho, ludis Circensibus &c. Venet. 1571. 558. 1571. fol. &c. Huberti

(a) De hoc & ceteris plerisqve videnda clarissimi Vir Petri Burmanni ad novam Gruteriani Operis inscriptionum editionem prolegomena.

(b) In Apiani, Amantii, Mazochii & Cyriaci collectionibus non pauca efficta, & sublestæ fidei esse notat Antonius Augustinus in dialogis de numis, qvi Hispanice primum deinde interprete Andrea Schotto latine editi sunt, dialogo XI.

(c) Smetii opus qvomodo in Lipsii manus pervenerit, dicet ipse Centur. 2. Epist. 24. Hujus editionem respicit Vulcanius qvando in dedicatione libri 1. Constantini Porphyrogeniti de thematibus Janum Dousam, Paulum Busium & Abrahamum ab Alminda Academiæ Leidensis Curatores celebrans, de libro antiqvarum per universam Europam inscriptionum, *qvam vos are vestro*, inqvit, *in usum publicum edendum curastis. Eximium certe opus, si qvod unqvam ex typographicis prelis prodiit.*

berti Goltzii (d) in thesauro rei antiqvariæ A. 580. fol. & fastis magistratuum A. 1566. f.) Fulvii Ursini in elogiis illustriũ viror. A. 1570. f. & in Comment. de Legibus & senatus consultis Rom. 583. f. & in aliis scriptis) & Joannis Jacobi Boissardi) in topographia (e) & antiqvitatibus Romæ, Ao. 1597) aliorumqve plæclarorum Virorum industriam collegit & supposititia separatim in calce voluminis exhibuit *Janus Gruterus*, auspiciis, (f) *Josephi Scaligeri* & *Marci Velseri*. Prodiit opus immortale ex Commeliniana officina qvinqvennio post Hieron. Commelini mortem A. 1603. fol. & superiore A. 1707. splendide recusum est Amstelodami sumtu Francisci Halma, adjunctis *Marqvardi Gudii*, qvi itinere per totam fere Europam suscepto, aliqvot millenis locis illud ad lapides ipsos castigavit, & *Jo. Georgii Grævii* observationibus, *Eduardiqve Holtheni* à qvo indices etiam locupletati sunt, castigatio-

 num

(d) Smetii laboribus tanqvam suis usum Hub. Goltzium arguit Justus Ryqvius p. 236. de Capitolio: *Vota concepta qvæ in thesauro Laurinorum fratrum Huberto Goltzio adscripto, & uberrimo Jani Gruteri Romanar. inscriptionum opere leguntur.* Tum Hadrianus Damman Gandavensis hoc Epigrammate:

Sed neqve te Goltzi decuit qvæ Smetius olim
Priva reliqvisset viduæ, tua dicere cunctis
Venderéqve. Os hominis! postliminione putasses
Vindicias peterent manes & postuma proles.

(e) De hoc opere confer, si placet, Observationes selectas Hallenses parte IV. p. 10. seq. Prodiit Francof. 1627. fol.

(f) Vide Josephi Scaligeri Epist. 405. seq. & Bælium in Lexico, ubi de Grutero disserit, nota E.

num spicilegio è scriptis virorum doctorum,& Clarissimi Ameloveenii & Jo. Massoni symbolis collecto, tum iconibus perqvam eleganter ære descriptis & è Boissardi antiqvitatum opere selectis. Gruterum secutus est præter alios *Thomas Reinesius*, (g) qvi præteritas Grutero inscriptiones ex Octavii Rossi sive Rubei memoriis Brixianis A. 1616. 4 editis, variis scriptis Laur. Pignorii, & Georgii Gvalteri Inscriptionibus antiqvis Messanæ 1624. 4. aliisqve insigni volumine congessit & commentariis illustravit. Prodiit qvinto decimo post ejus obitum anno 1682. fol. Lipsiæ ex officina Jo. Frid. Gleditschii, qvi utinam qvoqve Eponymologicon qvod Reinesius inscriptionum operi velut indicem & omnis antiqvitatis promum condum subjecerat, ex eadem officina sua prodire patiatur. Vide de illo inedito Eponymologico Act. erudit. 1682. p. 91. seqq. Ab eo tempore varii eruditi idem saxum volverunt, & non paucas hactenus ineditas inscriptiones in lucem produxerunt, vel ediderunt emendatius illustraruntqve, ut Octavius Falconerius in inscriptionibus Athleticis, Rom. 1668. 4. Sertorius Ursatus in marmoribus eruditis, Patav. 1688. 4. Fortunatus Vinaccesius in auctario ad Octavii Rubei memorias Brixianas Anno 1693. 4. Henricus

Nori

(g) Plurimæ inscriptiones à Reinesio collectæ occurrunt etiam in ejus Epistolis ad Casp. Hofmannum & Christoph. Adamum Rupertum, Lips. 1660. 4. Vide & Barth. Adversaria lib. 52. c. 1.

Norisius in diss. Hypatica, Cenotaphiisqve Pisanis Venet. 1681. fol. & in aliis scriptis, Carolus Cæsar Malvasia in marmoribus Felsineis Bonon. 1690. 4. Josephus Malatesta Garuffius in lucerna lapidaria, Arimini 1691. 4. Philippus à Turre in monumentis veteris Antii, Rom. 1699. 4. Petrus Lambecius de Bibl. Vindob. libro 2. p. 637. seq. 657. seq. 666. 668. 678. 687. &c. Jac. Salomonius in inscriptionibus Patavinis 1701. 4. Bernardus de Montfaucon in Diario Italico Paris. 1702. 4 *Jacobus* præcipue *Sponius*, Medicus doctissimus Lugdunensis in libro qvem inscripsit Recherches courieuses de l' Antiqvité Lugd. 1683. 4. tum in itinere suo in qvo Græcæ multæ inscriptiones referuntur, & in aris ignotorum Deorum, atqve in eruditissimo opere cujus titulus est Miscellanea eruditæ antiqvitatis, Lugd. 1685. fol. Idem Sponius ineditas laudat collectiones *Marulli* Spalatensis & *Nicolai Fabricii Peireskii*, qvæ iisdem tenebris sepultæ jacent, qvibus dolendum est *Caroli Patini* (h) *Joh. Baptistæ Donii* (i) & auctarium *Gruteri* ipsius, tum

(h) Georgius Hieron. Welschius Epistola ad Octavianum Langenmantelium testatur Carolum Patinum Patavio sibi significasse, quod opus inscriptionum Gruterianum millenis multis adaugere & rejectis suppositiis emendare instituisset inter qvæ etiam Augustana nonnulla &c. Augustanæ inscriptiones veteres leguntur in Operibus M. Velseri.

(i) In notitiis litterariis & Historicis de Viris illustribus Academiæ Florentinæ parte 1 p. 340. inter Donii inedita memoratur συλλογὴ inscriptionum amplius sex millenarum

Bernardi Trivisani (k) *Henrici Christiani Henninii* (l) & *Marqvardi* deniqve *Gudii* (m) magno studio congestam & jam pridem ab illustri Ezech. Spanhemio p. 83. de usu numismatum laudatam amplissimam syllogen publica luce hactenus prohiberi. *Raph. Fabretti* nova inscriptionum ultra termille collectio qvam sperare jusserat Jo. Mabillonius in libro de studiis Monasticis p. 380. prodiit in decem divisa classes & erudito commentario illustrata Romæ 1699. fol.

A. 1691. 8. Londini *Gvil. Fleetvvod* in studiosorum gratiam Syllogen inscriptionum antiqvarum cum notis qvibusdam edidit qvæ ex Grute-

Grutero intactarum cum inscriptionum barbaricarum peregrinarumqve appendice. Hugo Grotius Epist. 232. A. 1628. 21. Jul. *Audio virum qvem merito suo semper feci maximi* Gruterum *ad ingens illud opus qvod tot secula sibi obligavit, Inscriptionum dico, aliqvod post illam præclarissimam editionem collegisse auctuarium. Est autem Romæ vir eruditus Italus* Donis *nomine, mihi notus, qvi iisdem paralipomena collegit in spem justi voluminis. Ut autem ego existimo multum refert studiosorum, primum ne eadem bis prodeant, deinde ne discerpantur qvæ ejusdem sunt generis.*

(k) Vide Acta Eruditor. Lips. A. 1704. p. 239.

(l) Vide Ephemerides litterarias Berolinenses editas Gallice Anno 1698. pag. 96.

(m) Ineditas aliqvot inscriptiones è syntagmate Gudiano affert Grævius præf. ad Tomum undecimum thesauri antiqvitatum, editionem ejus molitus, qvam proxime ut speramus eruditis in Belgio Viris, qvi Gruteri opus tam belle expolivere, debebimus. De methodo & forma operis Gudiani videnda Frid. Brummeri Epistola ad Reinesium scripta Anno 1666. 15. Octobr. ap. Tenzelium τὸν μακαρίτην dialog. menstruis Germanice editis An. 1697. p. 836.

irutero, Reinesio, Sponio (n) &c. Ethnicas sinulares & rariores, Christianas vero qvæ hacteus innotuere omnes exhibere se profiteur, qvod utrumqve promissum non est ita :ricte intelligendum, ut non multa eum effuerint vel omissa ab eo fuerint. Optandum erat tiam illum loca unde singulas deprompsisset nnotasse, indicesqve subjecisse. Nihilominus ita qvoqve non inutilem operam præstitit ironibus, qvibus vasta illa opera evolvere vel ion licet vel non vacat.

VIII. NUMORUM VETERUM plenissinam atqve ut ipse testatus est, 25000. collectioiem expectavimus à Viro Cl. Andrea Morello, ivi cum Ezechiele Spanhemio, Joh. Petro Belorio, Joh. Valente, Joh. Harduino, Laur. Begero &c. principatum tenebat memoria notra in jucundissimo isto & utilissimo genere literarum. Sed parem futurum laudatissimis conatibus, inopia corripiens (o) Apoplexia subraxit. Ceterum scripta rem numariam Romanam illustrantia qvæ cum a pridem defunctis um à superstitibus hodie viris doctis edita sunt ecensere singularis libri fuerit, & cuilibet integrum est eorum nomina petere è Bibliotheca numaria Philippi Labbei, è Caroli Patini introdu-

(n) Burchardus Gothelf Struvius V. C. in Bibliotheca scriptorum Antiqvitatum Rom. p. 32. observat Fleetwoodum è Joh. Baptistæ Ferreti Musis lapidariis Veron. 1672. fol. editis suppositititias qvasdam inscriptiones sibi passum fuisse obtrudi.

(o) Arnstadii A. 1705. die 10. Aprilis.

troductione in numiſmata, Rudolphi Capelli numophylacio Luderiano, Burchardi Gothelfi Struvii Bibliotheca numiſmatum antiqvorum & ſimilibus ſcriptis.

IX. GEMMAS ANTIQVITUS SCULPTAS collegere & interpretati ſunt Petrus Stephanonius Vicentinus, Lud. Chadrucus, Joannes de Laët, Joannes Chifletius, Leonh. Auguſtinus, Fortunius Licetus, Jo. Petrus Bellorius Micheël Angelus Cauſeus (de la Chauſſe,) Hubertus Goltzius, Abraham Gorlæus, Jacobus Gronovius, & Laur. Begerus.

X. EX LIBRIS PONTIFICUM LINTEIS *excerpta* allegat Iſ. Voſſius ad Catullum. Pro Reliqviis *ex tabulis marmoreis actorum* (p) *urbis diurnorum* habet Reineſius & Dodvvellus, qvi ex apographo Voſſiano edidit & notis ſuis uberioribus illuſtratos prælectionibus Cambdenianis ſubjecit, non illa tantum exhibens, qvæ Pighius, Reineſius & in altera Svetonii editione Cl. Grævius vulgaverant, ſed alteram qvoqve partem hactenus ineditam. Dodvvelli prælectiones Cambdenianæ lucem adſpexere Oxon. 1692. 8.

(d) De hiſce actis vide Lipſium ad Taciti lib. V. Annal. Fuere & *Acta Senatus*, *Acta Cæſarum*, *Acta publica populi Romani &c.* de qvibus idem Lipſius & Dodwellus prælect. Cambden. p. 390. ſeq. *Acta belli & brevia* ſive *breviaria* de qvibus Stewechius ad Veget. lib. 2. c. 19.

CA-

CAPUT VI.

DE AUCTORIBUS Latinæ Linguæ à Dionyſ. Gothofredo editis.

AUCTORES LATINÆ LINGUÆ in unum redacti corpus, adjectis notis Dionyſ. Gothoredi, Genev. 1595. 1602. 1622. 4.

1. *M. Terentii Varronis* qvæcunqve ſuperſunt ex libris XXIV. de lingva latina. Ea pridem collegerat Marcus Vertranius Maurus cumqve notis ſuis & Varronis vita ediderat Lugd. 1563. 8. De Antonii Auguſtini emendationibus, Joſ. Scaligeri conjectaneis & Adr. Turnebi notis ad hos libros dixi ſupra lib. 1. cum de Varrone agerem: Etiam à Caſp. Scioppio recenſiti prodiere Ingolſtadii A. 1605. 8. ut omitam editiones in opere Perotti, qvod cornu copiæ inſcribitur, Florentinam item & Baſileenſem cum caſtigationibus Mich. Bentini & Pſeudo-Catonis Originum libro, 1536. 8. Codicem Varronis MS. Voſſianum laudat Jo. Frid. Gronovius lib. 1. obſervationum pag. 12. & alibi.

2. *M. Verrii Flacci*, (a) ſub Aug. Imperatore Grammatici celeberrimi & nepotibus ejus Præceptoris delecti *fragmenta*.

3. *Sex-*

(a) De Verrio Sveton. c. 17. de Grammaticis. Scripſerat varia, ut libros rerum memoria dignarum, de obſcuris Catonis, Saturnum, Epiſtolas, carmina &c. Deniqve de verborum ſignificatione opus, qvod Feſtus in Epitomen redegit. De faſtis ejus dictum capite ſuperiore § 1.

3. *Sexti Pompeji* (b) *Festi*, qvi sub Christianis Imperatoribus, ut par est credere, floruit, Verriiqve Flacci libros (c) contraxit, certe scripsit post Martialem qvem allegat in *Vespa*. Nam argumentum qvo Vossius probare conatur Festum iis temporibus scripsisse qvibus sacra crux in honore habita est, qvia nempe in voce supparus, *at nunc supparos*, inqvit, *appellamus vela lintea in crucem expansa* &c. non adeo certum esse videtur, qvoniam labari usus etiam sub Impp. Ethnicis fuit, vide Lambec. III. p. 378. & Tertullianus ipse cujus locum profert ad Festi verba Dacerius, sub Ethnico Imp. scripsit. Hujus inqvam Festi *Fragmenta à Fulvio Ursino edita & schedæ à Pomponio Læto relicta. Ejusdem librorum* XX

(b) Sextus Pompejus Festus à Paulo Diacono, Pompejus Festus bis, semel Julius Festus à Macrobio appellatur lib. 3 Saturnal. Festum Pompejum laudat qvoqve Charisius lib. 2 p. 196. Festi Postumii ut æqvalis sui meminit Gellius lib. 19 c. 13. Noct. Attic. Confer Barthii Adversar. II. 3.

(c) Festus in *profanum*, postqvam Verri sententiam memorasset, *cujus opionem*, inqvit, *neqve in hoc neqve in aliis compluribus refutare minime necesse est, cum propositum habeam ex tanto librorum ejus numero intermortua jam & sepulta verba atqve ipso sæpe confitente nullius usus, aut auctoritatis, præterire, & reliqva qvam brevissime redigere in libros admodum paucos, ea autem à qvibus dissentio & aperte & breviter ut sciero scripta in his libris meis invenientur qvi inscribuntur PRISCORUM VERBORUM CUM EXEMPLIS* Qvod opus Festi diversum fuisse notat Scaliger & A. Dacerius (contra Antonii Augustini sententiam) ab eo cujus reliqvias habemus & qvod *de verborum significatione* inscriptum fuisse è Macrobio constat. Adde Festum ipsum in *Tatium*. Ceterum in præsenti qvoqve Verrius à Festo passim reprehenditur.

IX. (d) *de Verborrm Veterum significatione reliquiæ* um *Pauli Diaconi* ex iisdem Epitoma conjunctæ & in unum corpus digestæ ab Aldo Manutio, Achille Mafeo & deniqve ab Antonio Augustino, præmissa etiam *Pauli Epistola ad Carolum M. Imp.* Illa Pauli epitoma primum sæpius prodierat, tum alibi, tum ad calcem cornu copiæ Nicolai Perotti. Melior ordinatior & locupletior Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis editio cum animadversionibus prodiit Venetiis 1560. . in qva ea qvæ Pauli sunt & qvæ Festi, posita in margine nota distingvuntur, & Verrii Flacci fragmenta præmittuntur. Hanc Augustinianam editionem repeti jussit & castigatt. doctissimis illustravit Jos. Scaliger (e) Paris. 1575. 8. subjectis etiam seorsim notis, qvæ in Veneta editione antea prodierant. Ab eo tempore Fulvius Ursinus Fragmenta ipsa Festi, qvalia Manilius Rallus & Pomponius Lætus habuerant & à Rallo acceperat Politianus (vide c. 73. Misc.) à Pomponio Læto Jo. Baptista Pius (vide Annot. posterior. c. 16.) ex Farnesii Cardinalis Bibliotheca publicavit & cum notis suis edidit Rom. 1581. 8. (f) Scaligeri & Ursini editiones junxe-

(d) Divisionem qvæ in vulgatis libris occurrit, qva singuli libri singulas continent litteras, Aldi esse non Festi novit Dacerius in præf. Qvæ vero Macrobius è libro tertio decimo Julii Festi profert lll. 1. Saturnal, ea hodie leguntur libro Festi duodecimo divisionis Aldinæ.

(e) Non Julius Cæsar Scaliger, ut legas in qvæsitis Oratoris Bohuslai Balbini p. 119.

(f) Yvo Villiomarus sive Josephus Scaliger in loco contro-

junxerunt & utriusqve notas adjecerunt Hei delbergenses 1583. 8. Deniqve luculentam emendatam & elegantem Festi editionem de bemus Andreæ Dacerio, qvi in usum Delphin illustratum edidit Paris. 1681. 4. De prioribu autem hoc fert judicium: *Pauca eorum præstit Antonius Augustinus qvæ præstare potuisset. In mu tis divinus Scaliger: sed dum ingenio suo nimium in dulget, sæpe nubes captat & nil minus qvam Festum in terpretatur. Fulvius Ursinus reliqvis felicior, utiliore operam navavit sed sic etiam Festum non tam emend tum qvam emendandum & emendari facilem trad dit.* Dacerii editio recusa curante Jo. Cleric V. C. Amst. apud Hugvetanos 1699. 4. adject notis integris qvæ singulis paginis substernur tur Josephi Scaligeri, Fulvii Ursini & Anton Augustini, una cum fragmentis & schedis a qve indice novo. Codicem vetustum Fe habere se testatus est Polydorus Virgilius i sylloge proverbiorum.

4. *Nonii Marcelli* Peripatetici (g) Tiburien con

troversos Roberti Titii p. 7. *Annon Sex. Pompejus Festus i dignis modis acceptus esse visus est, qvod ab homine Gallo il stratus magno studiorum favore exceptus est. Itaqve Ro editus cum iisdem castigationibus alius nunc esse censetur p pterea qvod prioris editoris nomen dissimulatum est: qvanqv eadem plane editio est paucis admodum iisque leviter imn tatis, ita tamen ut tam levi mutatione non magis latere p industria prioris editoris &c.*

(g) Ita vulgo legitur in editt. qvibusdam. Fortasse *Gra matici* reponendum pro *Peripatetici*. Pro *Tiburiensi*, i scribunt *Tiburticensem*. Ex cap. 18. de doctorum indag loc

ompendiosa doctrina ad filium sive *de varia si-gnificatione verborum*, liber distinctus in capita ndeviginti. Editus primum Anno 1471. De-inde Brixiæ 1484 in fol. tum sæpius ad calcem erotti cornu copiæ Venet. 1492. & apud Al-um 1513. Tusculani 1522. Basil. 1518 etiam 526. eidem Perotto subjectus cum castigatio-ibus Mich. Bentini. Primus eximiam præ ce-ris in Nonio operam præstitit Adrianus Ju-ius Antvv. 1565. 8. cujus editionem manu Jo-ephi Scaligeri collatam cum duobus MStis & capite ad calcem pluribus ejusdem castiga-onibus & annotatis refertam cum in manus neas incidisset lubens intuli in Bibliothecam 'enerandi D. J. Friderici Mayeri, qvæ pluribus jusmodi abundat cimeliis. Editio Nonii Pa-siensis Anni 1583. 8. Junium fere seqvitur, d in calce exhibet notas ad Nonium ex variis octorum scriptis undecunqve congestas cum idice accuratiore auctorum à Nonio allega-orum. Deniqve post Dionysium Gothofre-um optimam & emendatissimam Nonii edi-onem cum notis selectissimis, etsi suppresso omine suo, dedit doctissimus & elegantissi-nus Josias Mercerus Paris. 1614. 8. Petrum

Ccc qvo-

icum affert Priscianus libro VI. qvi ibi hodieqve exstat in ce *strictura*. Ceterum auctorum qvos citat Nonius, vix isqvam est multum junior Apulejo. Bene autem observat Is. ossius p. 212 ad Catullum; solenne esse eruditis, multis in eis sæpe non intellectis insultare huic Grammatico optime qvisqvam promerito de lingva latina. Idem p. 56. meminit arum observationum ad hunc scriptorem.

qvoqve Scriverium novam Nonii editionem paralſe didici ex ineditis Gothofredi Jungermanni & Scriverii ipſius ad Eliam Putſchium litteris. Franciſci Gvieti notas ad Nonium ipſius manuſcriptas habere ſe retulit Menagius in Menagianis p. 301. Idem in Originibus Gallicis vocabulo *As* laudat editionem Nonii Sedanenſem qvam non vidi. Et fortaſſe Pariſienſem Merceri intelligit, ſane locus qvem allegat eadem pagina editionis Pariſienſis exſtat. Philippus Pareus in litteris ad Paulum Tolſanum ſcriptis 24. Jan. 1643. teſtatus fuit, habere ſe Nonium cum MS. Palatino collatum ſedulo ac nova prorſus methodo recenſitum editurumqve ſi vita ſupereſſet.

5. *Fabii Planciadis Fulgentii de priſco ſermone ad* Chalcidium. Hoc opuſculum una cum Nonio emendatum edidere Adr. Junius & Joſias Mercerus, ut alias editiones (h) jam omittam. Phil. Labbeus T. 1. Bibl. novæ MSS. p. 668. huic libello præfixam Epiſtolam vulgavit ex codice ni fallor Vaticano, qvam cum brevis ſit, hic apponam. *Fabii Placiadis Fulgentii incipiunt expoſitiones* (Vulcanii Codex addit, *Virgilii expoſitio*) *Sermonum antiqvorum cum teſtimoniis.*

Ne de tuarum præceptionum ſerie, Domine, qvidqvam curtaſſe inobedientia putaretur libellum, qvem de abſtruſis ſermonibus parare juſſiſti, in qvantum memoriæ enthecæ ſubrogare potuit, abſolutum tribuimus non tam phaleratis ſermonum ſtudentes ſpumis, qvam rerum

(h) Vide ſi placet ſupra in Hygino & Chalcidio.

rum manifestationibus dantes operam dilucidandis. Nescio qvare hoc epistolium in aliis editionibus obvium omiserit Dionysius Godofredus & Hadrianus Junius.

6. *Isidori* Hispalensis (i) Episcopi *originum sive etymologiarum libri XX.* prodierunt seorsim Venetiis 1483. Paris. 1509. 1520. &c. Deinde juncti Marciano Capellæ & scriptis veterum de differentiis & propietate sermonis latini una cum scholiis Bonav. Vulcanii Basil. 1577. fol. Deniqve inter Isidori opera Paris. 1580. fol. per Margarinum de la Bigne & Madrit. 1599. & deniqve accuratius Paris. 1601. cum notis variis cura Jo. Griali (k) opera Jacobi Breulii Monachi S. Germani à Pratis. Sed & cum iisdem notis Colon. 1617. fol.

7. *Grammaticorum Veterum Cornelii Frontonis, Nonii Marcelli, Agrætii, Ælii Donati, Aruntii* (l) *Celsi, Sosipatri Charisii, Q. Asconii Pediani, Marii Servii Honorati, Sex. Pompeji Festi, Q. Terentii Scauri & Agellii de differentiis & proprietate Latini sermonis excerpta.* Eadem cum Isidori Originibus edita esse jam

(i) Obiit A. C. 636. In Bibl. Renati Moreau fuit Codex Isidori Originum, qvibus additæ erant *tres Epistolæ Isidori ad Braulionem & Braulionis ad Isidorum* qvæ in editis desiderantur. Vide Labbei Bibl. nov. MSS. p. 217. qvi pag. 277. etiam refert *libros duos Synonymorum* Isidori Junioris exstare in Bibliotheca Regis Christianissimi, Codice 513.

(k) Minime ambitiosas, eruditissimas tamen vocat Griali notas Barthius ad Briton. p. 344.

(l) Aruntius iste Celsus, Grammaticus olim celebris Virgilium & Terentium scholiis interpretatus est, sed qvæ non valere ætatem.

jam dixi à Bonav. Vulcanio. Partem qvoqve subjecit Ausonius Popma libro suo de verborum differentiis, Lugd. Bat. 1606. 8. ut alias editiones omittam. Prodiere & Venet. 1511. 1522. Francof. 1566 per Lucam Lossium, & ex G. Fabricii recensione 1569. 1595. &c. Libri qvoqve tres de differentiis & proprietatibus veterum Isidoro Hisp. auctore in postremis ejus editionibus exstant, qvem ex Agrætio pleraqve repetisse notat Goldastus ad Valerianum de bonæ disciplinæ p. 54.

Vocum aliqvot ap. Terentium explicatio, è veteribus membranis ab eodem Vulcanio primum edita p. 550. occurrit etiam in calce Terenti editionis Lindenbrogianæ p. 583.

8. *Calendarium vetus Romanum*, qvod in marmore incisum Romæ repertum est in ædibus *Maffeorum*, & à Dionys. Gothofredo exhibetu cum Pauli Manutii Patris expositione & diatriba de ratione veterum dierum, prout i antiqvis qvibusdam Ovidii editionibus post libros Fastorum legitur. Idem Calendarium exstat in Jac. Mazochii inscriptionibus urbis Romæ A. 1521. fol. & in Gruteri inscriptionibus p. CXXXIII. atqve in Gvil. Fleetwoodi p. 54 seq. præterea in fronte anaptyxeos fastorum Ovidianorum auctore Carolo Neapoli, & T. VIII thesauri Antiqv. Rom. Græviani p. 4. & 15 una cum Petri Ciacconii notis Antwerp. 1574 curante Ben. Aria Montano ap. Plantinum excusis. Occurrit etiam in Rosini Antiqv. Rom

IV.

V. 2. & in Jos. Scaligeri lib. IV. de emendatio-e temporum pag. 232. qvi Hemerologium ab ugusto emendatum, appellat: & apud Sel-enum III. 15. de jure Nat. & gentium: deni-ve ante Jo. Baptistæ Belli diatribam de Pharsa-ci conflictus mense & die, recusam cum præ-tione V. C. Henr. Leonhardi Schurtzfleischii, 7iteberg. 1705. 8.

Confer Romanum Calendarium à *Georgio ibricio* editum libro secundo Antiqvitatum, qvod *Philippus Gundelinus* una cum fastis Ovi-ianis vulgavit è codice Jo. Cuspiniani, Viennæ . 1513. de qvo M. Velserus Epist. 29. & 31. ad oseph. Scaligerum. Tum Calendarium Ro-anum Amiterni effossum, qvod cum minutis ommentariis in lucem dedit *Purpurinus a Fa-ntia*, Secretarius Cœlestinorum Ordinis S. enedicti, Neapoli 1680. 4. Calendarium em sex mensium in antiqvis fastorum Ovidii embranis obvium, & in editione Heinsiana Cnippingiana, & à Grævio T. VIII. Antiqv. om. p. 89. qvi in præf. loca qvædam illius è IS. castigat, repræsentatum.

Calendarium, Constantii(m) temporibus cir-a A.C. 354. compositum & Valentino cuidam icatum à *Furio Dionysio Philocalo*, vulgatumqve *Jo. Georgio Herwarto ab Hochenburg*, & ante ana-yxin fastorum Ovidianorum Caroli Neapo-s, atqve in Uranologio Petaviano p. 67. præ-erea ad calcem libri qvarti commentariorum

(m) Al. Constantini, A. C. 325.

Lambecianorum, additis è MS. Codice Vindobonensi iconibus mensium in æs incisis, qvibus tetrasticha Ausonii in menses ex asse respondent. Lambecii editionem cum ejusd. notis & iisdem antiqvis iconibus nitide descripti ære, recudi curavit laudatus Grævius Tom VIII. Hoc idem Calendarium sed mutilum & iconibus destitutum ex Rosvveidi schedis à Bollando acceptum edidit Ægidius Bucherius pag 275. seq. ad Canonem Paschalem Victorini, Rosvveidus vero illud descripserat è Codic Fabricii Peirescii, qvi de eo illustrando cogitavit. Vide Gassendum in Peirescii vita ad A. 161 & 1620. Calendarium *Rusticum* Colotianum ve Farnesianum, qvod cum aliorum duoru Calendariorum veterum fragmentis vulgav notisqve illustravit Fulvius Ursinus Rom. 158 8. & cum ejus notis Grævius tomo octavo th sauri inseruit: at sine notis dedit Carolus Ne polis in limine anaptyxeos fastorum Ovidii, Gruterus in inscript. p. CXXXVII. CXXXVIII. Flee vvodus p. 60. Calendarium Vetus Romanu compositum sub Valente Imp. & cum co mentario Hieronymi Aleandri editum. C lendarium *Dempsteri* in paralipom. ad Antic Roman. Rosini. Calendarium *Petavii* cum or occasuqve stellarum ex Ovidii Fastis, Colum la XI. 2. & Plinii XVIII. 26-30. *Gassendi* Cale darium Romanum compendiose expositum 5. Opp. Calendaria à Nic. Reusnero, Hub. Go zio & capite VIII. Antiqvitatū Rom. Burcha

Go

Gothelf Struvii p. 352. edita. Sibrandi Tetardi Siccamæ præcidanea in fastos Calendares Romanorum, qvi liber Campis 1599. 4. editus occurrit in tomo octavo thesauri Græviani, una cum Dempsteri, Petavii & Gassendi Calendariis, Petriqve Violæ, Lilii Gyraldi, Hadr. Junii & aliorum eruditorum virorum de hoc argumento commentationibus. Veteris Romani Calendarii explicatio per P. Bernardinum A. 1579. conscripta memoratur à Labbeo p. 66. Bibl. novæ Mss. Vide & Jo. Saubertum c. 4. de Sacrificiis. Francisci Blondelli Historia Calendarii Romani Gallice prodiit Paris. 1682. 12. qvi Romuli Calendarium exhibet p. 41. Numæ Pompilii p. 47. Calendarium Julianum p. 65. Ecclesiasticum vetus p. 139. Gregorianum deniqve p. 259.

De Calendariis Christianis plura leges in Bollandi Actis Sanctorum præf. ad T. I. Januarii ubi etiam de Martyrologiis fuse differitur. Calendarium vetus Ecclesiæ Carthaginiensis vulgavit Mabillonius Ananalect. sacrorum Tom. III. p. 398 antiqvissimum fortasse ex iis qvæ habemus. Calendarium Romanum (seu potius lectionarius liber, ut visum Qvesnello p 347. ad Leonem) nongentis annis antiqvius cum notis Jo. Frontonis in lucem editum Paris. 1652. 8. Calendarium aliud vetus tomo X. spicilegii inseruit Lucas Dacherius: qvale libro etiam sacramentorum Gregorii M in qvibusdam Codicibus MSS. præfigi observatum est. Vide sis etiam Calendarium Bedæ T. I. Opp. p. 19?. seq.

Calendarium Ecclesiæ Christianæ editum Helmst. 1585. ad calcem Chronologiæ Dav. Chytræi: Calendaria Christiana ap. Genebrardum ante commentarium in Psalmos, & in calce T. I. Criticæ Antonii Pagi ad Annales Baronii &c.

9. *De nominibus impositivis ex Constantini Censuri* fragmentum, qvod *Tito Probo* tribui notat Dionys. Gothofredus. Idem enim est qvod in qvibusdam *Valerii Maximi* editionibus pro libri decimi Epitome occurrit.

Caroli Sigonii, recentioris sed longe doctissim scriptoris *libellus de nominibus Romanorum.*

10. *Valerii Probi* (n) Berytii Grammatici sub Neronis imperio non ignobilis *de notis Romanorum interpretandis libellus.* Hunc ab eo tempore ex MSS. longe auctiorem vulgavit notisqve illustravit *Henricus Ernstius* Soræ 1674. 4. in cujus editione plurima Probo adjecta reperiuntur, sed qvæ à genuinis Ernstius asterisco distinxit. Idem Probi libellus sine illis additamentis sæpius editus est, occurrit etiam in Codic Theodosiano Jacobi Cujacii, in fronte inscriptionum a Jacobo Mazochio collectarum, i part

(n) Sertorius Ursatus existimavit hunc scriptorem fuis Christianum, aut certe Christianorum monumenta perlustrasse. Et Dausqveus in animadvers. ad hunc libellum pag 191. contendit notas hasce Probi diversas esse à Commentario qvem Gellius XVII. 9. ait satis curiose à Probo factum d occulta litterarum significatione Epistolarum Julii Cæsari De notis ταχυγράφων, qvæ σημεῖα ἐν βραχέσι τύπε πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα, appellat Plutarc Vide, si placet, qvæ dixi supra in Seneca p. 363.

parte tertia topographiæ & Antiqvitatt. Rom. Boiſſardi & aliorum, Francof. 1627. fol. in Antiqvitatibus Romanis Philippi Caroli, & in luculento Claudii Dausqvei opere de Orthographia Latini ſermonis, qvod prodiit Tornaci 1632. fol. Pariſ. 1677. fol. T. 1. p. 165.

11. *Notæ Juris à Magnone collectæ* inſcriptæqve Carolo M. Imp. Harum notarum uſum ad cavendas fraudes & rixas pridem aboleverat Juſtinianus C. de vet jure enucl. l. 1. §. 13. Ita loco σημείων, γράμμασι λιτοῖς uti juſſit Baſilius Imp. teſte Cedreno. Confer Franciſci Hotomanni notas juris.

Petri Diaconi Monachi Caſinenſis *de notis literarum * more Romano liber* ad Conradum Imp. Romanum.

De notis ponderum & menſurarum, ſive de minutiis ex Demetrio Alabaldo. p. 1526.

Incerti auctoris antiqvi de notis litterarum ſingularium, & dictionum contractius ſcriptarum.

Hæc ſcripta de notis præter Gothofredum & Eliam Putſchium junctim cum obſervationibus edidit Frid. Tiliobroga, ſive Lindenbrogius Lugd. Bat. 1600. 8. conf. Aldum Manutium in veterum notarum explanatione, Barthol. Amantium & Petrum Apianum in Abbreviationibus vetuſtorum monumentorum, Torellum Sarainam Veronenſem de interpretatione litterarum antiqvarum, Veron. 1540. Indices Gruterianis Inſcriptionibus ſubjectos. Wolfg. Lazium de ratione legendi litteras abbreviatas in mo-

* Supra, p. 364.

monumentis; Jo. Evelinum tractat. Anglico de Numismatis p. 190. seq. Casp. Hamelarium in notis numismatum integre repræsentatis, Hubertum Goltzium de notis singularibus & implexis in numismatibus & fastis, in thesauro rei antiqvariæ, Antvv. 1618. fol. Jo. Prettonium de notis atqve siglis antiqvorum, Citzæ 1660. 12. & qvi instar omnium est *Sertorii Ursati*, nobilis Patavini commentarium de notis Romanorum, qvo nihil est in hoc genere locupletius, & notæ, qvotqvot reperiri potuerunt collectæ, litterario ordine digestæ & explicatæ una cum Ursati observationibus exhibentur Patav. 1672. fol. & Tomo undecimo thesauri Antiqvitatum Romanarum J. Georgii Grævii, qvi in præfat. nonnulla in hoc Ursati commentario castigat, plurimaqve notare se potuisse testatur qvæ reservaverit tomo inscriptionum, satis ut ait ponderoso, qvem ibidem in lucem editurum se recipit vir præstantissimus. Epitome operis Ursati exstat in calce Marmorum Oxoniensium, qvæ cum commentariis Jo. Seldeni & Humphridi Prideaux lucem adspexere Oxonii 1676. fol. Usus est Ursatus in editis laboribus Comitis Jacobi Zabarellæ, Octaviiqve Ferrarii & Joh. Rhodii notis Julii Cæsaris & Augusti. Nuper etiam de siglis veterum singularem librum edidit Joannes Nicolai, antiquitatum in Academia Tubingensi Professor, Lugd. Bat. 1703. 4. Sed omnium ut spero diligentiam in hoc genere vincet *Christophorus Woltereck* Glückstadiensis qvi Ursati opus in alterum tantum auxit, &

Græ

iræcas qvoqve ſiglas (longe qvam dedit Jo. alens ad calcem numiſmatum Græcorum lo-upletiores) ſimul eſt exhibiturus.

12. Deniqve ſeqvitur *Bedæ Venerabilis Presby-ri brevis tractatus de computo ſive loquela per geſtum igitorum*, qvi in noviſſima operum Bedæ edi-ione Colonienſi A. 1688. legitur T. 1. p. 127. um Gloſſis Brideferti Rameſienſis ſed admo-lum jejunis, Scholiisqve Jo. Noviomagi. Li-ellum hunc qvem Elias Vinetus etiam doctis otis illuſtravit Pariſ. 1565. 8. & Grævius una um iisdem inſeruit tomo undecimo theſauri Antiqv. Rom. pag. 1699. in non paucis ab uſu veterum recedere obſervat Barthius lib. 2. c. 12. Adverſar. Confer. Rabani Abbatis Ful-lenſis librum de computo, qvem edidit Steph. Baluzius T. 1. Miſcellaneorum p. 10. ſeq. & Nic. Smyrnæi numerorum notationem per geſtum digitorum, qvam Græce & Latine cum Beda de indigitatione Pariſiis 1614. 8. vulgavit Frid. Morellus, poſt Morellum Petrus Poſſinus Rom. 1673. fol. ad calcem Catenæ Patrum Græco-rum in Marcum & Spicilegii ſui Evangelici. Idem Poſſinus notas neſcio cujus addidit & fi-guras Σχηματισμῶν χειρολογιστικῶν in æs incidi curavit p. 449. ſeqq. Ex Græco illo libro Nic. Smyrnæi Bedam videri tranſtuliſſe qvæ de hoc argumento ſcripſit, notatum Salmaſio eſt in Epiſtolis p. 101. Bedæ liber cum Nicolao col-latus & notis illuſtratus fuit in Bibl. Caroli de Montchal, teſte Labbeo p. 198. Bibl. novæ MSS.

Plu

Plura de hoc more per digitos sive *δακτύλων κάμψεις*, ut Alciphron Epistola 26. loqvitur, computandi vide ap. Erasmum in Scholiis ad Hieron. 1. in Jovinian. Pierium libro 37. Hieroglyph. Wowerium cap. 7. Polymathiæ, Antonium Nebrissensem c. 16. qvinqvagenæ, (qvi huc etiam trahit Prov. III. 16.) Francisci Sancti paradoxa p. 75. seqq. Gyraldum Dialogismo 2. Colviũ ad Apuleji apologiam p. 266. Gruterum lib. 1. c. 8. suspicion. Grangæum aliosq; ad Sat. 10 Juvenalis, Pareum elect. Plautin. p 89. seq. Lemonium notis ad varia sacra p. 805. seqq. & Petrum Bungum Bergomatem in Mysteriis numerorum p. 473. seq. Meminit & Xiphilinus in M. Antonio pag. 266. & Svidas in Ἀρβαζάκιος Dio Chrysostomus IV. de regno p. 74. *ἀεὶ κινῶν τοὺς δακτύλους, ἤτοι τὴν αὐτοῦ λογιζόμενος οὐσίαν ἢ τῶν ἄλλων τινός.* De loqvela per digitos vide Isidorum Hisp. lib. 1. Orig. c. 25. & Dan. Gvil. Molleri dissertationes tres de manuloqvio, pediloqvio & oculiloqvio. Altdorf. 1702.

13. In calce hujus collectionis Godofredinæ post indices comparet etiam *Liber Glossarum* ex variis Glossariis, qvæ sub *Isidori Hisp.* nomine circumferuntur. Editus fuerat cum aliorum glossariis Græco Latinis & Latino Græcis à Bonaventura Vulcanio Lugd Bat. 1600. fol. Exstat & ad calcem operum Isidori. Multas harum Glossarum emendant & illustrant Cerda c. 141. adversar. sacr. Turnebus & Barthius in Adversar. sacr. Reinesius in Var. Lect. Meursius in exercitatt.

itatt. Criticis, Gebhardus in crepundiis, Mat-
aias Martinius in Lexico, in Etymologico
'ossius, Cangius in glossario, & alii passim. No-
issime glossarium Isidori à Jo. Georgio Græ-
io emendatum ejusqve notis, & Clariss. Alme-
oveenii collectaneis illustratum lucem ad-
exit ad calcem Lexici præclari Etymologici
vod jam semel iterumqve in lucem prodierat
uctore Matthia Martino, G. Jo. Vossii præce-
tore, Trajecti ad Rhen. 1697. fol. cujus edi-
onis exemplaria qvædam præferunt in titulo
mst. 1701. fol. addita Jo. Clerici Etymologi-
a dissertatione.

Excerpta Pithœana ex veteribus Glossis.

Excerpta differentiarum à Jacobo Bongarsio, legato egio, communicata, incipiunt: *de proprietate sermo-um vel rerum.*

Præter has Glossas in qvibus collectio Go-
hofredi desinit, exstant latino Græca & Græco
atina glossaria antiqva vulgata ab Henrico Ste-
hano primum Paris. 1573. fol. ex MS. Bibl. Mo-
asterii S. Germani, post Stephanum atqve Vul-
anium à Cangio ex Bibl. Caroli Labbei qvi alio
rdine digessit & auxit. ibid. 1679. fol. In his
lurima recondita utriusqve lingvæ vocabula
: sepultæ oblivione significationes exponun-
ır. Unde passim ad illa doctissimos qvosqve
inqvam ad oraculum recurrere, & in iis
volvendis illustrandisqve operam suam col-
ocare videas. Cangius prolegomenis ad glos-
rium mediæ latinitatis putat eorum freqven-
em usum olim fuisse in Gallia ætate utriusqve

Hinc

HincmariRemensis Archi-Episcopi, & Episco
pi Laudunensis.

Paætereo Cambronense glossarium, Cerd
laudatum,&OnomasticonPetri Danielis è qv
excerpta apud Turnebum xxviii. 5 seq Adve
sar. Glossaria item qvorum editionem ad Is
dorum pollicitus est doctissimusGrævius,alia
qve glossas veteres varias MSS. ad qvas hinc i
de provocant in scriptis suisScaliger, Salmasi
& alii eruditi. Ut enim omittam qvod de co
lectoribus non constat, non unius auctoritat
sunt & pretii, infinitæqve varietatis. Pleræqv
ordine litterarum Alphabetico digestæ sun
aliæ etiam per capita & materias, more Non
Marcelli & nomenclatorum, qvale est qvo
laudat Bochartus 1. Hierozoici p. 803.

Voces latino barbaras explicant recentiore
scriptores Pithœi, Bignonius, Urstisius, Frehe
rus, Goldastus, Colvenerius, Watsius, Fri
Lindenbrogius in variis scriptis, Gvil. Somne
rus, (*) Chifletius in glossarioSalico, Jo. Selde
nus, Abr. Whelochus. Jo. Lydius in glossario a
Nicolaū de Clemangis, Gerh. Jo. Vossi⁹ in libr
de vitiis Sermonis, qvorū qvinqve posteriore
in noviss. edit. nuper accesserunt. Henr. Spee
mannus & Cangius sive Carolus Fraxinetus i
Glossariis, qvalia etiam moliri fuerant Jo
Meursius & Gvil. Noomsi⁹ Arlanderveniæ Do
minus Paralipomena adCangii sive Du Fresn
glossarium Latinum subjiciuntur ejus glossa

ri

(*) Somneri glossarium contractum exhibet Matthia
Zim mermannus p. 640. seq. Analect.

o mediæ Græcitatis. Etiam nonnullos Cangii psus emendat Hadr. Valesius in Valesianis.

CAPUT VII.

DE GRAMMATICIS à PUTSCHIO editis.

GRAMMATICI VETERES Hanov. 1605. 4. llecti & emendati vulgariqve à Doctissimo vene *Elia Putschio* Antvverpiensi, qvi notas lditurus paulo post A. 1606. cum vix viginti vinqve annos natus esset, Stadæ in flore ætatis biit. Operis editioni præfuit Gothofr. Jun- ermannus, inscriptumqve est Josepho Scali- ero qvi humanitatis & benevolentiæ ple- ssima * Epistola Putschio gratias egit, cujus tographum & Putschii Grammaticos manu sius hinc inde emendatos habeo ex munere obilissimi D. Rutgeri Rulandi. Porro in illa llectione hæc scripta continentur, qvorum iqva Putschius ipse fatetur vix digna fuisse litione:

1. *Flavii Sosipatri Charisii Institutionum Grammati- rum* ad filium, *libri V.* Ex codice Jani Dousæ icti, suppleti & emendati p. 1. - 270. Desunt men adhuc libri primi capita tria primora. os libros primus repererat Janus Parrhasius litos Neapoli 1532. fol. & per Georg. Fabricium hsil. 1551. 8. ap. Froben. qvæ editio exstat in bl. Leidensis Academiæ passim notata manu Jo-

* Inter editas Scaligeri Epistolas est 404.

Joſephi Scaligeri. Lovanii qvoqve inBibl. Societatis Jeſu occurrit Chariſius cum MSS. collatus à Levino Torrentio. De diverſo Chariſi exemplari qvod Curius Romæ legiſſe ſe teſtatus eſt, vide Geſnerum Bibl. Idem narrat Mediolanenſes depravatis codicibus deceptos inter veteres qvosdam Grammaticos, qvos di Parrhaſii ſententia ediderunt, attribuiſſe ne ſcio cui *Donatiano*. Fragmentum Soſipatri olim cum aliis opuſculis Lipſiæ à Georgio Fabricio editum Vulcanius qvoqve ſubjecit gloſſarii ſive theſauro utriusqve lingvæ, Lugd. Batav 1577. fol. Meminit Soſipater inter alios plus vi ce ſimplici *Comminiani*, & plurima ex eo refert cujus copiam à Goldaſto ſibi promiſit & inte Grammaticos edere voluit Putſchius, ut did ci ex hujus Epiſtola ad Andream Schottum Sed recte hac de re addubitare ſe, nec prius i credere qvam vidiſſet vel Putſchio redditur reſciviſſet, ſcripſerat Scaliger in Epiſtolis a eundem Putſchium ineditis.

2. *Diomedis* (**) *de oratione, partibus orationis & vario Rhetorum genere libri III.* ad Athanaſium emendati ex MSS. Fuldano & Claudii Puteani pag. 270.—529. Proierunt hi libri Venetiis 1522. fol. inter alios Grammaticos, & ſeorſim Coloniæ 1518. hinc à Jo. Cæſario mer

(**) Alius ut videtur Diomedes Scholaſticus, cujus commentaria inedita Græce ſcripta in Dionyſium Thracem extant in variis Bibliothecis Angliæ, Galliæ, Italiæ. Occurrunt etiam in Codice Holſteniano Bibliothecæ hujus urbi Hamburgenſis Joanneæ.

endati *ut nulla porro*, si inscriptioni credimus, *bes insideat*, ibid. 1536 8. & Lips. 1541. 8.

3. *Prisciani Cæsariensis* (qvem Cassiodorus sua tate in nova Roma sive CPoli Grammaticam ocuisse narrat lib. de orthographia) *Commentariorum Grammaticorum* libri XVIII. ad Julianum (*) (non Apostatam ut putavit Augustinus athus, sed COS. & Patricium, illum forsse qvi Novellas in Epitomen contractas lanitate donavit uti Goltzio visum, etsi hoc neat cum Cujacio, Antonio Augustino & Alcia- Jac. Gothofredus,) Ceterum multa Putschius Prisciano emendavit, in primis Græca pleraye ex Scaligeri codice restituit in libris 17. & 3. qvi sunt περὶ συντάξεως, adhibitis etiam ruteri, Bongarsii, Hœschelii(**) & Rittershu- MSS. Lacunas qvasdam relictas ex Pauli Petavii

(*) Priscianum sub Juliano fuisse perperam scribit Salmasius ὁ μέγας in prolegom. ad Solinum. Porro Julianus ille aliis haud recte Julius appellatur, cui Priscianus libros . de Partibus Orationis & libros 2. de constructione dicarat. Alius Theodorus Priscianus, de qvo infra in Mecis. Alius qvoqve Priscianus cujus mentio occurrit apud mmachum X. 36. Epist.

(**) Hœschelius in litteris Id. Novemb. 1604. scriptis Putnio offert MS. Codicem Augustanum summæ *Magistri Pei Eliæ* in Priscianum, si fortasse excerpta ex illo edere operæ etium sit. Ejusdem mentio in litteris ad Jungermannum stEpistolas Hottomanni à Clariss. Meelio editas p. 455 liber embranaceus calamo exaratus in Bibl. Augustana. Etiam ter Codices MSS. Bibl. Joanneæ hujus Urbis Hamburgensis in fol. num XCVIII. Codex vetustus exstat membranaeus libros XIV. Prisciani complexus, *Prisciani Ars Grammati-*

tavii Senatoris codice promisit emendaturum se in notis, at illæ ut dixi præmaturo ejus fato interceptæ sunt. p. 529. — 1215.

Ejusdem *partitiones versuum XII. principalium sive primi cujusqve in singulis libris Æneidos* pag. 1215. — 1286. hæ in editionibus vulgo in 12. libellos distingvuntur.

Liber de accentibus p. 1286 — 1299.

De Declinatione nominum p. 1299. — 1319.

De versibus comicis pag. 1319. — 1330. in hoc ex MSS. Scaligeri & Bongarsii non pauca emendata. Opus inchoatum magis qvam pro dignitate rei justis numeris absolutum, judice Chr. Wasio in Senario, sive erudito libro de licentia poëtarum p 4. Oxon. 1687. 4.

De præexercitamentis Rhetoricæ ex Hermogene p. 1330. — 1343. ex edit. Francisci Pithœi inter antiqvos Rhetores.

De figuris & nominibus numerorum, & de numis ac ponderibus ad Symmachum liber ex edit. Eliæ Vineti, (*) qvæ cum Hotomanno de re numaria Romanorum prodierat Paris. An. 1585. 8. pag. 1343

matica Viri eloqventissimi Grammatici Cæsareensis scripsi ego Theodorus Dionysii V.D. Memorialis sacri Scrinii Epistolarum & adjutor V. M. Qvæstoris in urbe Roma CPolitana, die Cal. Octobris, indictione qvinta Olibrio Viro Clarissimo COS. (A.C. 526.)

Me legat, antiqvas qvi vult proferre loqvelas,
Qvi me non seqvitur, vult sine lege loqvi.

Initio libri XIV. Theodorus iste Priscianum doctorem suum vocat.

(*) Vinetus omnibus Prisciani scriptis emaculandis operam suam addixerat. Vide Grævii thesaurum Antiqv. Rom. T. XI. p. 1677.

1343. — 1366. recuſus iterum T. XI. theſauri antiqvitatum Romanarum Græviani.

Sæpius hæc Priſciani ſcripta ſed minus emendate lucem adſpexerant Lipſ. 1496. minore forma, & Pariſ. apud Aſcenſium 1515. fol. Venetiis apud Aldum A. 1527. Florentinæ A. 1554. (qvæ editio cum MS. collata exſtat in Bibl. Academiæ Lugd. Bat.) Venetiis, Lutetiæ Pariſ. Coloniæ, 1528. fol. Baſileæ 1568. 8. &c. Librum Priſciani de naturalibus qvæſtionibus, ut hoc obiter notem, Simlerus in Bibl. narrat Coſroi Regi Perſarum inſcriptum extitiſſe ap. Matthæum Dreſſerum. Priſcianum de laude Anaſtaſii Imp. Neapoli in Bibl. Auguſtinianorum offendiſſe ſe refert Mabillonius T. 1. Muſei Italici p. 111. Priſciani Epitome per Gotzbertum & Trapezuntium compoſita memoratur à Labbeo Bibl. nov. MSS. pag. 45. De Metaphraſi periegeſios Dionyſianæ, qvam ad Priſcianum alii, alii ad Rhemnium Palæmonem referunt, dixi ſupra in Rufo Feſto Avieno.

4. *Q. Rhemnii Fannii Palæmonis Vicentini ars Grammatica* p. 1366. — 1386. Excuſa fuerat Baſileæ 1527. 8. apud Adamum Petrum una cum aliis qvibusdam antiqvis Grammaticis.

5. *M. Valerii Probi Grammaticarum Inſtitutionum libri II.* p. 1386. — 1494. Hoſce cum aliis qvibusdam vulgaverat Janus Parrhaſius Vicentiæ 1509. fol. ſed in hac editione Putſchius multa reſtituit ex MS. Jacobi Bongarſii.

Ejusdem de notis Romanorum interpretandis libellus p. 1494. — 1549.

Notæ juris à Magnone collectæ ad Carolum M. Imp. p. 1542. — 1579.

Petri Diaconi de notis litterarum more Romano, liber ad Conradum I. Imp. p. 1579. — 1639.

Notarum Veterum explicatio ex Papiæ Glossario p. 1639. — 1666.

Notarum juridicarum explanatio ex veteribus membranis p. 1666. — 1683.

Nota numerorum & ponderum ex antiqvo codice p. 1683. De Probo & reliqvis notarum scriptoribus plura dixi paulo ante ad auctores latinæ lingvæ collectos à Dionysio Gothofredo. *Papias* Lexicon Catholicum seu Vocabulistam sive ut à Thoma Bradwardino appellatur, *elementarium* scripsit circa A. C. 1063. editum est, Venetiis Anno 1496. fol. & inter multa vulgaria & inepta passim lectorem præclara qvædam docet qvæ alibi frustra qværuntur. Novam ejus editionem molitus Joannes Lydius, ut è Jo. Isaaci Pontani litteris ad Steph. Stephanium refert Tho. Crenius parte XI. animadvers. De hoc Papia (*) ejusqve interpolatore Nestore Novariensi & aliis glossarum auctoribus semipriscis Werdeni gemma gemmarum, Vincentio Bellovacensi lib. 1. speculi doctrinalis c. 49. Brito-

ne.

(*) Papias abbreviatus à Martino de Arenis A. 1307 in Codice Puteaneo qvem memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 45 Papias recte citatur testis à Furetetio in lexico voce *Abadir* etsi auctoe Tomi 16. Bibl. Universal. p. 129. eum reprehendens ait se nescire qvis qvalisve ille sit: *je ne say qui est ce Papias que l'on cite icy en matiere de mythologie.*

ne, Joanne (*) de Janua, Simone Januensi, Ugutione sive Hugvitione Pisano &c. Vide Cangium in Prolegomenis ad Glossarium mediæ Latinitatis. Ab eodem petes notitiam ceterorum scriptorum Latinorum mediæ ætatis, qvos in hac Bibliotheca prudentes omisimus, & qvorum ille luculentum indicem immortali operi suo præfixit. Joannis Reuchlini breviloqvum præ ceteris Lexicographis laudat Christianus Daumius c. 22. libri eruditi de causis amissarum Lat. lingvæ radicum, & à nullo eruditorum laudatum miratur. Habeo vocabularium breviloqvum editum Argentinæ Anno 1488. minore folio, sed Reuchlini nomen nusqvam comparet. Exstat etiam ejusdem breviloqvi editio Basileensis, cujus in præf. mentio.

7. *Phocæ Grammatici ars* de nomine & verbo ex Puteani MS. emendata p. 1683. — 1687. Ejusdem *de aspiratione*, qvod primus cum Probi Grammaticis institutionibus vulgavit Parrhasius, p. 1687. — 1726. Phocas cum Donato & Aspro Juniore per Jo. Cæsarium emendatus prodierat Lipsiæ 1527. 8.

Aspri Junioris Grammatici ars pag. 1726. — 1735.

(*) Hic Jo. Balbus de Janua seu Januensis (Genuensis) cum Jacobo de Voragine Januensi sive Genuensi Archiepiscopo neutiqvam confundendus. Catholicon suum absolvit A. C. 1286. editum Norimb. 1483. Venet. 1487. Vide Bæli dictionarium Historico Criticum in *Balbus*.

7. *Ælii Donati* (*) *ars sive editio prima* d. 1735. — 1743. *de litteris, syllabisqve, pedibus & tonis, editio secunda* p. 1743 — 1767. *de octo partibus orationis*. Leguntur & in Bedæ operibus, statim in limine tomi primi incunabula Grammaticæ artis Donati, sive de partibus Orationis liber 1. per qvæstiones & responsiones, & liber 2. p. 14. seq. qvi est hic ipse à Putschio vulgatus.

De Barbarismo, (**) *Solœcismo, Schematibus & Tropis* p. 1767—1779. Hæc Donati etiam à Cæsario emendata lucem adspexerunt una cum Diomede Colon. 1536. 8. Libellum de octo partibus emendavit & illustravit Henr. Glareanus. Putschius vero omnia ex edit Basileensi 1527 & Bongarsii libris emendata exhibuit. Exstant præterea Scholia Donati in Virgilii Æneidem & Terentium cum utriusqve Poëtæ vita, de qvibus diximus suo loco. Etiam ad Donatum referri videas argumenta in libros Metamorphoseon Ovidianarum. Fuit Donatus, ut est notissimum, orator & Grammaticus insignis Romanus

(*) Donatum passim seqvitur Isidorus Hisp. lib 1. Orig num. Ejus schemata Grammaticæ id. lib. 2. c. 21.

(**) *Flodagarium* in Donati Barbarismos, & *Pompejum* in Donatum qvo usus est Carrio è Bibl. Coloniensi, Putschius libenter Grammaticis suis adjunxisset, si MStos horum scriptorum Codices nancisci potuisset. *Smaragdi* Abbatis de Etymologia Verbi & in Donatum aliaqve ad Grammaticam spectantia memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 44. Donati de octo partibus & barbarismo ex Jo Cæsarii emendatione prodiit Colon. 1536. & Lips. 1542. 8. ad calcem Diomedis Grammatici. Donatus de barbarismo pedibus, tonis. Basil. 1527. 8. cum Victorino de metris &c. Ælii Donati methodus Uratislav. 1539. 8. Francof. 1519. 8. Magdeb, 1585.

nanus, circa A.C. 354. Præceptor B. Hieronymi, qvi eum laudat tum alibi tum in c. 1. Ecclesiastis, ubi hoc ejus dictum affert: *Pereant, qvi ante nos nostra dixerunt.* Qvod hodie incassum qværes in ejus ad Terentium commentariis. Sed non hoc solo argumento constat illa non minus truncata qvam interpolata ad nos pervenisse.

8. *Servii Marii Honorati in secundam Donati editionem* interpretatio pag. 1779. — 1799. Cum Donati opusculis ediderat Rob. Stephanus, Paris. 1543. S.

De ratione ultimarum syllabarum liber ad Aqvilinum (*) p. 1797 — 1815. emendatus ex MSS. Bongarsii. Servii MS. caput de accentibus allegatur in Chr. Wasii senario p. 62.

Ars de pedibus versuum sive centum metris pag. 1815. — 1826. emendatus ex iisdem MSS.

Hoc centimetrum Albino (**) ab auctore in- scri-

(*) Al. *Basilium.*

(**) Hic videtur esse filius Cæcinnæ Decii Albini qvem in Saturnalibus suis loqventem Macrobius inducit una cum Servio. Confer Seldenum lib. 1. de Synedriis c. 10 & Jo. Andream Bosium de Pontificatu maximo Imperatorum Rom. p. 35 seq. Epistolam Servii ad Albinum Centimetro præmissam è MS Vaticano vulgavit Philippus Labbeus T. 1. Bibl. nov. MSS. pag. 668. *Clarissimo Albino Servius Grammaticus. Tibi hunc libellum, prætextatorum decus Albine. Nam licet Patris Aviqve, qvibus maximam reverentiam litteræ debent, qvotidie urgearis exemplo, ibiqve pubescas qvo calle ad Musarum sacra venitur, non tamen cælo suo tantum Numina perfruuntur. Sæpe humiles locos ac vilia pauperum tecta subierunt. Qvare laboris mei velim faveas voto, indulgeas audaciæ. Qvod si secus cesserit, in cupiditatem devotionis interpretabor eventum nocendi. Vale.*

ſcriptum Aldus Venetiis edidit cum Horatio Subjicitur etiam operi verſificatorio Jo. Despauterii & Jac. Henrichmanni Grammatici inſtitutionibus Lipſiæ 1510. 4. excuſis. Servium de pedibus verſuum & ſyllabarum qvantitate recenſuit Joachimus Camerarius & cum Eutychio Grammatico, Marioqve Victorin edidit Tubing. 1537. 4. De Commentariis Servii in Virgilium dixi ſupra, ubi de illo Princip Poëtarum mihi ſermo fuit.

9. *Sergii* Grammatici *in primam Donati editio nem* commentarium p. 1826. — 1838.

Ejusdem *in ſecundam editionem commentarium* pag. 1838—1856. Pleriqve hunc Marium Sergium eundem eſſe putant cum Servio de qv jam dixi. Ceterum hæc in Donatum commentraria cum aliis qvibusdam antiqvis Grammaticis impreſſa fuerant Baſileæ A. 1527. 8. & Pari ap. Rob. Stephanum.

10. *Ars Celidonii* ſive *Cledonii Romani* Senator CPolitani Grammatici ex MSS. Franciſci P thoei in lucem edita p. 1856.— 1939. Hujus Celidonii nomen Colomeſius pag. 295. ad Gyral dum latere putat ſub nomine *Sidonii Grammatici*, cujus fragmentum de vocibus animantur in aliqvot gloſſis MSS. Boxhornii legebatu ipſo teſte ad Plautum p. 565. edit. 1645.

11. *Maximi Victorini de re Grammatica* ſive *de Orthographia* liber p. 1939—1955.

Ejusdem *de carmine Heroico* p. 1955.—196

D

De ratione Metrorum commentarius p. 1963. — 1975. Prodierat una cum aliis Basil. 1527. 8.

12. *D. Aurelii Augustini* Hipponensis Episcopi *de re Grammatica liber* pag. 1975. — 2018. In editionibus incipit his verbis: *Omnia nomina tredecim.* Qvod convenit cum principio libri de Grammatica, qvod Augustinus ipse confirmat l. 1. c. 6. Retractationum. At Benedictini in noviss. Augustini edit. T. 1. testantur verba illa libro de Grammatica qvi hodie fertur recens præfixa esse, neqve in MSS. (*) reperiri: Pluribus iidem argumentis confirmant, eum non esse Augustini, adeoqve in Appendicem tanqvam spurium retulerunt.

13. *Ars P. Consentii V. C de duabus orationis partibus, nomine & verbo* pag. 2018. — 2075. ex MS. Bongarsii, pluribus locis auctior, qvam olim edita fuerat à Jo. Sichardo Basil. 1528. 4. A Francisco Robortello etiam vulgatum, in Epistolis MSS. ad Putschium tradit Andreas Schottus. Hunc Consentium viri docti appellant Grammaticum CPolitanum. Fuit & Consentius ad qvem exstant Sidonii Apollinaris Epistolæ.

14. *Flacci Alcuini sive Albini*, Caroli M. Imp. Magistri *Grammatica* p. 2075. — 2143. Præter

Ddd 5 hanc

(*) Tillemontius in vita Augustini Gallice edita sive T. 13. memor. Ecclesiast. observat, Benedictinos alibi negare se ullos hujus libri MStos Codices usqvam vidisse. Grammaticum tamen hunc librum Augustino ipse qvoqve recte abjudicat tum propter alias rationes, tum qvod per dialogos scriptus non est, qvod de suis affirmat Augustinus.

hanc Grammaticam & dialogum de Rhetorici
ex libro Alcuini de ſeptem artibus nihil fer
exſtat. Inſerta poſtea eſt reliqvorum Alcuin
operum collectioni ab Andrea Qvercetan
Pariſ. 1617. fol.

15. *Eutychis Grammatici, diſcipuli Priſciani de di-ſcernendis conjugationibus* libri II. ex MS. Wovve-rii aucti & emendati p. 2143. — 2191. prius le-gebantur ex edit. Joachimi Camerarii. Tubin-gæ 1537. 4. Ex hujus Eutychis de aſpiration qvædam leguntur apud Caſſiodorum cap. IX de Orthographia.

16. *Cornelius Fronto* de differentiis vocabulo-rum p. 2191. — 2203. Ediderant jam ante G Fabricius, Lucas Loſſius &c.

17. Incerti *de differentiis vocum*, editus ex MS Bongarſii p. 2203. — 2214. Hæc utraqve opu-ſcula inter auctores latinæ lingvæ edidit etiam Dionyſius Gothofredus, Genev. 1602. 1622. 4 & cum Iſidori originum libris Bonaventur Vulcanius Baſil. 1577. fol.

18. *Velius Longus* (*) *de Orthographia* p. 2214— 2239. à Scholiaſte Statii ad lib. 2. Achilleidis v 41. Velius Aſper Longus appellatur. Prodiera Romæ primum 1587. 8. deinde cum Fulvii Ur ſini notis ad Servium, Caſſiodoro de Orthogra-phia & aliis qvibusdam ex officina San Andrea na A. 1589. 8. In caſtigationibus ſive notis a Longum, qvas Commelinus ſubjecit, profite tur ſe adjutum à Franciſco Junio. 19. *Fla*

(*) Ex hoc pleraqve repetit Iſidorus lib. 1. cap. 26. Ori-ginum.

19. *Flavii Capri* Grammatici vetustissimi de *rthographia libellus*, ex MS. Bongarsii restitutus , 2239.—2246.

Ejusd. *de verbis dubiis*, primum editus ex MS. ongarsii p. 2247. — 2250. Hunc Caprum A-roetius multis litterarum operibus celebra-um & in commentando Cicerone præcipuum ocat. Meminit & S Hieronymus 2. in Rufin. *via in Capri commentariis hujuscemodi figuram repe-it.* Capri Orthographiam memorat Lupus 'errariensis Epistola 20.

20. *Terentii Scauri* (*) *de Orthographia* ad The-eum, ex libro Bongarsii, notis Ranconeti & 'etri Scriverii restitutus p. 2250.—2266.

21. *Agroetius de Orthographia, proprietate & dif-ferentia Sermonis* ad Eucherium Episcopum, ve-uti supplementum libri Capri, ejusdem argu-nenti, recensitus ex MS. Bongarsii p. 2266.—275. Prodierant cum iisdem originum Isido-i libris ex edititione Vulcanii.

22. *Magni Aurelii Cassiodori Senatoris* de *Ortho-graphia liber* p. 2275.—2322. cum Velio Longo aliisqve lucem adspexit in officina San Andrea-na A. 1589. 8. in qva editione, Commelini etiam castigationes sive notæ breves adjectæ sunt. E-didit primus Lud. Carrio 1579. 8. apud Plantin. Hunc vero librũ ex variis Gramaticis collegit & Anno

(*) Scaurum una cum Harmonio, Clarano, Aspro & Varrone laudat Ausonius Epist. 18. Clarani mentio etiam apud Senecam Epist, 67. & Martialem X, 21. una cum Mo-desto.

Anno ætatis 93. edidit Caſſiodorus. Nomina veterum Grammaticorum ſunt: Annæus Cornutus, Velius Longus, Curtius Valerianus, Papyrianus ſive Papyrius Prætextatus, Adamantius Martyrius, Eutyches, Cæſellius Orthographus, Lucius Cælius Vindex, Priſcianus. Laudat etiam Terentium Varronem, Donatum & Phocam.

Ejusd. de arte Grammatica, ad Donati mentem, fragmentum p. 2322. — 2327. Ex libro de ſeptem diſciplinis, vulgatum qvondam ſeorſim à Jo. Sichardo cum Conſentio. Baſil. 1528. 4. ut editiones inter reliqva Caſſiodori opera omittam.

23. *Beda* Sacerdos *de Orthographia*, ex MS. Bongarſii primum editus p. 2327. —2350. diverſus à libello ejusdem argumenti, qvi Bedæ vulgo adſcriptus inter ejus opera ſæpius prodiit, & infra à Putſchio exhibetur.

Ejusd. *de metrica ratione liber unus* p. 2350. — 2383. qvi ſimiliter inter ejus opera non ſemel lucem adſpexit.

24. *Terentiani Mauri* (*) *de litteris, ſyllabis, pedibus & metris carmen* ad Baſſinum filium, & generum Novatemum (vide v. 278.) omni elegantiarum genere conditum & amabili qvadam ingenii amœnitate temperatum, vario poematis genere p. 2383. — 2450. Incertum utrum hic

(*) Carthaginienſem eſſe negat T. Faber ad Longin. Maurum patria ſe ipſe fuiſſe docet p. 87. edit. Briſſæi:

Maurus item qvantos potui cognoſcere Grajos?

lic sit Postumius Terentianus, cui Longinus dicavit librum suum aureolum de sublimi dictione, vel qvem Syenes (**) in Ægypto præfectum celebrat Martialis lib. 1, Epigr. 87. Etsi utrumqve videtur Vossio lib. de Poëtis Latinis. Qvidem si Septimius Poeta, cujus plus simplici vice Terentianus meminit, idem sit cum Septimio Severo, ad qvem exstat carmen Lyricum in qvartum Sylvarum Statii (ita persvasum Gyraldo dial. X. de poëtis) Martialis ætati propiorem oportet esse Terentianum, non diu enim post significat.

Dulcia Septimius qvi scripsit opuscula nuper.

Atqve iterum:

Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella,
Nam melius nostri servarunt metra minores,
Septimius docuit qvo ruris opuscula libro &c.

Cæterum Carmen illud Terentiani sæpius prodiit tum seorsim, tum in corpore Poëtarum. Exstat etiam cum Scholiis Nicolai Brissæi, Jacobi Petrevini &c. Prima Terentiani editio cum Ausonio lucem adspexit Mediolani A. 1497. fol. Emendavit post Georgium Merulam, Janum Parrhasium & Nic. Brissæum, Jacobus Micyllus Francof. 1532. Prodiit etiam cum Victorino de Orthographia & Servii centimetro 1584. 8.

25. *Ars Grammatica Marii Victorini de Orthogra-*

(**) Sane in fronte editionis Parisiensis ap. Simonem Coneum A. 1531. 4. cum notis Nic. Brissæi Montivillarii, dicitur *Terentianus Maurus, Niliaca Syenes præfectus.*

graphia & ratione metrorum p. 2450.—2623. cum Eutyche Grammatico prodierat Tubing. 153 4. ex edit. Joach. Camerarii & Basil. 1527. cum aliis Grammaticis. Edidit & cum Scaur Commelinus, ejus editionem Putschius secu tus fuit.

26. *Marii Plotii* (Sacerdotis ut vocatur in MS Isaaci Vossii) *ad Maximum* Simplicium Cl. V. *metris liber* ex MS. Andreæ Schotti & Jo. Wovve rii primum editus p. 2623.—2663. Habuit MS. Hadrianus Junius, ut refert ipse notis a emblemata sua.

Ars Cassii Bassæ de metris p. 2663.—2671.

27. *Attilii Fortunatiani* (*) *ars & de metris Hora tianis*. p. 2661.—2706. Fragmentum hujus For tunatiani de metro Sotadeo occurrit in Gram maticis institutionibus Aldi Manutii.

28. *Commentarium Rufini* V. D. Grammatici An tiochensis *in metra Terentiana* ex MS. Scaligeri re stitutum p. 2706.—2715. Sæpe numero prodi cum Prisciani operibus. Ejusdem alia qvædam leguntur inter Rhetores antiqvos Francisci P thœi. Crediderim etiam ejus Rufini esse fa bulam Pasiphaes metris omnis generis Hora tianis elaboratam, & à Cruqvio primum edi tam.

29 Ce

(*) Gyraldo dialogo 2. de Poëtis dicitur *Donatianu* Apud Vossium vero de Poëtis Græcis p. 65. male editum es *Attilius Fortunatianus de arte Medica*, pro *Metrica*. Etiam Mallii Theodori librum MS, de metris memorat Labbeu Bibl. nov. MSS, p. 46.

29. *Censorino adscriptum fragmentum de metris* 2715.—2727. Lud. Carrio primus à Censo- ini libro de die Natali separatim edidit Paris. 583. 8. ut supra lib. 3. c. 4. dixi. Censorinum ter Grammaticos laudat Cassiodorus.

30. *Ambrosii Macrobii Theodosii de differentiis & cietatibus Græci Latiniqve verbi libellus* p. 2727.— 775. tantum excerpta qvædam sunt ex Macro- i opere à Joanne qvodam, fortasse *Erigena* sive : rectius dici notat ad Jamblichum Galeus, *He- lo* sive *Heruligena Scoto*, ita enim suspicabatur P. ithœus & post Pithœum Vossius in Aristarcho. 'ide si placet, qvæ supra lib. 3. c. 12. in Macrobio.

31. *Libellus Bedæ vulgo inscriptus de Orthographia* 2775.—2803. aliqvoties editus inter Bedæ enerabilis opera T. 1. p. 53. seq. Deniqve suc- edunt *Indices* auctorum à Grammaticis in te- imonium citatorum, vocum Græcarum, re- umqve & verborum.

P. NIGIDII FIGULI, Romanorum post Var- onem doctissimi, qvi Astrologiæ etiam peri- s, Augusto ea die qva natus est, prædixit Im- erium, fragmenta collegit & variis suis lectio- ibus inseruit Janus Rutgersius lib. III. c. 16. In is est libellus de tonitruum per singulos men- es atqve dies significatione, qvem è Latino pri- em Græce vertit Jo. Laurentius Lydus Phila- elphiensis: Lydi versionem è Codice Palatino escriptam Rutgersio ut ederet concessit Jo. Meursius, qvem vide notis ad Leonis Tactica .447. De Nigidio consulendus etiam Paulus Ma-

Manutius ad lib. IV. Epist. 13. Ciceronis ad familiar. & qvæ supra lib. 3. c. 8. dixi in Firmico & lib. 3. Bibl. Græcæ c. 20. p. 513. Unde Figuli nomen tulerit Nigidius, docet Augustinus V. 3. de Civitate DEI.

Laurentius Antiqvus Leontinus, cujus libri III. Institutionum Grammaticarum prodiere Patavii A. 1601. 8. recens scriptor est, etsi nomen ejus Josepho Qvesnello errandi ansam dedit, ut antiqvis illum Grammaticis accenseret in Catalogo Bibl. Thuaneæ.

CAPUT VIII.

DE ANTIQVIS RHETORIBUS Francisci Pithœi.

ANTIQVI RHETORES è Bibliotheca Francisci Pithœi (a) Paris. 1599. 4. junctim editi hi sunt:

1. *Ex P. Rutilii Lupi* (b) de figuris sententiarum libris II. excerpta p. 1. — 12.

2. *Aqui-*

(a) Veterum editionum lectiones sæpe mutavit Pithœu & aliqvando in pejus. Ut adeo editio ista sic absqve notis & mutationum rationibus edita pro manca habeatur à Barthio p. 2576. Adversar. In præfatione qvidem hæc legas: *Oscitantes typographorum opera comtissimos & emendatissimos Pithœi cura auctore mendis non paucis inqvinaverunt. Imo Pithœana qvoqve autographa inter illos deposita malum strangulata sunt, ut inde multa tibi toto hoc opere dispersa flagita exhiberi minime potuerint.*

(b) E Jac. Thomasii τοῦ μακαρίτου programmatis p. 276 pate-

2. *Aqvilæ Romani de figuris sententiarum & elocutionis ex Alexandro* (c) *Numenio liber* p. 13. - 23.

3. *Julii Rufiniani de eodem argumento qvæ Aqvila prætermisit* p. 24. - 38. Hi tres scriptores cum aliis qvibusdam Rhetoribus antiqvis latinis editi sunt è codice Spirensi à B. Rhenano Basileæ An. 1521. 4. ap. Froben. Hinc Venet. 1523. fol. & 1533. 8. apud Aldum cum Rhetoricis Trapezuntii & Fortunatiano de qvo mox dicam: & Paris. 1528. 4. ap. Rob. Stephanum cum Sulpitio Victore, incerto de Rhetorica, Emporio & Aphthonio, atqve Argentorat. 1539. 8. Parallelismum figurarum è Lupo, Aqvila, Rufiniano & Qvintiliano in duplici

 tabel-

patet illum virum doctissimum non indiligentem operam impendisse immaculando & illustrando huic Rhetori, edito primum (ut rescire potui) Venet. 1519. 8. Qvintilianus IX. 2. ait Lupum qvatuor Gorgiæ libros (non veteris Leontini illius, sed alius, sui temporis) in unum contraxisse. Non igitur ab ipso Lupo distributio in duos libros est, qvod Vossio etiam animadversum p. 94. de Rhethorices natura & lib. V. Instit. Or. p. 289. Ad illud Gorgiæ opus Græcum, ubi pluribus uniuscujusqve ratio reddatur, lectorem remittit Lupus p. 10. edit. Pithœi, qvod tanto magis noto, qvia Barthius indicem scriptorum à Lupo laudatorum texens lib. 55. Adversar c. 1. Gorgiam omisit. Callinicus Sophista scripserat ad Lupum (alium à nostro) περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς teste Svida. Plures Rutilii Lupi nomine olim celebres referuntur à Glandorpio p. 754. Onomast. Vide & Jac. Thomasii diss. de nominibus & insignibus Lupinis, 1667.

(c) De hoc Alexandro, cujus liber de figuris Græce extat, qvemadmodum & de aliis Rhetoribus Græcis dixi libro V. Bibl. Græcæ c. 31.

tabella exhibet Franciſcus Roborteilus lib. de artificio dicendi, Bonon. 1567.4.

4. *Chirii vel Curii Fortunatiani* (d) *Conſulti artis Rhetoricæ ſcholia libri III.per qvæſtiones & reſponſiones* 38.—78. Hos libros poſt Baſileenſem ac Venetam editionem recenſuit P. Nannius Lovan 1550.8. cujus hæc ſunt verba in præf. *Cum nuper anxie diſqvirerem qvemnam potisſimum ex Rhetoricis domi meis privatim prælegerem, & Qvintiliani prolixitatem horrerem, nec liber ad Herennium ſatis habere compendii videretur: incidi tandem in ſcholia Fortunatiani, in qvibus ille ſumma cum luce nec minori brevitate omnia technica tum Latinorum tum Græcorum rhetorum in unum contulit, & qvæ ex Hermogene Dionyſio Halicarnaſſeo, Demetrio Phalereo vix transferri poſſe videbantur, claris & vividis vocabulis latine expreſſit, adeo ut qvi ſe eorum virorum interpretem velit*

(d) *Portunianum* vocat Jo. SarisberienſisVIII.6.ſeq. Policratici. *Conſultus Chirius* Rhetor dicitur Scaligero V. de emendat. temporum p.483. Intercidiſſe putabat Jac. Duratius Caſellius II.6. Variar. reprehenſus à clariſſ. Crenio XI animadverſ. p. 81. ubi è Jani ParrhaſiiEpiſt. 57. profert verba qvibus teſtatur in antiqvo Codice pro *Chirio Fortunatiano* legi *Chriæ Fortunatiani*. Et ex perſonati Oporini Grubii Amphotidibus Scioppianis Pariſ. 1611. 8. editis p. 141. *Dolet Scioppio qvod non eadem felicitate in ChirioFortunatiano ungulis Gifanianis reglutinando & publicæ utilitati redonando uſus fuerit: nam eum ſcriptorem nunqvam aditum, à Theodoro Zwingero Giphanius obligata editionis fide acceperat.* Parum qvidem latinus ſcriptor, ſed neqvaqam ineptus pro tempore qvo vixit, dicitur hic Fortunatianus à Jo. Clerico V. C. parte I. Artis Criticæ p. 449.

velint, necessario hunc legendum habeant, in qva parte ſibi nec Trapezuntius nec Theodorus Gaza defuerunt, qvi utinam plura ab eodem auctore mutuare potuiſſent, profecto res ſuas & diſtinctiores & clariores effeciſſent. Cæterum dum huic caſtigando operam impendo, (maculoſus enim & mutilus in lucem exierat) opportune in mentem venit ſimilia & ejusdem generis apud B. Auguſtinum reperiri. Hic dum utriusqve rhetoricam confero, video illis plerumq; & verbis & ſententiis convenire. Procedo ad Dialecticam utriusqve, nihil omnino varietatis deprehendo. Miror qvid acciderit, ut qvæ vel Fortunatiani ad Auguſtinum: vel qvæ Auguſtini ad Fortunatianum tranſierint, niſi fortaſſe alter alterius Præceptor fuerit, & Magiſtri traditiones ut fieri ſolet ſuis libris impreſſerit. Utut eſt, id liqvido affirmare licet, id opus aut vere eſſe Auguſtini, aut dignum Auguſtino. In hoc erudito opere Fortunatianum, qvi Maximi etiam & Balbini & Pupieni vitas ſcripſit teſte Capitolino, Hermagoræorum doctrinam plane expreſſiſſe notat Voſſius p. 18. de Hiſt. Latinis. Vide & Franciſci Hottomanni JCtum ſive librum de optima ratione juris interpretandi, qvo excerpta è Fortunatiano exhibet inter alia, eaqve valde commendat JCtis.

5. *Marii Victorini* Rhetoris urbis Romæ *expoſitio in I. & II. Rhetoricon Ciceronis* pag. 79. — 239. Hæc ſæpe edita fuit cum ſeorſim, tum libris Ciceronis Rhetoricis adjecta in fol. De hoc Victorino Afro videLaunojum p. 51. ſeqq. diſſertationis de Victorinis. Utrum Hieronymi præ-

ceptor fuerit, dubitat Huetius p. 234. de claris interpretibus. Alia ejus ſcripta recenſet Clariſſ. Caveus in ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Qvatuordecim genera definitionum ex hujus Victorini libro ſingulari ut ſuſpicor de definitionibus abbreviata refert Iſidorus Hiſp. lib. 2. Orig. cap. 29. Idem c. 25. idem Porphyrii Iſagogen à Victorino Oratore in latinum translatum fuiſſe & cap. 28. laudat librum Victorini de ſyllogiſmis hypotheticis.

6. *Sulpicii Victoris* ad M. Silonem generum *inſtitutiones oratoriæ* è Zenonis Rhetoris præceptis maxime collectæ, ut ipſe initio libri teſtatur, & Zenonem iterum citat p. 247. 262. Has à Nic. Fabro Pithœus accepit, recognitas cura Æmari Ranconeti p. 240. - 275. Prodierunt una cum aliis Rhetoribus antiqvis latinis Baſil. 1521. 4. Frobenium & Pariſ. 1528. 4. ubi etiam *auctor incertus de Rhetorica* ſive *de locis Rhetoricis*, qvi in Pithœanæ collectionis titulo laudatur, nec deſideratur in libro ipſo, ſed alio qvam titulus indicat loco exhibetur, ſtatim nempe poſt Sulpicium Victorem p. 275 - 278.

7. *Emporii Rhetoris de Ethopœia ac loco communi liber* pag. 278. - 283. Poſt Caſſiodorum vixiſſe colligit Voſſius, qvem vide lib. de Rhetoricæ natura p. 95.

Ejusdem *præcepta demonſtrativæ materiæ & de ſpecie deliberativa* p. 283. -- 288. Hic qvoqve in jam laudatis occurrit collectionibus.

8. *Au-*

8. *Aurelii Augustini* præcepta Rhetorices pag. 290. -- 302. Hæc Augustini esse haud videntur uti recte observant Benedictini in nova sua Augustini editione, unde illa in appendicem Tom. 1. inter spuria rejecerunt. Confer supra num. 4.

9. *Julii Severiani Syntomata* sive *præcepta artis Rhetoricæ* summatim de multis collecta, ad Desiderium p. 302. -- 312. Hæc ex recensione Lucæ Fruterii cum ejusdem Fruterii reliqviis vulgata à Jano Dousa Antvverpiæ 1584. 8. apud Plantin. Qvod vero titulus præ se fert, tunc primum in lucem emissa esse error est, cum multis ante annis Secundus Curio adjecerit Partitionibus oratoriis Ciceronianis. Nec paucis locis emendatior est editio Oporiniana, ut notavit Vossius de Rhetorices natura p. 95. Severianum ad codices MSS. collatum cum ejus libello de locis dialecticis edere voluit Labbeus. Vide illius nov. Bibl. MSS. p. 45.

10. *Rufini* (e) *versus de compositione & metris Oratorum, & de eodem argumento variorum auctorum loca ab eodem collecta* pag. 312. -- 321. Apud Latinos ait p. 318 de numeris Oratoriis scripsisse Ciceronem, Victorinum, Eusebium, Terentianum, Varronem, Probum, Charisium, Diomedem, Qvintilianum, Donatum, Victorem, Servium. Apud Græcos Thrasymachum, Naucratem, Gorgiam, Ephorum, Isocratem,

Eee 3 Theo-

(e) Rufini intellige Grammatici Antiocheni, cujus commentarium in metra Terentiana paulo ante inter Grammaticos à Putschio collectos p. 796. memoravi.

Theodectem, Ariſtotelem, Theodorum Byzantinum, Theophraſtum, Hieronymum.

11. *Priſciani Grammatici* Cæſarienſis de præexercitamentis Rhetoricæ ex Hermogene liber p. 322 — 341. ſæpe editus cum reliqvis Priſciani ſcriptis, & ab Elia Putſchio adjectus Grammaticis antiqvis.

12. *Rhetoricæ compendium ex Magno* (f) *Aurelio Caſſiodoro* p. 332. — 341. petitum ex ejus libro de ſeptem diſciplinis, qvi inter Caſſiodori opera ſæpius prodiit, noviſſime Rothomagi 1679. fol. ſtudio Jo. Garetii, monachi Benedictini.

13. *Bedæ* Presbyteri de Schematibus & tropis Sacræ Scripturæ liber p. 342. — 355. editus eſt non ſemel, cum inter opera Bedæ noviſſime Colon. 1688. T. 1. p. 42. ſeq. tum ſeorſim Venet. 1522. Baſil. 1536. 8. &c.

14. *Iſidori Hiſpalenſis* de arte Rhetorica liber reliqvo opere ſelectus p. 356. — 358. depromptus ex libro ſecundo operis de Originibus qvod rogante Braulione Epiſcopo Cæſar-Auguſtano Iſidorus ſcripſit & imperfectum reliqvit. Braulio deinde complevit & in libros digeſſit.

15. *Alcuini* ſive *Albini* de arte Rhetorica dialogus cum rege Carolo p. 369. — 382. Ex Alcuini libro de ſeptem artibus, ſed qvi non integer ad nos pervenit, uti ad Eliæ Putſchii Grammaticos obſervavimus.

Dia

(f) Perperam *Marcum* appellant doctiſſimus Caveus in Hiſt. literaria & pleriqve alii.

Dialogus iste de Rhetorica seorsim prodiit uaci 1564. 4. ex recognitione Matthæi Gale-i & A. 1529. 8. Hagenoæ per Menradum Mol-ierum. Parisiis qvoqve inter alia Alcuini pera 1617. fol.

CAPUT IX.

DE LEGIBUS ET JURISCON-SULTIS ANTIQVIS.

JURISCONSULTI VETERES qvoqve non rætereundi, qvorum scriptis innumeris de-erditis, vix exigua qvædam fragmenta serva-a sunt. Illorum notitiam hoc loco subjiciemus, vum de legum Veterum Romanarum reli-viis pauca qvædam præmiserimus.

1. *Leges Regias* (a) a Romulo aliisqve Regibus omanis latas & *Decemvirales* sive *leges XX. Tabu-irum* qvæ T. Livii (b) etiamnum ætate in im-nenso aliarum super alias acervatarum legum umulo fons omnis publici privatiqve erant uris, Justus Lipsius studiose collegit Antvverp. 1601.

(a) Has leges olim (atqve interregnum qvoqve uteſt veri-mile, qvales memorantur Ciceroni 1 de legibus) in unum orpus collegerat Sextus Papyrius, unde dictum *jus civile. Papyrianum* qvod laudat Macrobius lib. 3. c. 11. Saturnal. ta actiones ex legibus XII. Tabularum natæ & ab Appio Claudio dispositæ a Cneo Flavio autem liberto ejus una cum astis vulgatæ *jus Civile Flavianum* vocabantur. Aliæ actio-nes compositæ à Sexto Ælio, unde *jus Civile Ælianum*. Au-ctor Pomponius in Enchiridio.

(b) T. Livius III, 34. Hist.

1601. 4. & alibi. Easdem â Lipſio, Antonio Augustino, & Fulvio Urſino collectas una cum aliis qvibusdam legibus, SCtis, plebiſcitis & ſanctionibus Fridericus Sylburgius ſubjecit Antiqvitatibus Romanis Dionyſii Halicarnaſſei, ad qvarum calcem in editione Wecheliana, Lipſienſi & Oxonienſi etiam clariſſimi Hudſoni leguntur. Urſini collectionem Romæ Anno 1583. 5. editam ceteris præfert Jo. Seldenus diſſ. ad Fletam ſive jus Anglicum, & Ericus Mauritius diſſ. de libris juris communis, horumqve uſu. Confer Franciſci Balduini libros (c) duo in leges Romuli ac leges XII. Tabularum, Stephanum Pighium Annal. Romanor Tom. I. Jo. Roſinum & Thomam Dempſterum libro antiqvitatum Romanarũ octavo, ubi Lud. Charondæ, Theodori Marcilii aliorumq; collectiones recenſentur & leges ipſæ exhibentur additis non pœnitendis obſervationibus. Neq; omittenda qvæ Bartholomæus Marlianus, Pardulphus Pratejus, (d) Antonius Contius, Jac. Cujacius, Jacobus Rævardus, Julius Pacius, Jo. Criſpinus, Jo. Oldendorpius, Adr. Turnebus

Ca

(c) De his doctiſſimi JCti libris ac diverſis eorum editionibus videnda Chriſtiani Thomaſii Epiſtola qva novam ſe Balduinianorum operum editionem moliri ſignificavit Lipſiæ 1689. 8. Ericus vero Mauritius p. 92. diſſ. Balduinum non veretur temeritatis arguere, qvod affirmet ſe duodeviginti Romuli leges è columna Romana deſcripſiſſe, *qvod ab omni veriſimilitudine alienum eſſe non dubitant viri docti.*

(d) Pardulphi Prateji jurisprudentia Vetus Draconis & Solonis cum Romano jure legum Regiarum ac decemviralium diligenter collata prodiit Lugd. 1559. 8

arolus Sigonius libro 2. de judiciis, Paulus
Merula libro postumo de legibus Romanor, inter alia ejus scripta ad Antiqvitates Rom. spectantia edito Lugd Bat. 1686. 4. Gothofredus (e) uterqve & alii viri docti in hoc genere elaborarunt. Exstat & Antonii Clari Sylvii liber singularis ad leges Regias & duodecim Tabularum Paris. 1603. 4. qvas priusqvam omittam observandum duxi legem Regiam præterea dici rogationem, psephisma vel decretum, tabulas, instrumentum, formulam, scriptumve publicum continens capita pactorum & conditionum, sub qvibus auctoritate Senatus & jussu populi regnum alicui defertur, qvo sensu de lege Regia exstat pulchra viri eruditissimi Joann. Frid. Gronovii Oratio.

II. *Legum Tribunitiarum aliarumqve & Senatus consultorum fragmenta* collecta habemus ab Antonio

(e) Inprimis celebranda erudita industria Jacobi Godofredi, cui debemus libellum utilissimum cui titulus *qvatuor fontes juris civilis*, sive leges duodecim tabularum cum earundem historia, probationibus, notis & glossario; Legis Juliæ & Papiæ fragmenta ordini suo reddita cum notis, Edictum perpetuum, librorumqve Sabinianorum ordinem seriemqve. Genev. 1653 4. Eidem viro doctissimo Studiosi præter alia præclara debent Juris Civilis Romani succinctam historiam & Bibliothecam, in manuali juris, qvod jam decies amplius præla exercuit, comprehensum. Nona editio lucem vidit Genev. 1676. 12. Ut vero ad leges XII. Tabularum revertar, pro illarum severitate elegans est Apologia Sexti Cælii apud Gellium XX. 1 Cicero 2. de legg. *Discebamus enim pueri leges duodecim tabularum, ut carmen necessarium, qvas jam nemo discit.*

tonio Auguſtino, cujus liber de Legibus & alter de SCtis Romanorum cum fragmentis ipſis & notis Fulvii Urſini lucem adſpexit Rom. 1583. 4. Pariſ. 1584. fol. & Lugd. 1592. 4. Vide & Pauli Manutii librum de legibus Romanis, qvi ſeparatim plus ſimplici vice excuſus occurrit etiam in calce noviſſimæ editionis Roſini in Belgic vulgatæ, & cum Antonio Auguſtino inſertus eſt Volumini ſecundo theſauri Antiqvitatum Romanarum, qvem in duodecim Tomos diſtinctum ſtudioſis nuper in eodem Belgio dare cœpit vir ſupra laudes & juvandis ornandisqve bonis litteris natus Jo. Georgius Grævius. Conſulendæ etiam Caroli Sigonii Antiqvitates Romanæ, de Antiqvo jure civium Romanorum, Italiæ, Provinciarum ac Romanæ Jurisprudentiæ judiciis, Barnabas Briſſonius libro ſecundo de formulis, & Georgii Schubarti de fatis Jurisprudentiæ Romanæ exercitationes qvi inter alia de legibus Imperatorum Ethnicorum à Cæſare uſqve ad Hadrianum erudite diſſerit pag. 578. — 627. In Pomponii Læti Franciſciqve Hottomanni libellis de Romanis legibus vix qvædam illarum nomina obiter indicantur. Diligentius in hoc genere ſcribendi verſatus eſt Paulus Merula libro ſupra laudato in legibus Rom. Jo. Ulricus Zaſius in Catalogo legum Romanarum illuſtrato à Lud. Charonda, qvi ſeorſim in 8. prodiit, & Tomo primo Oceani juris eſt inſertus, & cum jam memoratis ſcriptis occurrit in luculento illo theſauro

Græ-

ræviano qvem modo laudavimus. Cicero libris de legibus, Platonis exemplo legislarem instruere, non Romanas leges recenre voluit, etsi harum qvoqve nonnnullas pasn memorat.

III. De *Edictis*, *rescriptis Principum*, qvorum ovis securibus sqvalentem sylvam veterum gum truncatam esse ait Tertullianus c. 4. Apologetici, & de *Prudentum Responsis* vide Brissoium operis præstantissimi de formulis lib. III.

IV. *Mosaicarum & Romanarum legum collatio* in tulos sedecim tributa, qva leges Romanæ ex ntegris *Papiani* sive *Papiniani*, *Pauli*, *Domitii Ulani*, *Gaji Modestini*, *Gregorii* (f), *Hermogenis* & alio-

(f) Hi duo Jurisperiti Gregorius & Hermogenes sub Imp. iocletiano privato ausu collegere constitutiones Imperaorum qvi illa tempora antecesserunt. His collectionibus atum nomen *codicis Gregoriani & Hermogeniani*, qvorum tilos superstites collegit Petrus Gregorius Tholosanus Lugd. 66. Varios Hermogenes cum commemorasset Reinesius pistola 69. ad Rupertum p. 640 hæc de nostro sive Hermoene sive Hermogeniano subjungit: *Qvi meminerit ejus ermogeniani, antiqviorem non novi Cælio Sedulio scriptore Eclesiastico, qvi circa A C. 430. vixisse probatur. Is in præfat. peris Paschalis ad Macedonium presbyterum, excusaturus qvod ost editos qvinqve libros carminis Paschalis, eorum textum etricum in prosam transferat:* Cognoscant *inqvit* Hermoenianum doctissimum Jurislatorē tres editiones sui operis onfecisse: *qvanqvam de Hermogeniana epitomarum juris & ibrorum de fidei commissis auctore intelligi qvoqve posse non difitear.* Ante hoc Salvius Julianus jussu Imp. Hadriani *edicta ratorum* sive jus prætorium qvod à legibus distingvit Cicero 1. de Offic. in unum Volumen congesserat, qvod syntagma

aliorum veterum juris auctorum libris ant
tempora Justiniani Imp. paulo post editum co
dicem Theodosianum desumtæ cum legibu
(g) Mosaicis conferuntur. Primus edidit &
ad hæc veterum JCtorum fragmenta notas ad
didit Petrus Pithœus Paris. 1572. inter cuju
opera iterum vulgata est hæc collatio à Josi
Mercero ibid. 1609. 4. Prodiit etiam volumin
octavo Criticorum sacrorum à Jo. Pearsoni
&

gma *Edicti perpetui* nomine venit. Vide H. Dodwelli præ lect. Cambden. VIII. p. 333. seq. & Ægid. Menagii amœnitates juris Civilis c. 24. qvo in loco inter alia notat hallucinationem viri summi Hug. Grotii qvi in Florum sparsione ad l. 2. de Orig. Jur. Didium Julianum Imperatorem (Salvii pronepotem) edicti perpetui auctorem facit è loco qvodam Aurelii Victoris. Qvod ejus super est, vulgarunt castigaruntqv Gvil. Ranchinus, Paris. 1597. 8. Jac. Gothofredus, & Simon van Leeuwen, Lugd. Bat. 1671 8. &c. Eodem tempore condit Pandectæ juris Civilis a Larensi, qvorum meminit Athenæu in limine libri 1.

(g) Idem argumentum e recentioribus persecuti sunt *Jo annes Cahl* sive *Calvinus* in themide Hebræo Romana. *Phi lippus Zepperus* in collatione legum Mosaicarum forensium & Romanarum, Canonici item & juris Saxonici, insertis con stitutionibus Anhaltinis: *Franciscus Raguellus* in legibus po liticis è juris prudentiæ sacræ fontibus haustis. *Gvil. Wel wood* in Collatione juris divini Judæorum cum jure civili Ro mano, *Henricus Gieselbertus* in Devteronomio Harmonico *Josua* deniqve *Arndius* in manuali legum Mosaicarum, u omittam *Nic. Mongeorgii* Codicem de Mosaico & veteri jur enucleando, & Lælii Mancini de triplicis juris collatione a consensu. *Joachimi Stephani* de jurisdictione Judæorum Græcorum Romanorum Francof. 1661. 8. &c. His addendu deniqve *Paganini Gaudentii* liber de differentia legum Mo saicarum & Romanarum.

aliis eruditis Anglis collectorum, recusorum-
e in Belgio ac Germania p. 150.-212. edit.
ond. ut Jac. Cujacii, Dionysii Gothofredi,
heodori Bezæ & aliorum editiones jam præ-
ermittam. Auctor hujus collationis à qvi-
sdam creditus est *Licinius Rufinus* (h), sed id
inus verisimile visum Petro Pithœo. Mar-
ardus autem Freherus lib. 1. παρέργων juris
9. suspicatur auctorem fuisse Judæum, qvi
m videret laborare sectam suam invidia,
od disciplina jureqve à Romanis diverso uti
sceretur, amoliri eam studens demonstra-
rit, non usqve adeo multum legibus Judai-
& Romanis disconvenire, atqve adeo ex pa-
is suis legibus fluxisse Romanas. Vehemen-
r porro fallitur Jac. Josephus Imbonatus, qvi
Bibliotheca Ebræo latina pag. 200. à Pithœo
c scriptum elucubratum esse affirmat, licet
ndem legum collationem pag. 151. jam me-
oraverat sub nomine Licinii Rufini, & pag.
3. sub nomine Juliani Antecessoris.

V. *Veterum JCtorum* (i) *Ordine Chronologico recen-*

h) Certe juniorem oportet esse hunc auctorem Licinio
ino JCto, qvem Alexandri Severi temporibus claruisse
stat. Vide Menagii amœnitates cap. VII.

i) Nihil fere certius est, qvam leges priscas & JCtorum lo-
æpe non optima fide adducta, in alienum sensum detorta
runcata esse à *Triboniano*, & aliis sedecim collectioribus,
vel ex Theodosiani Codicis cum Justinianeo collatione
paret. Hinc mutilas & ineptas legum allegationes An-
nius Faber appellare non dubitavit Tribonianismos ut no-
Reinesius p. 411. epist. ad Rupertum. Eodem spectat
Par-

recensitorum scripta quæ in Pandectis aliisque an
quis juris Civilis libris memorantur, ex quibus T

Pardulphus Pratejus in libr. IV. jurisprudentiæ mediæ Lu
1561. 8. qui reprehendit 160 geminationes, omissiones plu
mas rerum necessariarum, methodum nullam observata
inversiones ac truncationes, falsosque sensus affictos ver
veterum JCtorum: *Franciscus* item *Hotomannus* scripto
1567, & Mich. Hospitalio non parum probato Anti Tril
niano, qvi post obitum ejus (obiit Basileæ A. 1590. (edi
Gallice A. 1603. & ex Gallico latine Hamb. 1647. 8. cujus eti
sunt qvæ de hoc Hottomanni libro Tom. I. Obs. select. H
lens. p. 95. stq. traduntur. In hoc libello præter vari
Triboniano admissos nævos Hottomannus ostendit ne vi
simam partem juris veteris Romani in corpore Justinian
neo nobis remansisse, nec decimam ejus qvod restat, usu
ceptam in Gallia. Cum vero Justinianus edixisset nullius le
auctoritatem esse debere neqve qvicqvam in foro ex JCtor
sententiis afferendum nisi qvod Tribonianus in libros il
retulisset, Veterum JCtorum scripta una cum legibus ple
qve antiqvis perierunt, ex qva jactura factum est, ut jam
Justinianea collectione multa non intelligantur, qvæ per
cua forent vetustis illis monumentis superstitibus. Vicis
neqvicqvam obstante Justiniani & hoc iterum iterumq; re
tito edicto, ut nemo auderet juri Imperatoriis auspiciis e
cleato qvicqvã præter versiones vel paratitla adjungere
qvi aliter faceret falsarius haberetur, (adde Paganinum G
dentium part. 2. c. 29. de sæculi Justinianei moribus) multi
do insulsorum Commentariorum Jurisprudentiam veluti
luvium qvoddã jampridem inundavit & obscuritatem lib
rum juris non mediocriter auxit, qva de re graviter qver
tur Ludovicus Vives de causis corruptarum artium libro
Lipsius Epist. 78. Miscell. & in Justiniano suo Franciscus B
duinus, Vehementissime omnium Laur. Valla paulo comm
tior in Epistola ad Candidum Decembrium qva Bartoli lib

nianus, Thaleleus, Theophilus, Dorotheus & alii
ſu Imp. Juſtiniani jus Civile concinnarunt.

1. Q.

m de inſigniis & armis perſtringit: *Dii itaqve tibi*, inqvit, *alefaciant Juſtiniane injuſtiſſime, qvi potentia Romani im-rii in Romanorum perniciem bonorumqve & clarorum ci-um abuſus es. Nam qvid te vel injuſtius, ſi per invidiam natiſſimos illos JCtos abolendos curaſti — vel imprudentius, poſteriora ſæcula à commentariis temperatura ſperaviſti. aqve vide qvid feceris, & ubicunqve es fateare te male in-nſiderateqve feciſſe, niſi forte gaudes noſtro malo in locum ılpitii, Scævolæ, Pauli, Ulpiani, aliorumqve ut leviter loqvar gnorum qvos tua aqvila ſæpiſſime interemit, ſucceſſerunt an-res Bartolus, Baldus, Accurſius, cæteriqve id genus homi-um — qvorum volumina non à viris, ita enim grandia ſunt & vaſta, ſed ab aſinis, portanda.* Neqve tamen negari po-ſt ante Juſtinianam Jurisprudentiam emendatione valde ıdiguiſſe, propter varietatem pugnamqve auctorum labo-antium ignoratione docendi (ut jam olim conqveſtus Cice-o eſt lib. 2. de leg. cujus etiam ſingularis olim liber exſtitit e jure civili in artem redigendo, laudatus Gellio lib. 1. cap. 2) tum propter qvorundam iniqvitatem, & propter immen-um aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulum, de vo poſt Livium qveritur Tacitus III. 25. -- 27. Annal. nde Jul. Cæſar qvoqve teſte Svetonio c. 44. *Statuerat jus ivile ad certum modum redigere atqve ex immenſa diffuſaqve gum copia, optima qvæqve & neceſſaria in pauciſſimos con-rre libros.* Hoc igitur laudabili inſtituto cum aggreſſus oſtea eſſet Juſtinianus, ſaltem optandum fuerat plus tem-oris ſtudiiqve impenſum tollendis juris ſuperioris nævis, e qvibus duos integros libros nuper edidit JCtus Hallenſis ·. Chriſtianus Thomaſius. Nec minus vero hodie optan-um videtur prudentibus viris, ut novus qvidam ſurgat Ju-inianus, qvi jurisprudentiam qvæ adhuc ex veteri Amelii icto apud Eunapium in Ædeſio p. 61. *multorum camelorum nus* eſt, reſtituat intra juſtos limites, totqve ſuperflua reſcin-lat ac reſecet. Apud Didacum qvidem Saavedram in ſomnio

inge-

1. *Q. Mutii Scævolæ* Jurisperitorum judice M Tullio eloqventiſſimi liber ὅρων ſive definitionum & libri XVIII. juris civilis, quibus illu primum in artem redegerat. Ad hos libro notas ſcripſerat Pomponius. Adde Franciſc Balduini Commentarium de prudentia Mu ciana Baſil. 1558. 8.

2. *Q. Cornelii Maximi*, cujus idem Cicero lib VII. Epiſt. 8. ad familiares meminit, liber (k ad legem Falcidiam latam Auguſto adhu Triumviro, illuſtratamqve à Maximo paul poſtqvam promulgata eſſet.

3. *P. Alfeni Vari* Cremonenſis libri XL. digeſtorum qvos Paulus deinde in Epitomen libri VIII. redegit. Collectaneorum libri quatuo laudati Aulo Gellio. Mentio hujus Alfen apud Horatium. De aliis Alfenis videndu Jacobus Sponius p. 112. ſeq. Miſcellan.

4. *Antiſtii Labeonis* JCtorum ſub Auguſt Imp. principis, Pithanon ſive probabilium libr VIII. qvos in Epitomen contraxerat idem Paulus. Libri Poſteriorum ſive poſt ejus mortē editorum, qvorum duodeqvadrageſimus in Pan decti

ingenioſo qvod Reſpublica litteraria inſcribitur p. 31. cen ſor librorum inducitur innumeris JCtorum tractatibus, dec ſionibus, conſiliis aliisqve hujus generis voluminibus ſil objectis novum ſingulis ſæculis Juſtinianum expoſcere atqv exclamare: *O Jupiter ſi cuidas de las coſas inferiores, porqv no das al mundo de cien en cien annos un Emperador Juſtinia no, u'dervamas exercitos de Godos, qve remedien eſta univer ſal inundacion de libros?*

(k) Cujacius hunc librum tribuit Rutilio Maximo JCt longe juniori.

lectis allegatur. Horum Epitome confecta fuit à Jaboleno. Ejusdem Labeonis memorari videas Libros Epistolarum & ad Edictum: libros Prætoris Urbani & Prætoris peregrini, qvorum trigesimus in Digestis adducitur.

5. *Ælii Galli* sub eodem Augusto tertii Ægypto præfecti volumina de significatione verborum qvæ ad jus civile pertinent.

6. *Masurii*(l) *Sabini* libri tres juris Civilis, libri ad edictum prætoris Urbani, qvorum qvinus à Paulo citatur in testimonium. Libri memorialium, commentarii de indigenis, libri ad Vitellium, libri fastorum, de triumphis Romanorum liber, liber adsessoriorum & alius de furtis. Claruit Masurius Imperante Tiberio & diversus est à Cœlio Sabino, Vitellio Sabino, Juventio Sabino, Sabino viro Consulari ad qvem Ulpianus scripsit, etsi singulis hisce qvatuor juris scientia insignibus.

7. *Licinii Proculi* prætorio sub Ottone Imp. præfecti, Notarum libri ad Labeonem, & ex

Fff postu-

(l) Ab hoc Sabino nomen accepit secta *Sabinianorum* qvæ C. Attejum Capitonem secuta antiqviorum JCtorum tacitis constanter insistebat. Iidem à C. Cassio Longino Sabini hyperaspiste dicti *Cassiani*, à qvorum sententia in plerisqve juris capitibus discedebant *Proculiani* dicti à Licinio Proculo, qvi vestigia Antistii Labeonis & Nervarum premens non pauca in juris disciplina innotavit. Successionis harum sectarum typum qvalemcunqve exhibet Lambecius in prodromo Hist. literar. pag. 232. De Cassio isto ejusqve scriptis multa Menagius in amœnitatibus juris pag. 448 seq. qvemadmodum de Masurio Pontanus ad Macrobii III. 6. & viri docti ad *Persium* Sat. V. 90.

postumis Labeonis. Libri Epistolarum qvorum undecimus plus simplici vice adducitur in pandectis.

8. De *Pegaso* JCto à qvo jus Pegasianum, & SCtum Pegasianum dicitur, qviqve Vespasiano Imperante præfectus Urbi fuit & juris studio meruit ut *liber* vulgo, non homo diceretur, vide Scholia ad Juvenalem IV. 77. & Menagii amœnitates Juris c. 17.

9. *Neratii Prisci* qvi Trajano Imp. charissimus fuit, qvindecim libri regularum, Membranarum libri VII. responsorum libri III. libri ex Plautio, Epistolarum libri, qvorum qvartus allegatur, & liber de nuptiis.

10. *Jaboleni* sive *Javoleni Prisci* sub eod. Trajano & Hadriano celebris libri XV. ex Cassio: XIV libri Epistolarum, libri V. ex Plautio sive ad Plautium & ex postumis Labeonis Epitome sive potius ad illos notarum libri, qvorum decimus in digestis adducitur.

11. *P. Juventii Celsi* (m) qvi eodem tempore floruit, digestorum libri XXXIX. institutionum libri XX. Epistolarum libri XI. qvæstionum libri XIX. Libri VII. Commentariorum.

12. *Salvii Juliani* libri XCIV. digestorum, ad Minicium sive Minucium Natalem libri VI Ad Ursejum Ferocem libri IV. Liber de ambiguitatibus & alius de dotali prædio. Idem est qvem jussu Hadriani Edictum perpetuum collegisse supra p. 809. dixi.

13. *Abur*

(m) Vide Menagii amœnitates Juris c. 27.

13. *Aburnii Valentis* qvi Javoleno successit Trajaniqve & Hadriani temporibus claruit, Fidei commissorum libri VII. & fortasse actionum libri qvos tamen codices qvidam tribuunt Javoleno.

14. *L. Volusii Maciani* fidei commissorum libri XVI. Libri XIV. publicorum. Ad legem Rhodiam liber. Liber qvæstionum, & *de asse & partibus ejus libellus* sive *distributio assis, & vocabula ac notæ partium in rebus pecuniariis pondere, numero, mensura*, ad Censorem. Hic libellus hodieqve exstat cum codice Theodosiano, & illustratus est ab Elia Vineto ad calcem libri Hotomanni de re numaria, Paris. 1565. 8. una cum Rhemnii Palæmonis, Prisciani, Bedæ &c. libellis similis argumenti: ut scriptores plures recentiores qvi de vocabulis ac notis partium in re pecuniaria, ponderibus ac mensuris egerunt omittam, ex qvibus non tacendus Jo. Fridericus Gronovius, qvi operi suo de sestertiis hunc Mæciani libellum subjecit cum scripto Balbi mensoris ad Celsum de asse minutisqve ejus portiunculis. Amstelod. 1656. 8. & Lugd. Bat. 1691. 4. Eundem una cum Vineti & Gronovii notis recudi curavit Grævius tomo undecimo thesauri Antiqvitatum Romanarum. Fuit Mæcianus iste à Consiliis Antonii Pii Imp. & M. Antonini Philosophi in juris civilis scientia præceptor, de qvo non protrita qvædam Ægidius Menagius capite qvinto amœnitatum juris. Ceterum subdubitare de auctore li-

bri de aſſe videtur Alciatus libro primo parer gon capite 17.

15. *Ulpii Marcelli* (n) qvi eidem Antonino Pi familiaris fuit, digeſtorum libri XXXV. Ad le ges libri VI. Reſponſorum liber, libri de offici COS. de præſidis officio, libri Publicorum Notæ ad libros digeſtorum Juliani.

17. *T. Cajum* Servio Grammatico familiarem fuiſſe, Chronologia inconſulta affirmat Jo. Ber trandus in vitis JCtorum p. 208. deceptus per peram intellectis verbis Jac. Cujacii, lib. XI. c 38. Obſervatt. Servium ſane Cajus ætate lon ge anteceſſit, qvi Hadriani temporibus cœpi inclareſcere, cum Servius, ut eſt notiſſimum floruerit imperitante Theodoſio. Ex Caji ſcri ptis celebrantur libri XXXII. ad edictum pro vinciale, ad leges libri XV. Ad edictũ Urbicum ſive prætoris Urbani libri, qvorum XII. dun taxat Juſtiniani ætate exſtabant. Aureorun ſive rerum qvotidianarum libri VII. Ad Do decadelton ſive leges 12. Tabularum libri VI Inſtitutionum (o) libri IV. qvorum Epitomen habe-

(n) Video huic Marcello etiam tribui à Bertrando, La bitto aliisqve notas ad librum ſingularem regularum Pom ponii. Sed cum Pomponius multis annis Marcello junior fue rit, verba legis *furioſus* 63. D. de acqvirenda hereditate: *In li bro ſingulari regularum Pomponii Marcellus notat*, ita intelli go, ut Marcelli obſervatio à Pomponio adducta laudetur.

(o) Fragmenta è Caji inſtitutionibus ſtudioſe collegi notisqve illuſtravit Jacobus Oiſelius V. C. addita inſuper Aniani Epitome. Lugd. Bat. 1658. 8. De Cajo ejusqve ſcripti viden

abemus duobus libris, sæpissime editam sub omine Caji, etsi *Anianus* Alarici (p) Gothoum Regis Consiliarius eam confecisse credaur à viris doctis. De verborum obligationius libri III. De manumissionibus libri totiem, fidei commissorum libri II. De casibus, egularum, Dotalitiorum, de tacitis fidei ommissis, ad SCtum Tertullianum & Ortifitiaum, ad legem Glitiam & ad formulam Hypoecariam libri singulares. Ad edictum Ædilin Curulium duo libri, Regularum libri III.

17. *Cervidii Scævolæ*, qvi M. Antonini Philophi à consiliis fuit, Digestorum libri XL. qvæonum libri XX. Responsorum libri VI. Reilarum libri IV. Liber de qvæstione familiæ, 'æstionum publice tractatarum liber, Notæ libros digestorum Juliani, notæ ad Marcelm.

18. *Papyrii Justi* Codex Papyrianus sive Commentariorum libri XX. qvibus constitutiones ntonini & Veri fratrum ab eo collectas conji Bertrandus.

19. *Tarruteni Paterni* qvi sub Commodo præctus prætorio fuit, Militarium sive de re miari libri IV.

 20. *Te-*

iendus Menagius p. 464. seq. Amœnitatum juris. Qvaæ Justiniano dicatur *noster*, disqvirentem vide Christophon Colerum cap. 12. Parergon juris.

(p) Theodorici jussu doctum aliqvem Caji & Pauli libros ibreviarium redegisse scribit Alciatus lib. 2. c. 26. Parergn juris. Illam Aniani Epitomen eruditis notis illustra Hieron, Alexander, Hieronymi F.

20. *Terentii Clementis* Libri XX. ad leges. Claruit hic Juris Consultus Imperante Septimio Severo.

21. *Callistrati* libri VI. Cognitionum, Edicti monitorii libri totidem, de jure fisci libri IV Institutionum libri III. Libri duo qvæstionum Sub eodem Severo & proximis Impp. usqve ad Alex. Severi tempora singulari juris intelligentia nobilis fuit.

22. *Julii Galli Aqvilæ*, Callistrati æqvalis, responsorum liber unus.

23. *Æmilii Papiniani* (q) qvi sub Septimio Severo clarus, sub Bassiano Caracalla præfectus prætorio fuit, & ab eo ut qvi Getæ faveret interfectus (r) est, Qvæstionum libri XXXVII. Responsorum libri XIX. Libri II. definitionum, de adulteriis totidem. Monobiblos astynomico sive de jure Ædilitio liber. Fragmenta hujus JCti illustravit Jac. Cujacius, cujus animadversiones postumæ prodiere Francof. 1603. 4.

24. *Domitii Ulpiani* (s) qvi præfectus prætorio fuit sub Alex. Mammæa, interfectus circa A.C. 22

(q) *Pulcherrimum* vocat Spartianus in Severo, h. e. Græci dicunt χαριέςατον, hominem amœnissimi ingenii doctrinæ elegantissimæ. Nisi malis illud cum Tiraqvello 37. ad leg. Connubial. aliisqve accipere de pulchritudine forma corporis Papiniani.

(r) Vide Spartianum in Caracalla p. 243. & 247. seq. & Severo p. 224. ubi Papinianum *juris asylum & doctrinæ legalis thesaurum* appellat. Xiphilinum p. 323. 326 E recentioribus Tillemontium T. 3. Hist. Imper. p. 70 edit. Paris. & 1

(s) Idem Tillemont. p. 210. seq Jac. Lactius in Oratio de vita & scriptis Ulpiani A. 1601. 8.

28. ad edictum libri LXXXIII. ad Sabinum (t) bri LI. Libri XX. ad leges, Disputationum libri, Protribunalium, sive ut qvidam, omnium ibunalium libri X. totidem libri Pandecta-m & de officio Pro Cos. Regularum libri VII. dei commissorum Libri VI totidem libri pinionum, libri V. de adulteriis, de appella-onibus libri IV. de officio Consulis libri III. bri II. Institutionum, Responsorum toti-m, ad edictum ædilium Curulium liber, Re-ularum liber singularis, de censibus libri VI. Sponsalibus, de officio præfecti urbi, de offi-o præfecti vigilum, de officio curatoris Reip. officio Consularium, de officio Prætoris tu-laris, de officio qvæstoris libri, liber pande-rum, Excusationum liber, libri plures Dige-rum, Notæ ad Aristonem, ad Marcellum, ad initii libros, in corpus juris Papiniani, edictum Ædilium Curulium libri II. ad le-m Æliam Sentiam libri IV. Hic Ulpianus pa-a Tyrius ex Phœnice Tyriorum colonia sub ssiano & proximis Impp. JCtorum clarissi-us fuit, Alexandro imprimis Severo charissi-us. Ejus hodieqve exstant fragmenta distin-a in titulos XXIX.

25. *Julius Paulus* (u) Ulpiano ubiqve fere con-rius, licet ejus æqvalis, atqve sub eodem Alex.

(t) De hoc Sabino Consulari Viro Lampridius in Helega-bo c. 16.

(u) Vide Tillemontium libro laudato p. 213. Fuit & alius us Paulus, Poeta, æqvalis Gellii, qvi eum laudat libro qvin- capite qvarto.

Alex.Severo præfectus prætorio, patria autem non, ut ille, Tyrius, sed Romanus fuit, qvemadmodum adversus doctissimi Bertrandi sententiam ostensum est à Laurent. Pignorio Epist. 41. Ejus plura scripta celebrantur, hæc nempe: Receptarum sententiarum ad filios libri V. qvorum Epitome exstat una cum Codice Theodosiano. Libri LXXX. ad edictum. Qvæstionum & responsorum libri XXXIII. Fidei commissorum libri III. Brevis edicti libri XXIII. Ad Plautium libri XVIII. Libri XVI. ad Sabinum. Ad leges libri X. Regularum libri VII. Sententiarum sive factorum libri IV. Ad Vitellium Sabinum libri IV. Ad Neratium totidem. Fidei commissorum libri III. & totidem decretorum, Liber singularis de cognitionibus, de adulteriis libri III. totidem Institutionum libri de officio Pro Cos. libri II. Libri II. ad legem Juliam, Ad legem Æliam Sentiam libri III. de jure fisci libri II. ad edictum Ædilium Curulium libri II. Regularum libri VII. Liber regularum singularis. De usuris, de omnium legum Pœnis. De Pœnis (x) militum, De gradibus & adfinibus. De jure codicillorum. De excusationibus tutelarum. Ad Senatus consultum Tertullianum. Ad Orphitianum Senatus Consultum, Ad regulam Catonianam. Ad SCtum Syllanianum & Claudianum. Ad SCtum Vellejanum de intercessionibus fœminarum. Ad Libonianum SCtum. De officio præfecti urbi

(x) Confer Stewech. ad Vegetii libr. III. cap. 4.

bi. De officio prætoris tutelaris. De officio assessorum. De extraordinariis criminibus. Ad hypothecariam formulam. Ad formulam municipalem. De inofficioso testamento. De publicis judiciis. De judiciis(y) Centum viralibus. De jure singulari. De secundis tabulis. Ad Orationem D. Severi. Ad Orationem D. Marci & Commodi. Ad legem Vellejam. Ad legem Cinciam. Ad legem Falcidiam. De tacito fidei commisso. De portionibus qvæ liberis damnatorum conceduntur. De juris & facti ignorantia. De adulteriis. De instructo & instrumento sive de instructi & instrumenti significatione Monobiblos. De appellationibus. De jure libellorum. De testamentis. De jure patronatus qvod ex lege Julia & Papia venit. De Actionibus. De donationibus inter virum & uxorem. De legibus. De legitimis hereditatibus. De libertatibus dandis. De SCtis. De assignatione libertorum. De variis lectionibus. Epitome Alpheni Digestorum. Notæ ad Julianum. Notæ in libros qvæstionum Papiniani, & in ejusd. libros responsorum. Ad legem Fusiam Caniniam & ad SCtum Turpilianum libri singulares. Epitome Pithanon Labeonis. Libri singulares de conceptione formularum, de dotis repetitione, de cognitionibus, de articulis liberalis causæ.

26. *Pub. Furii Anthi* sive *Antiani*, Pauli æqvalis, libri qvinqve ad edictum.

(y) In pandectis Florentinis *de judiciis septem viralibus* inscribitur, sed vide Bertrandum p. 152. seq.

27. *Sexti Pomponii* Romani qvi Papiniani diſcipulus & Alex. Severi (z) à conſiliis fuit, Lectionum ad Q. Mucium Scævolam libri XXXIX. Ad Sabinum ſive ex Sabino libri XXXV. Libri XX. Epiſtolarum. Variarum Lectionum libri XV. Libri VII. ad Plautium vel ex Plautio. Qvinqve libri SCtorum. Fidei commiſſorum libri totidem. De tacitis fidei commiſſis liber ſingularis. Liber regularum. Enchiridion juris libris II. & aliud libro ſingulari, cujus pars eximia ſupereſt in digeſtis tit. de juris origine. Libri plures ad edictum, qvorum undoctogeſimus allegatur. Libri digeſtorum & libri de ſtipulationibus.

28. *Junii* ſive *Julii Mauriciani* eodem Alexandro imperitante clari, libri ſex ad leges, & notæ in Julianum, ſive Juliani digeſtorum libros, ut ſuſpicatur Bertrandus. Libri de pœnis, qvos ad hunc Mauricianum refert Labittus, Modeſtino ab aliis tribuuntur.

29. *Florentini*, qvi iisdem temporibus floruit, Inſtitutionum libri VII.

30. *Clau-*

(z) Lampridius in Alex. Severo p. 1044. *Ut ſcias qvi viri in ejus conſilio fuerint, Fabius Sabinus Sabini inſignis viri filius, Cato temporis ſui Domitius Ulpianus juris peritiſſimus. Ælius Gordianus Gordiani Imp. Pater, & ipſe revera vir inſignis, Julius Paulus juris peritiſſimus, Claudius Venacus* (Benacus) *orator ampliſſimus, Pomponius legum peritiſſimus. Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venulejus, Triphonius, Mæcius, Celſus, Proculus, Modeſtinus. Hi omnes juris profeſſores diſcipuli fuere ſplendidiſſimi Papiniani, & Alexandri Imp. familiares & ſocii, ut ſcribit Acholius & Marius Maximus.*

30. *Claudii Venuleji Saturnini* Stipulationum libri XIX. Actionum libri X. De officio Pro Cos. Libri IV. De pœnis paganorum (a) liber singularis. Publicorum libri III. Libri VI de interdictis. Disputationum libri VII. Hic Saturninus sub eodem Alexandro Severo juris scientia celebris fuit.

31. *Tertulliani*, qvi circa hæc tempora claruisse videtur (siqvidem diversus est à Q. Septimio Florente Tertulliano * Ecclesiæ doctore Afro, & à Tertullo qvo referente SCtum Tertullianum sub Imperio Antonini Pii factum est) qvæstionum libri VIII. & de castrensi peculio liber unus.

32. *Æmilii Macri* militarium libri II. Publicorum libri totidem. Totidem de officio præsidis. Totidem ad legem de vicesima hereditatum & de appellationibus. Diversus hic est ab Historico Poëtisqve hujus nominis, qvi illum ejusdem Alexandri temporibus florentem ætate antecesserunt.

33. *Herenni Modestini* responsorum libri XIX. Pandectarum libri XII. Regularum libri X. Libri IX. differentiarum. Excusationum (b) libri VI.

(a) Liber iste à Labitto & aliis Q. Saturnino adscribitur. Paganos vero constat militibus opponi, uti apud Vegetium lib. 2. c. 23. *Nam si doctrina cesset armorum, nihil paganus distat à milite.*

* Constat tamen hunc qvoqve Tertullianum juris scientia claruisse.

(b) Fragmenta qvæ ex his libris Græce scriptis in Digestorum opere referuntur, emendat & explicat Antonius Augu-

stinus

VI. De pœnis libri IV. Liber singularis de præscriptionibus. De inofficioso testamento. De manumissionibus. De legatis & fidei commissis. De testamentis περὶ (c) εὑρηματικῶν, de enucleatis casibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. Ad Q. Mucium Scævolam libri plures, & libri de præscriptionibus. Modestinus iste à Lampridio annumeratur iis qvorum consilio usus est idem Alexander Severus.

34. *Hermogenis* (d) (sive, ut in pandectis dicitur, *Hermogeniani*) Modestini æqvalis, Epitomarum juris libri VI. Libri fidei commissorum. Hic ex Jo. Bertrandi sententia p. 185. seq. de vitis JCtorum, non Ethnicus fuit sed Christianus.

35. *Licinii Rufini* non ignobilis eadem ætate Jurisconsulti Regularum libri plures, qvorum duodecim duntaxat in Indice Florentino memorantur.

36. *Ælii Martiani* qvi sub eodem Alexandro fuit, XVI. libri institutionum, Regularum V. libri. De appellationibus libri duo. De publicis judiciis libri totidem. De delatoribus. Ad SCtum Turpilianum. Ad Hypothecariam formulam. Notæ ad Papinianum. De adulteriis. Libri digestorum. 37. *Clau-*

stinus libro singulari qvi cum ejus emendationum & opinionum libris qvatuor prodiit tum alibi tum Heidelb. 1594. 8.

(c) Confer Jo. Schilteri Modestinum & Henrici Brenckmanni Commentarium in Modestini librum singularem περὶ εὑρηματικῶν. Lugd. Bat. 1706. 8.

(d) Hermogenes iste si idem est cujus Lampridius in Alex. Severo meminit, antiqvior erat atqve adeo diversus ab illo à qvo codicem Hermogenianum collectum supra dixi, is enim Diocletiano imperante floruit.

37. *Claudii Tryphonini* ſive *Tryphonii*, diſcipuli Papiniani, diſputationum libri XXI. Notæ ad libros digeſtorum Scævolæ.

38. *Arii Menandri* de re militari libri qvatuor. Hic qvoqve Alex. Severi Imp. à Conſiliis fuit, igitur longe diverſus à Cn. Publicio Menandro, cujus mentio ap. Ciceronem Orat. pro Cornelio Balbo.

39. *Africani* (e) ſcriptoris ſubtilis & difficilis, qvi iisdem temporibus clarus & Papiniani diſcipulus fuit, qvæſtionum libri IX. Libri Epiſtolarum.

40. *Aurelii Arcadii Chariſii* libri ſingulares de teſtibus, de officio præfecti prætorio, de muneribus civilibus. Hic Chariſius præſes Syriæ fuit Imperante Diocletiano.

Loca porro ubi ſingula hæc JCtorum veterum ſcripta in libris juris civilis allegantur, non mediocri induſtria indicavit, atqve adeo fragmentorum locupletem indicem confecit Jacobus Labittus qvi poſt Lipſienſem Anni 1616. 8. aliasqve editiones eleganter recuſus eſt Lugd. Bat. 1647. 8. Idem cum Jo. Baptiſtæ Zileti indice librorum juris prodierat Venet. 1566. Etiam cum Antonii Auguſtini & Jo. Wolffgangi Freymonii indicibus juris, Lugduni 1585. 8.

VI. De

(e) Sex. Cæcilium Africanum antiqviorem, cujus apud Gellium mentio, potius intelligendum eſſe docet Cujacius cujus prodiere tractatus ſive Exercitationes novem qvibus Africani fragmenta illuſtrantur. Confer ejusdem Obſervationes libro & capite ſeptimo.

VI. De his vero aliiqve veteribus JCtis & eorum ſcriptis copioſius egerunt à qvibus vitas eorum conſignatas habemus Joannes Bertrandus & Gvilelmus Grotius: qvibus addere licet Gvidonem Pancirollum, Nicolaum Henelium, Aymarum Rivallium, Bernardinum Rutilium, Catellianum Cottam, Valentinum Forſterum & interpretes tituli de origine juris Franciſcum Hottomannum; Antonium Garronem, Georgium Eberlinum, Chriſtoph. Adamum Rupertum & Gerhardum van der Muelen. Antonium Auguſtinum libro de nominibus propriis Pandectarum, Jo. Sithmannum in ſpeculo Imperii Romani: Albericum Gentilem libro tertio lectionum qvæ ad jus civile ſpectant capite 4. Cornelium van Eck in principiis Juris Civilis & Vincentium Gravinam in libro pereleganti de ortu & progreſſu juris Civilis, Neapol. 1701. 12. & Lipſiæ 1703. 8. De nonnullis vide etiam qvæ docte obſervata ſunt elegantiſſimo Ægidio Menagio in Amœnitatibus juris.

VII. Cæterum qvos hactenus memoravimus JCtos veteres, eorum nomina (Pegaſo excepto) occurrunt in indice Græco Juſtinianeo Pandectis Florentinis præfixo, præter qvos longe plures in libris ipſis juris Civilis & apud alios veteres memorantur, de qvibus Bertrandus libro ſecundo ſigillatim ſibi agendum putavit, nobis autem hoc loco ſufficiet ſola nomina & ſcripta cum notatione temporis hic breviter appoſuiſſe.

I. *Ante*

1. *Ante Augusti Imperium* juris ſcientia floruere *Sextus Ælius* Ennio laudatus autor juris Æliani cujus ſupra mentionem fecimus, & Tripartitæ, qvo in opere legibus 12. Tabularum præter interpretationem legis actionem ſubjecerat. *Junius Gracchanus* à Caji Gracchi amicitia ita dictus teſte Plinio, auctor librorum VII. de poteſtatibus. *Cato* M. Catonis Porcii filius cujus libri XV. de juris diſciplina ſive commentariorum juris civilis olim ferebantur. *P. Mucius Scævola* (f) Q. Mucii pater, & Conſul eo anno qvo Tiberii Gracchi ſeditio orta eſt, auctor librorum XIV. commentariorum juris, in qvos notas compoſuit Servius Sulpicius. *Brutus* pater ejus qvi parricidio Cæſaris interfuit, auctor librorum III. de jure civili. *Q. Ælius Tubero* æqvalis Luculli, Panætii auditor, de jure venditionis ac fortaſſe alia qvædam ſcripſit, diverſus autem eſt à *Q. Tuberone*, qvem juris publici & privati complures libros compoſuiſſe teſtatur Pomponius. *C. Aquilius Gallus, Cajus Juventius & Aulus Caſcellius* auditores Mucii Scævolæ, ex qvibus Caſcellius auctor tum aliorum plurium, tum libri benedictorum, (g) qvi Pomponii ætate adhuc exſtabat. Aqvilius vero *Servii Sulpicii Rufi* (h) præceptor, qvem Servium 180. fere libros reliqviſſe idem Pom-

(f) Confer Franciſci Balduini commentarium de jurisprudentia Muciana. Baſil. 1558. 8. Ab hoc Mucio Scævola jurisprudentiam hauſit Cicero. Vide Plutarchum in Cicerone p. 861. ſeq.

(g) Menag. c. 8. amœnitatum juris.

(h) De Servio Sulpicio JCto adi præter alios Laur. Begerum T. 2. theſauri Brandenburg. p. 587. & p. 590.

Pomponius testatur, ex qvibus memorantur libri II. ad edictum Bruto inscripti, notæ ad P. Mucium Scævolam, ad leges 12. Tabb. Liber singularis de dotibus, de testamentis libri II. Hunc Servium audiverunt *Publicius Gellius, Labeo Antistius* Labeonis Antistii pater, *Cinna, C. Atejus Pacuvius, Flavius Priscus, Aufidius Namusa, Aufidius Tucca, Titus Cæsius, Alfenus Varus* de qvo dixi supra & *C. Aulus Ofilius* (i) qvinqve librorum juris partiti auctor. Apud Ciceronem memorantur etiam juris consulti insignes *L. Valerius, Sextus Pompejus, M. Manilius* qvi leges venalium vendendorum composuit, & libros VII. scripsit de jure civili. *P. Rutilius Rufus* avunculus Cottæ cujus laudantur libri de vita sua, historia rerum Romanarum & oratio de modo ædificiorum de qva vide Sveton. in Augusto cap. 89. *Cælius Antipater*, Magister L. Crassi, *Fufidius, M. Cælius Rufus*, qvi ædilitium edictum interpretatus fuerat, & *C. Trebatius Testa*, de qvo videas licet Menagium capite Amœnitatum juris qvarto decimo.

2. *Sub Augusto* claruit *Vitellius* Augusti procurator, ad cujus libros scripsit Sabinus. *Varius Lucullus* non multo junior Labeone. *Atejus Capito* qvi sub Tiberio senex obiit, auctor commentariorum ad leges 12. Tabularum, Conjectaneorum lib. CXX. De pontificio jure librorum decem. Totidem de jure sacrificiorum Li

(i) Alia Ofilii scripta refert idem Menagius p. 447. amœnitatum, qvem vide etiam sis p. 98. seq. capite 19.

Libri singularis de officio senatorio & collectaneorum. *Drusus* deniq; Celso JCto memoratus.

3. *Tiberii Imp.* familiaris & sub ejus imperio jurisconsultissimus fuit *Coccejus Nerva* sectator Labeonis, relicto *filio* sibi cognomine, cujus de usufructu & usucapionibus commentaria celebrantur. Iisdem temporibus clari fuere *Paconius*, *Blæsus* & *L. Cassius Longinus*, qvi scripsit juris Civilis libros X. Qvod vero præstantissimus Bertrandus p. 276. & 289. inter hujus Cassii scripta refert libros apud Ursejum Ferocem, Chronologiæ repugnat, qvia Ursejus Cassio longe fuit junior. Sed cum Cassii scripta Ulpiano ad manus non essent, & ex illis Ursejus aliqvid in suos transtulisset commentarios, Cassius apud Ursejum ab Ulpiano allegatus, accipiendus est de verbis Cassii apud Ursejum occurrentibus.

4. *Sub Nerone* Imp. obiit *Servilius*.

5. *Sub Ottone* claruisse feruntur *Atilicinius & Vivianus*.

6. *Sub Trajano & Hadriano* floruerunt *Minitius Natalis*, *Cartilius* sive *Catilius Severus*, *Aristo* qvi de furtis, librum responsorum, commentariosqve ad Cassium & Sabinum scripsit. *Papyrius Fronto* cujus liber decretorum & responsorum libri III. memorantur. *Ursejus Ferox* in cujus commentariis qvædam notavit Julianus. Videtur etiam his temporibus celebris fuisse *Sextus Pedius* qvi ad edictum scripsit, diversus utiqve à Pedio de qvo Persius Sat. 1. v. 18. & à Pedio Blæso ap. Tacitum 14. Annal. *Cælius* qvo-

qve *Sabinus & Puteolanus*, qvi libros adſeſſorum ſcripſit.

7. *Sub Hadriano & Antonino Pio* fuere *Tuſcianus* (k) ſive *Tuſcius Fuſcianus*, *Sextus Cæcilius*, *Q. Saturninus*, *Lælius* qvidam & *Valerius Severus*, *Octavenus* qvoqve & *Plautius Sylvanus*, & *Vindius* qvi de prætoris edicto ac detractione Falcidiæ ſcripſit, diverſusqve eſt ab alio hujus nominis JCto, qvi clarus fuit temporibus Alexandri Severi.

8. *Septimii Severi* temporibus claruit *Coccejus Campanus*.

9. *Sub Alex. Severo* juris ſcientia conſpicui fuerunt *Arianus* (diverſus ab Arriano Nicomedienſi, qvi clarus fuit temporibus Hadriani, & ab *Ariano Severo* auctore librorum de interdictis) *Favius Mela* qvi ſcripſit libros ad edictum, *Mæcius* deniqve qvem cum Mæciano qvidam perperam confuderunt.

10. *C. Flaccus & Fulcinius* JCti Julio Paulo laudati, ad qvæ tempora referendi ſint, accurate non conſtat.

(k) Niſi legendum Mæcianus apud Pomponium l. 2. de Orig. juris. Vide Menagii amœnitates c. 5. De Sexto Cæcilio idem c. 23.

CAPUT X.

DE CODICIBUS THEODOSIANO & Juſtinianeo, Codice legum Antiqvarum Lindenbrogiano, & Corpore Juris Canonici.

I. CO-

I. CODEX THEODOSIANUS, (a) auſpiciis Theodoſii junioris, è conſtitutionibus Conſtantini M. & inſecutorum Imperatorum collectus, libris XVI. diſtinctus & anno XVI. ejus imperii A. C. 438. abſolutus, poſt (b) Sichardi, qvi primus protulit Baſil. 1528. fol. Tilii, Cujacii, Puteani, Pithœi & Sirmondi editiones qui vel integrum vel partes aut appendices ediderant, luculenter vulgatus eſt ab Antonio Manillio cum commentariis poſtumis eruditiſſimis & copioſis *Jacobi Gothofredi*, Lugduni 1665. fol. ſex tomis, qui tamen in tria vel etiam duo ſed paulo craſſiora volumina compingi poſſunt. Idem Gothofredus præter prolegomena, quibus hiſtoriam hujus codicis perſeqvitur, addidit Chronologiam, Notitiam dignitatum, Proſopographiam Topographiam, & gloſſarium Nomicum.

Alarici Regis Codex ſive *Codicis Theodoſiani breviarium*, non compoſitum eſt ab *Aniano*, nec ex-

(a) Seldenus in notis ad Marmora Oxonienſia p. 40. b. locum qvendam emendat è MS. codice Theodoſiano, *qvem* Inqvit, *breviario ſuo ante qvingentos annos de Romanis Imperatoribus ex Haymone Floriacenſi confecto intexuit Guilelmus Monachus Malmesburienſis.*

(b Sichardus Codici Theodoſiano adjunxit novellas conſtitutiones Theodoſii, Valentiani, Martiani, Majoriani & Severi: tum libros duos inſtitutionum Caji, Julii Pauli receptarum ſententiarum libros V. Fragmenta Codicis Gregoriani & Hermogeniani, Voluſium item Mæcianum de Aſſe & Frontinum de limitibus cum commentariis Aggeni Urbici.

planatum interpretationibus, ſed editum duntaxat, ut ex Alarici commonitorio oſtendit Jacobus Sirmondus in qvæſtione triplici, ad calcem tomi 3. Varior. Opuſc. recuſi tomo primo Operum Sirmondi Pariſ. 1696. fol. & Jacobus Gothofredus in prolegom. c. 5.

Obſervandum præterea in Codice Juſtinianeo reperiri 320. circiter conſtitutiones è codice Theodoſiano petitas, qvæ in illo hodie non reperiuntur. Eorum indicem editioni Marvillii ſubjectam videre licet ſub titulo, *ſupplementi codicis Theodoſiani.*

Adjiciuntur etiam leges novellæ *Theodoſii, Valentiniani, Martiani, Majoriani, Severi & Anthemii* libris VI. qvarum plerasqve primus vulgaverat Petrus Pithœus Pariſ. 1571. recuſas inter ejus opera ibid. 1609. 4. & noviſſime cum Pithœorum fratrum notis ad novellas Juſtiniani per Julianum Anteceſſorem CPolitanum latine translatas. 1689. fel. Franciſcus Balduinus qvi de Conſtantini M. legibus Eccleſiaſticis atqve civilibus libros duos edidit, Theodoſianas qvoqve leges colligere & illuſtrare conſtituerat, ſed hoc conſilii poſtea prætermiſit.

De jure Græco Romano, libris Baſilicon eorumqve epitome, *Harmenopoli* promptuario &c. dicam rectius in Bibliothecæ Græcæ libro ſexto.

II. CORPUS (a) JURIS CIVILIS JUSTINIA-

(a) Corpus, *σῶμα, σωμάτιον* pro opere ſive Volumine quod ex pluribus coaluit partibus, paſſim apud veteres occur-

NIANEI, auſpiciis Juſtiniani (b) Imp. concinnatum à Triboniano & aliis, qvo continentur:

I. *Inſtitutionum libri IV.* in qvibus titulos habes XCIX. Has poſt Juſtiniani tempora græca paraphraſi interpretatus eſt Theophilus, qvam primus A. 1534. Baſileæ edidit Vigilius Zvichemus ab Ayta, latine reddiderunt Jacobus Curtius & Carolus Annibal Fabrottus, cum animadverſionibus Græce & latine vulgavere Dionyſ. Gothofredus & idem Fabrottus, deniq; latine ex Curtii verſione, qvam Gothofredus qvoqve in ſua editione retinuerat, cum notis ſuis Jo. Doujatius in lucem emiſit Pariſ. 1681. 12.

2. *Pandectarum ſive Digeſtorum libri L.* in qvibus tituli CCCCXXII. leges 9123. Horum librorum Codex MStus Florentinus (c) ſive Piſanus toto orbe celeberrimus eſt, ex qvo Franciſcus Taurellius luculentam illorum editionem concinnavit Florentiæ 1553. fol. 2. voluminibus, typis Laurentii Torrentini. Confer de illo codice præter Taurelli præfationem, Politiani Epi-

occurrit. Sic σῶμα Orationum memorat Cicero lib. 2. Epiſt. 1. ad Artic. Leges 12. tabularum Livius vocat *Corpus omnis Romani juris* lib. 3. c. 34. Sic Vitruvius dixit *corpus Architecturæ*, Ovidius *corpus Æneidos*. Σωμάτιον Ἰλιάδος. apud. Longin. qvod *corpus Homeri* apud Ulpian. & Auſon. corpus Canonum, corpus Theodoſianum, & qvod Plinius. Sic lib. 2. Epiſt. 10. dixit in corpus contrahere. Adde Salmaſ. ad Solin. & Hiſt. Auguſtam. Ita nonnullis accipitur σῶμα τοῦ Μωσέως pro legibus Moſaicis, in Epiſtola Judæ Apoſtoli v. 9.

(b) Vide Pauli Diaconi Hiſt. Miſcellam, ſub init. libr. XVIII.

(c) Græcos ſex verſus Pandectis in illo Codice præfixos illuſtrat Scipio Gentilis lib. 2. parergon Juris c. 22.

Epiſtolam 4 libri 10. & c.41. Miſcell. Cujacium lib.2. Obſervat. c.1. Mabillonium, Muſei Italici T.1.p.184. ſeq. Lambecium T.1. de Bibl. Vindobonenſi p.17. ſeq. Allatium ad Antiqvitates Hetruſcas p.54. ſeq. Tho. Bartholinum p.70. ſeq. de legendis libris, Claudiū Dausqvium in Orthographia T.1.p.12. qui cum Cujacio & Briſſonio negat ſemper & uſqve qvaqve à veteris illius at privati codicis ſcriptione ſtandum eſſe: Albericum Gentilem diſſ. de libris juris c.3. Laur. Theodori Gronovii ſpecimen emendationum Pandectarum juxta exemplar Florentinum. Lug. Bat. 1685. 8. &c. Notum porro eſt libros digeſtorum in antiqvis editionibus, gloſſatis & aliis diſtingvi in *jus novum, vetus & infortiatum* Alia Græcorum diviſio eſt de qva conſule Cujacium VII. 32. obſervationum, & Cangii gloſſarium Græcum in πλάτος & πρῶτα. Vetus complectitur libros priores XXIV. Infortiatum (d) à titulo 3. ejusdem libri XXIV. ad duodeqvadrageſimum. Novum deniqve à XXXIX. ad L. Vulgaris ſigla qva libri digeſtorum qvando allegantur denotari ſolent, eſt Littera f geminata, ſive id vitio atqve ignoratione ſcriptoru

acc

(d) Videtur hoc vocabulum barbare efformatum Azon tempore ab *infarcio*. Nihil enim cum hoc commune h het *confortiare* συνισχυρίζεσθαι qvod è veteribus gloſſis a fert Scipio Gentilis lib. 1. parergon c.36. Ita infortiatu idem ſit qvod medium inter vetus ſive primos & novum ſ ultimos libros. Alias etymologias, ut qvam è Chaldaico De jatius repetit, libenter prætereo.

acciderit, illa utentium loco litteræ Π (c) qvæ pandectas, vel D qvæ digesta innuebat, sive id tribuatur memoriæ duorum Fridericorum Imperatorum, qvi auctoritatem suam & curam Pandectis addidisse dicuntur, *Græce* illos libros transtulerat Thalelæus & Dorotheus. Eodem græco idiomate fusius exposuerat Stephanus JCtus, magis vero adstricte, in *Epitomes* morem Cyrillus. Sed horum omnium labores pridem interciderunt, Leges XIV. qvæ in Pandectis desiderabantur, è Basilicorum libris restitutas Græce & latine ad calcem exercitationum suarum edidit Fabrottus Paris. 1639. 4. Illius vero qvi latine vertit ea qvæ in Pandectis Græce leguntur, sive *Burgundio* is fuerit, JCtus Pisanus circa A.C. 1160. de qvo Laur. Pignorius Epist. 39. sive *Bulgarus* Irnerii discipulus, varias hallucinationes notat Menagius amœnitat. juris p. 208. seq. De latinitate Pandectarum exstat G. Casparis Kirchmaieri duplex diss. Witebergæ edita, probans illud. Frid. Taubmanni lib. 2. Epigramm. p. 424.

Credo ego si lingvæ Ciceronis imago perisset,
E juris posset Corpore restitui.

Confer de eodem argumento dialogos vernaculos Tenzelianos A. 1696. p. 173. seq.

3. *Codicis Justinianei* conditi A.C. 534. *libri XII.* in qvibus tituli 764. leges 4648. Hi meris Imperatoriis constitutionibus absolvuntur, à Justiniano vel probatis vel additis. *Græca* interpre-

(c) Ita Barthius lib. 2. cap. 17. Adversar.

pretatio Thalelæi qvi κωδικεύτε (f) nomine videtur innui in Basilicis, non minus qvam Digestorum sive periit sive non vidit lucem, qvod de Isidori, Theodori Hermopolitæ & Anatolii Epitomis Codicis Græce scriptis etiam intelligi velim. Codicem Justinianeum in lingvam Turcicam translatam, & Turcos pleraqve è legibus Romanis in suas transtulisse, præcipue qvæ ad materiam servitutum spectant, ex Leunclavii & Bullialdi fide refert Menagius p. 158. amœnitatum juris. In Codice & Pandectis nullæ occurrunt leges Imperatorum Hadriano antiqviorum, qvoniam Hadrianus pleraqve in legibus Romanis innovavit. Vide H. Dodvvelli prælect. VIII. Cambdenianam. Codex iste Ravennæ primum MS. repertus est, & *repetitæ prælectionis* vocatur, qvia priori editione auctior & emendatior publica auctoritate post abrogatam priorem confirmatus fuit.

4. *Novellarum Justiniani collationes IX.* Constitutiones CLXVIII. qvarum CXLV. græce primum cum versione sua edidit Gregorius Haloander Norimb. 1531. fol. Reliqvas XXIII. postea ex Bibl. Huldrici Fuggeri in sua editione supplevit Henricus Scringerus Scotus An. 1558. ap. Henr. Stephanum fol. Antea sola circumferebatur latina Anonymi interpretatio, qvæ *authentica* (g) vulgo dici solet, qvoniam in foro recepta est & Græca pressius seqvitur qvam *Epito-*

mi

(f) Vide & Cangii glossar. in κώδιξ.
(g) Alciat. lib. 2. cap. 46. parergon Juris.

me(h) ejusdem operis facta non longe à temporibus Justiniani latino sermone à *Juliano* Patricio & Exconsule, (i libris duobus. Ejus porro avthenticæ auctorem neqve Bulgarum Pisanum JCtum & Poëtam Græce doctum, neqve seqvioris ævi Monachum. sed scriptorem Justiniani ætati supparem esse contendebat Antonius Contius, etsi aliud visum Andreæ Alciato lib. II. c. 46. Parergon.

3. *Decimam collationem Novellarum extravagantium* ex Haloandro, Scrimgero & codicibus MSS. collegit Antonius Contius. Porro observandum est, cum leges adversa fronte concurrunt, Digestis Institutiones, utrisqve Codicem, Codici Novellas derogare. Cæterum de universis hisce Juris Civilis Romani libris consules Albericū Gentilē in diss. de libris juris Civilis. Ja. Gothofredum & Doujatium in juris Historia, Vincentium Gravinā libris III. de ortu & progressu juris Romani, Jo. Seldenum diss. ad Fletam, Ad. Riccium in tractatu rhapsodico de librorum juris Romani qvantitate & qvalitate, Joachimum Hagemeierum de auctoritate juris Civilis, Ericum Mauritium de libris juris communis horumqve usu, Jo. Christophorum Wagenseilium loculamento qvinto peræ librorum ju-

(h) Hæc Epitome una cum aliis Juris Civilis Voluminibus sæpissime edita incipit: *Primum qvidem in digestis & Constitutionibus &c.* Luculenter illustrata est à Clarissimis fratribus Pithœis, qvorum notæ postumæ à Claudio Pelleterio vulgatæ sunt Paris. 1689. fol. una cum eorundem animadversionibus ad librum primum Codicis.

(i) Vide Menagii amœnitates juris p. 144.

juvenilium, & Arthurum Duck de auctoritate juris Civilis Romanorum.

6. *Feudorum libri II.* sub Friderico Barbarossa circa A. C. 1152. privato ausu collecti sunt ab *Oberto de Orto* sive *Ortensio & Gerardo Nigro Capegisto.* Postea auctoritate Friderici II. & III. confirmati & publicam nacti auctoritatem. Præterea Jacobus Cujacius ex Adrizone & Alvaroto plura de feudis capitula in titulos 37. digesta restituit & feudales constitutiones Lotharii I. & II. à se congestas adjecit.

7. Solent etiam subjungi *Constitutiones Friderici II. Imp.* à Papa Honorio confirmatæ, & *duæ Extravagantes Henrici VII. Imp.* & tractatus *de pace Constantiæ* composita inter Fridericum I. Barbarossam filiumqve ejus Henricum VI. & civitates Lombardiæ & Marchiæ & Romandiolæ.

Exstat præterea liber de feudis singularis, sive ut in MSS. inscribitur *libellus feudorum reformatus* ante medium sæculi decimi sexti à *Barthol. Baraterio de Placentia*, Mediolani & Ferrariæ Ducum Consiliario, auspiciis Philippi Mariæ Mediolensium Ducis, ex omni vetere Feudorum jure digestus & primum editus à *Nic. Rigaltio* Paris. 1612. è Bibl. Regia: deinde auctus & emendatus cura Jo. Philippi Smidii Argentoratensis, cum *Antonii Minutii de Prato Veteri* libris sex de feudis ad Sigismundum Imp. qvos ex eadem Regia Bibl. eruit D. *Joannes Schilter*, Antecessor nuper Argentoratensis, qvi & Codicem Juris Alemannici Feudalis Comitiis Norici

icis A. 1204. auctoritate Imp. Ottonis IV. publicatum post primam Argentoratensem A. 1505. & alteram Sebast. Meichsneri editionem A. 1590. tertio emendatiorem & auctiorem è MSS. recensuit, latina versione & commentariis illustravit, & jus feudale Saxonicum ab Eptovve de Repkaw Eqvite Saxonico sub Impp. Saxonicis lingva Alemannica compositum addidit è MS. Bibl. Paulinæ Lipsiensis. Argentorat. 1695. 4. cui volumini accedit etiam Antonii Dadini Alteserræ liber de origine & statu feudorum pro moribus Galliæ, & ejusdem Schilteri commentatio ad libri secundi consvetudinum feudorum titulum 50. de natura successionis feudalis.

8. Editio præstantissima Corporis juris civilis est, qvæ cum *Dionysii Gothofredi* notis, & additis Græcis passim constitutionibus prodiit Genev. 1583. & curante Simone van Leuvven Amstel. 1663. fol. In editione Lugdunensi qvæ *glossata* vulgo audit & qvinqve amplis in folio majore voluminibus plus simplici vice lucem adspexit, exstat etiam nescio cujus antiqvi Auctoris *corpus legum in compendium per modum institutionum redactum libris IV.*

III. CODICEM LEGUM ANTIQVARUM pleniorem emendatioremqve dedit post Heroldi, Sichardi, Boërii, Tiliiqve editiones Fridericus Lindenbrogius, Francof. 1613. fol. usus insigni Codice membranaceo qvi ex ejus donatione etiamnum exstat in Bibliotheca Joannea hujus civitatis Hamburgensis. Comple-

cti-

ctitur autem Lindenbrogianum Volumen primo loco Codicem legis Wiſigothorum libris XII. Hinc ſeqvuntur:

Mar-

(*) Ad ripam Rheni accolentium.

(k) Hæc Capitula Regum Francorum cum magno auctario & eruditis notis vulgavit Steph. Baluzius Pariſ. 1677. fol.

Marculfi (l) formulæ solennes priscæ publicorum privatorumqve negotiorum nunc primum editæ, p. 1205.

Deniqve seqvuntur Frid. Lindenbrogii castigationes Variæqve lectiones p. 1313. & glossarium p. 1345. — 1499.

I. CORPUS JURIS CANONICI complectitur 1. *Decretum* sive Concordantiam Discordantium Canonum à *Gratiano* (m) Bononiensi, Monacho Benedictino A. C. 1151. collectam ex Canonibus Apostolorum & Conciliorum, dictis Patrum & Pontificum Epistolis spuriis decretalibus, legibus etiam civilibus Imperatorum distinctamqve in partes III. qvarum prima distinctiones 101. secunda causas 36. variis qvæstionibus dijudicatas continet, tertia agit de consecratione, distinctionibus qvinqve. Post causæ 33. qvæstionem secundam insertus est

(l) Has formulas è Bibl. Regia eodem qvo Lindenbrogius tempore cum præclaris notis edidit Hieron. Bignonius Paris. 1613. 8. Subjecit etiam easdem cum Bignonii & suis notis Baluzius capitularibus Regum Francorum.

(m) Gratianus excitatus fuit exemplo *Werneri*, sive ut Accursio aliisque dicitur *Irnerii*, qui rogatu Mathildæ Comitis adeoqve anteqvam Lotharius imperare cœpit (vide G. Calixti part. I. Theol. Moral. p. 114. seq.) Jurisprudentiæ Romanæ civilis usum pro civili restituerat una cum discipulis suis *Joanne Bulgaro*, *Azone*, *Joanne Placentino* aliisque. De *Irnerio* qui *lucerna juris* dicebatur teste Trithemio, vide Philippi Melanchthonis Orationes T. 2. p. 420. seq. Dionysium Simonium in nova Bibliotheca Historico Chronologica præcipuorum auctorum & interpretum Juris, edita Gallice 2. Vol. 1692-1695. 12.

eſt de pœnitentia tractatus, ſeptem diſtinctionibus. Ante Gratianum *Dionyſius Exiguus*, *Iſidorus* (n) *Mercator*, *Iſidorus Hiſpalenſis*, *Burchardus* ſive *Brocardus*, (unde Brocardica) *Wormatienſis*, *Ivo Carnotenſis* (o) aliiqve plurimi collectiones ejusmodi confecerant, de qvibus vide Jo. Doujatium libro III. prænotionum Canonicarum, Natalem Alexandrum Sec. 1. part. 2. p. 242. ſeq. Gerh. Theodorum Meyerum in relatione Hiſtorica de collectione canonum & Gerhardum van Maſtricht in hiſtoria juris Eccleſiaſtici, curante Chriſtiano Thomaſio ante paucos annos recuſa: Franciſcum Florentem virum doctiſſ. in diſſertatione de origine, arte & auctoritate juris Canonici: Caſparem Zieglerum in diſſ. de juris Canonici origine & incremento, præmiſſa Lancelloti inſtitutionibus. Gratiani vero ſyllogen Eugenium III. Papam confirmaſſe & in Academiis prælegi juſſiſſe ferunt, etſi valde oſcitanter & mala ſæpe fide truncata & inter-

terpo-

(n) De hujus Iſidori impoſturis & fraudibus vide Dav. Blondelli Pſeudo Iſidorum, Genev. 1628. 4.

(o) Exſtant etiam Fulgentii Ferrandi breviatio Canonum & collatio Martini Braccarenſis, cujus freqvens in Hiſpania uſus fuit, Creſconii item Afri collectio & Concordia, quæ ſingulæ editæ ſunt in Bibliotheca Canonica Henr. Juſtelli & Gvil. Voelli: His adde codicem Canonum veterem Eccleſiæ Romanæ à Franciſco Pithœo illuſtratum Pariſ. 1687. fol & aliun codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ, qvem cum Leone Magno vulgavit Paſchaſius Queſnellus. Indicem Canonum & Conciliorum in Hiſpania olim receptum & cum Ferrandi breviatione in plerisq; convenientem, tomo tertio Conciliorum Hiſpaniæ præfixit Joſephus Saenz Agvirre E. R. Cardinalis.

erpolatas falsisqve passim nominibus inscri-
tas veterum sententias & canones ex alio-
um collectionibus in suam collectionem
onstipasse Monachus ille deprehenditur.
onfer Antonium Augustinum de emenda-
one Gratiani, cum notis Virorum clarissimo-
um Stephani Baluzii & Gerh. von Mastricht.
lbericum Gentilem diss. de libris juris Ca-
onici c. 2. qvi de *Paleis* in decreto occurren-
bus agit p. 24. seqq. qvæ ita inscribi videntur
Cotta Palea Gratiani discipulo, qvi Gratiani
ecreto qvædam adjunxit. Primus decreti
lossator *Jannes Semeca* Teutonicus Præsul
alberstadiensis, cujus Epitaphium vidi in
mplo cathedrali ejus urbis, qvod testatur
um obiisse A. C. 1243.

2. *Decretalium Epistolarum libros V.* auspiciis
(p) Gregorii IX. post A. C. 1230. digestos a *Ray-
mun-*

(p) Ante Gregorium qvinqve collectiones decretalium
ctæ circumferuntur. Prima *Bernardi Papiensis* sub Alexan-
o III. altera *Joannis Gallensis* sub Alexandro IV. composita
duabus compilationibus Gilberti & Alani. Tertia *Petri
eneventani* ex registro Innocentii III. *Qvarta* ejusdem In-
centii III. decretalium de concilio Lateranensi. *Qvinta*
hiqve constitutionum Honorii III. Papæ. Priores collectio-
s qvatuor edidit cum notis Antonius Augustinus, & post
n Jacobus Cujacius. Ilerdæ 1576. Paris. 1621. fol. Qvin-
n debemus Innocentio Cironio. Tolos. 1645. Omitto
rias Pontificum Epistolas in tomis Conciliorum & in An-
nalibus Minorum Lucæ Waddingi editas, Innocentii III im-
imis Epistolarum libros XI. vulgatos à Steph. Baluzio Pa-
ri 1682. fol. duobus Vol.

Vid

mundo de Pennaforti (q) Hispano Ord. Prædicatorum ex Constitutionibus & Conciliis ab Alexandro III. usqve ad hunc ipsum Gregorium IX. Hi libri vulgo *Extra* appellari solent, qvia nempe sunt extra decretum Gratiani. Omnibus fere decretalibus fulmen Anathematis apponi ægre fert Petrus Damiani lib. 1. Epist. 12. ad Alexandrum II.

3. *Sextum Decretalium* (r) sive libros V. alios constitutionum Gregorii IX. & X. Innocentii IV. Clementis IV. &c. Conciliorumqve inprimis duorum Lugdunensium A. 1245. & 1273. celebratorum collectos jussu Bonifacii octavi à Gvilelmo Archi-Episcopo Ebredunensi, Berengario Episcopo Biterensi, & Richardo de Senis Vicecancellario Ecclesiæ Romanæ (s) promulgatosqve A. C. 1297. 5. Nonar. Martii.

4. *Clementinas* sive alios libros V. constitutionum Clementis V. qvi Bonifacio successit & Concilii Viennensis qvod ipso moderante celebratum fuit A. C. 1310.

5. *Extravagantes* constitutiones viginti *Joannis XXII.* (t) qvi post Clementem Pontifici dignitate usus est, & Clementinas A. 1320. Clemente illo defuncto promulgavit.

6. *Ex*

(q) Vide Spondanum ad A. C. 1233.

(r) Ab Ecclesia Gallicana & in Regno Galliæ non receptum notat Natalis Alex. T. 7. Hist. Eccles. edit. in fol. p. 3 In hoc libro sexto decretalium recensendo eleboravit Ægidius Perrinus.

(s) Spondan. ad A. C. 1298

(t) *Johanninas* appellat Cujacius.

6. *Etravagantes communes*, ſive variorum Pontificum, Joannis XXII. & qvi ei per ſesqviſeculum ſucceſſere, conſtitutiones, qvæ ſecundum ordinem qvinqve librorum Gregorianorum decretalium digeſtæ ſunt, ſed ita ut qvarto libro hic nullus reſpondeat.

Prima editio Corporis Canonici eſt Moguntina Anni 1472. fol. qvas inſecutæ ſunt Venetæ A. 1474. 1479. 1493. ac Pariſienſes 1508. & 1522. & ex Antoniorum Democharii & Contii recenſione 1550. 1552. 1561. tum Baſileenſis An. 1512. ex Amerbachi recognitione tribus Vol. cum gloſſis Jo. Teutonici & Bartholomæi Brixienſis: hinc Lugdunenſis minor An. 1555. ſeptem voluminibus, & majores binæ cum gloſſis (tribus vol.) 1549. fol. & cum notis Molinei 1559. 4. Antwerpienſis præterea 1537. f. cum gloſſis: & ſine iisdem 1570. 8. ap. Plantin. & Romana auſpiciis Gregorii XIII. emendata 1582. qvatuor Vol. Pariſienſes item An. 1585. 1612. cum gloſſis, & ſine illis 1587. fol. Lugd. 1591. 1606. 4. Colon. 1670. &c. Præſtantiſſima vero longe & luculentiſſima editio eſt qvæ ex recenſione & cum notis poſthumis Pithœorum fratrum Petri ac Franciſci vulgata eſt Pariſ. 1687. repetita non ineleganter Lipſ. 1695. fol.

Inſtitutionum juris Canonici libros IV. juſſu Pauli IV. (*) An. 1563. in lucem emiſit *Jo. Paulus Lancello-*

(*) Privato auſu Inſtitutiones illas ſcriptas à Lancelloto, affirmat Cl. Wagenſeilius in Synopſi juris Canonici p. 714. Sed

celotus JCtus Perusinus, illustratos cum ab aliis tum præcipue à Clarissimis Viris Casp. Zieglero & Jo. Doujatio.

Petrus qvoqve Matthæus JCtus Lugdunensis A. 1590. privata auctoritate è canonibus concilii Tridentini & Bullario Magno Laertii Cherubini in qvo Pii IV. Pii V. & successorum constitutiones exhibentur, librum *septimum Decretalium* composuit, qvi in qvibusdam Corporis juris Canonici editionibus legitur.

CAPUT XI.

DE SCRIPTORIBUS Legibusqve Rei Agrimensoriæ.

AUCTORES Legesqve REI AGRARIÆ sive FINIUM REGUNDORUM, Jo. Tilii Meldensium Episcopi hortatu primum editi & ad Palatinum codicem castigati mutua opera Petri Gallandii, Petri Castellani, Æmari Ranconeti & *Adriani Turnebi* Paris. 1554. 4. Passim deinde auctiores emendatioresqve cum observationibus & glossis agrimensoriis *Nicolai Rigaltii* (ibid. 1613. 4.) qvi Turnebianam editionem in plerisqve est secutus, nisi qvod titulum finium Regundorum libro decimo Pandectarum obvium prætermisit. Idem ait in aliud se tem-

Sed contrarium ipse videtur innuere Lancellotus. Certe sub Gregorio XIII. Institutiones illas corpori Juris Canonici Romæ 1582. typis subjectas esse constat.

tempus distulisse fragmenta qvædam M. Junii Nipsi, Aprofiditi sive Epaphroditi & Vetrubi Rufi (a), qvod magis facerent ad qvæstiones Geometricas, qvam ad conditiones agrorum limitumqve constitutiones. Deniqve *Guilelmus Goesius* novam legum & Scriptorum rei agrariæ editionem in lucem emisit Amstelod. 1674. 4. cui præter observationes & glossas Rigaltii, suas ipsius notas & indices duos à se concinnatos Philologicum alterum, alterum Geographicum, & antiqvitatum agrariarum librum subjecit, qvo præter alia fusius agit de Coloniis, de qvibus videndi Onuphrius, Sigonius & libro secundo antiqvitatum Augustanarum Marcus Velserus. Julium Cæsarem Bulengerum in libro de Vectigalibus populi Romani nihil harum rerum intellexisse affirmat Goesius p. 165. Idem passim inqvivior est famæ Barthii & Salmasii. Qvoniam vero optima & locupletissima Agrimensoriorum scriptorum editio est Goesiana, juvat eam hoc loco paucis recensere.

1. *Siculi* (b) *Flacci de Conditionibus agrorum* pag. 1.

(a) Vide infra, hoc capite, num 23.

(b) Barthius lib. XIX. cap. 5. Adversar. *Siculum Flaccum* appellat *Saculum*, (qvomodo & in vetustissimo suo MS. vocari testatur Gudius ad Phædrum p. 242.) & cujus epitomen tantum habere nos putans, clarissime clarum esse ait, qvod Epitomator fuerit Christianus. Nihil horum arridet Goësio, etsi nec ille habet, qvo Ethnicum probare possit. Non ante Domitianum vixit Siculus iste, cujus edicti meminit, neqve

Ejusd. Flacci *nomina agrorum & limitum*, p. 26.

2. *Sex. Julii* (c) *Frontini de agrorum qvalitate* sive *Expositio formarum* ad Celsum Penestum, ut in edit. Basil. 1528. legitur. Falli itaqve videntur qvi per Celsum intelligunt Cæsarem & pag. 29. pro *statim Celsi Cæsaris* legendum est *statim cœlestia Cæsaris.* Goesio hic libellus non videtur esse Frontini sed partim *M. Junii Nipsi*, partim *Gerberti* Philosophi qvi tandem Papa evasit. Vide ejus notas pag. 142. Rigaltius qvi parte illa qva

neqve ante Nervam floruisse Rigaltio videtur. Nomen ejus comparet in catalogo agrimensorio Boethii. Libro vero ipsius inscriptio, si Goësium seqvimur, fuit de conditionibus agrorum Italiæ, neqve ex eo aliud qvicqvam hodie super est præter initium operis idqve lacerum. Rigaltius testatur se bonam centonis illius partem in complures divisam lacinias reperisse inter alia fragmenta Hygino adscripta, qvæ Jos. Scaliger ex pervetusto Jo. Arcerii codice describi sibi curaverat, atqve illic qvoqve diserte legi Siculi Flacci nomen.

(c) Videtur Rigaltio Frontinus duos libros de re agraria edidisse, qvorum altero mensorem instituit, altero disputaverat de arte mensoria. De inde artis ipsius tripertitionem explicasse sex libris, assignationes scilicet & partitiones agrorum ac finitiones terminorum, posteaqve controversias. Deniqve scripsisse libros de regionibus deqve conditionibus agrorum Italiæ, ex qvibus ad nos pervenerunt fragmenta qvæ de Coloniis inscribuntur pag. 102. seq. quæ edita primum àb Obsopoeo ex Bibl. Puteani, deinde auctiora à P. Scriverio & Rob. Keuchenio, deniqve à Rigaltio & Goësio cum non contemnenda ex Bibl. Palatina accessione. Pluscula Frontini fragmenta in Arcerii Nansiiqve codicibus superfuisse viri docti testantur, qvorum editionem promisit idem Vir Cl. Petrus Scriverius. De aliis Frontini scriptis dixi supra suo loco. Laudatur à Boethio lib. 2. Geometr. & Vegetio lib. 2. cap. 3. Inst. rei miltaris.

va de menſuris p. 29. ſeq. agit, auctiorem edi-
lit, ex codice Memmiano p. 232. *Balbo* tribui
eſtarur in duobus MStis. Idem tamen non-
ulla Frontini nomine laudari obſervat à Boe-
hio. Gaſp. Bacheti notæ in hoc opuſculum
igaltianis obſervationibus ſubjiciuntur pag.
87. 288.

Julii Frontini de limitibus agrorum p. 39. Confer
oethium libro 2. Geomet. p. 1540. ſeq. qvi eo-
em loco etiam menſoris *Longini* meminit.

3. *Aggeni* (d) *Urbici in Julium Frontinum com-
ientarium* p. 44.

Hhh 3 Ejus-

(d) Hic Aggenus ante Theodoſii M. vel etiam Antonini
ii tempora vixiſſe videtur Goeſio, qvia meminit curæ circa
ca ſacra & litium de æde Minervæ motarum, ſed & contro-
erſæ inter JCtos, & agrimenſores, qvam controverſiam de-
iſam eſſe conſtet ab Antonino Pio, qvemadmodum templa
lolorum diruit Theodoſius. Vide Goeſii notas p. 147. 197.
unt alii qvi Aggenum referunt ad Tiberii Imp. ætatem.
lentio videtur illius fieri in hac veteri inſcriptioni Lugdu-
enſi:

JOVI O. M.
Q. ADGINNIUS URBICI
FIL. MARTINUS SEQ.
SACERDOS ROMÆ ET AUG.
AD ARAM AD CONFLUENTES
ARARIS ET RHODANI
FLAMEN
IIVIR IN CIVITATE
SEQVANORUM.

Vide Genebrierii diſſertationem Gallicæ editam, qua Magni-
m Urbicam Cari Cæſaris uxerem fuiſſe non abſurde conten-
lit Pariſ. 1704. 12. p. 69. 70. 72. Qvod vero Goëſius addit
Agge-

Ejusdem *de controversiis agrorum pars prior*, p. 50. *pars altera* p. 65.

4. Liber ejusdem argumenti, auctore *Simplicio*, p. 76. Rigaltius hunc refert ad auctorem Frontinum, & p. 222. non citra rationem suspicatur Simplicii nomen confictum esse ex his verbis Aggeni p. 62. *Nam & simplicius enarrare conditiones earum existimavi.* Adde p. 245.

5. *Aggeni Urbici in Julium Frontinum commentariorum liber secundus*, qvi Diazographus inscribitur, constans variis figuris in æs incisis, p. 90.

6. *Julii Frontini de Coloniis* libellus, ex commentario *Claudii Cæsaris* p. 102. Etiam *Severi* sive *Veri* potius *Lex agrorum* ex ejusdem *Claudii* commentar. p. 111. *Antonini & Commodi* mentio p. 106. qvi Frontino fuerunt posteriores. Unde Goesius libellum hunc habet pro farragine ex

Aggenum videri Christianum, minus exploratum esse videtur. Nam etsi auspicaturus ille commentarium in Frontinum de controversiis, ait divino præsidio se suam suscipere scriptionem, nihil tamen dicit qvod non dicere possit sæpeqve dixerit homo etiam Ethnicus. Aggenum de controversiis primus Rigaltius vulgavit ex codice Arceriano Memmianæ Bibliothecæ. Desunt tamen controversiæ de positione terminorum, de vigore, de fine & de loco, qvas haud levi desiderio reqvirendas esse ait idem Rigaltius. De Controversiis agrorum vide etiam Cujacium libri X. Observationum capite 2. Ejusdem Aggeni ad Frontinum de agrorum qvalitate, multis modis inqvinata esse rebus absurdis & ineptis observat Goesius, ita ut plurimum differant a reliqvis qvæ de controversiis Aggenus scripsit. Ediderat illos Aggeni ad Frontinum commentarios primus Jo. Sichardus ad calcem Codicis Theodosiani Basil. 1528. fol. apud H. Petri.

ex Frontino & aliis ab indocto qvodam homine consarcinata.

7. *Mensuræ limitum & terminorum* ex libris *Augusti* & *Neronis* Cæsarum (vide p. 109.) Sed & *Balbi mensoris*, qvi temporibus Augusti omnium provinciarum & civitatum formas ad mensuras compertas in commentarios contulit, legemqve agrariam per universitatem provinciarum distinxit & declaravit, p. 118. 142.

8. *Julii Frontini Siculi* præfatio, p. 128. In codice Francisci Nansii Frontinus semel Siculus appellatur, sed Goesius putat legendum *Frontini* & *Siculi* (Flacci scilicet,) & ex utroqve esse excerpta.

9. *Fragmenta terminalia* p. 147.

10. *Hygini Agrimensoris publici Gromaticus* sive de castris metandis liber figuris in æs incisis illustratus pag. 150. Perperam hic Hyginus in Inscriptione vocatur libertus (e) Augusti Imp. cum longe junior fuerit, mentionem faciens Trajani pag. 209. & pag. 174. laudans Lucanum. Eundem Hygini Gromaticum, uti Frontini qvoqve Commentaria & Aggeni Urbici, una

 cum

(e) Per Augustum Rigaltius Trajanum jubet intelligere, cui ut Imperatoribus reliqvis universis tributum nomen Augusti. Idem p. 272. notat apud Cassiodorum lib. 3. Variar. Epist. 52. sub *Hyrummetrici* nomine latere nomen *Hygini Gromatici*. Qvemadmodum ibidem pro *Grammaticam disciplinam* legendum esse *Gromaticam* observavit Vossius libro 1. de arte Grammatica. Confer Jo. Laurembergii Gromatica, qvibus jus terminale & finium regundorum leges explicantur. Hafniæ 1640. 4.

cum Vegetio suo sed admodum corruptum & minus emendatum edidit *Petrus Scriverius*, ut dixi supra lib. 3. in Vegetio. Commentarius laudatissimus illustris Viri (f) *Hermanni Rhabodi Schelii* in hunc Hygini librum è veteribus libris emendatum & Polybii locum de castris Romanis è Libro VI. Histor. seorsim prodiit Amst. 1660. 4. & insertus inde tomo decimo thesauri Antiqvitatum Romanarum Græviani. Etiam Salmasius in Gromaticum Hyginianum notas paravit, ut refert ipse p. 295. ad Solin.

Ejusdem Hygini liber de limitibus pag. 203. qvem Hygino indignum esse contendit Goesius in notis pag. 166. Ejusdem *de conditionibus agrorum*, pag. 205.

11 *Fragmentum agrarium de limitibus*, p. 215. In limine statim Varro allegatur. Ceterum totum fere ex Hygini Gromatico petitum esse apparet & *Hygino* tribuitur in codice qvodam antiqvo manu exarato, etsi P. Scriverius fide alterius codicis ediderit sub nomine *Frontini*.

12. *Ex libro XII. Innocentii* (g) Urbi Præfecti, *de litte-*

(f) De hujus Schelii commentariis, qvi longe plura de re veterum Romanorum militari in affectis habuit, vide quæ notat Jo. Georgius Grævius præf. ad Tomum X. thesauri Antiqv. Rom. & Th. Crenius in notis ad Gabr. Naudæi Bibliographiam militarem T. 2. Methodor. p. 518.

(g) Innocentium sub Constantino agrimensorem fuisse auctor Ammianus Marcellinus lib. 19. At excerpta hæc ex ejus libro 12. ab imperito qvodam consarcinata (vide Goesii notas p. 167.) ex Bibliotheca Palatina dedit Rigaltius. Confer Valesium ad Ammian. lib. 19. c. 11. & Menagii Origines Gallicas in *dessous*.

litteris qvibus signatæ casæ, ex notis juris exponendis, pag. 220.

13. *Liber Marci Baronis* (Varronis) *ad Rufum Silvium de Geometria* pag. 235. Hunc ex MS. Arceriano edidit Rigaltius. Varronis autem esse neqvit, qvia p. 243. allegat Hyginum, ut dictionem Varrone indignam aliaqve argumenta omittam. Longe alius erat Varronis liber de Geometria, cujus meminit Cassiodorus & ex qvo Frontinus Boethiusqve (b) profecisse se fatentur. Sed hic ut alia doctissimi illius viri scripta, temporum injuria intercidit.

14. *Ordines finitionum* ex diversis auctoribus, una cum figuris in æs incisis p. 247.

15. *Cajus* & *Theodosius* auctores, pag. 252. *Latinus* & *Mysrontius* togati Augustorum, auctores *de locis suburbanis vel diversis itineribus pergentium in suas regiones*, p. 254.

16. Ex libris *Magonis & Vegojæ* (male *Vegetii* legit Barth. XXIX. 1. Adversar.) auctorum p. 255.

17. *Idem Vegojæ Arrunti Veltymno* pag. 258. qvæ nomina qvalia sint, non meum est dicere, sed haruspicis Salmasii, qvi pag. 78. ad Solin. legit: *item Vegoja* Βυγόεια nympha, qvæ artem fulguritam scripserat apud Tuscos teste Servio in VI. Æneid. v. 72.) *Arrunti Vertumno*, sive fragmentum libri ad Arruntem Vertumnum, qvæ nomina Hetrusca sunt.

18. *Arcadius Augustus* auctor *de terminis & de lineis partium Orientalium*, p. 259.

Hhh 5 19. *Vi-*

(b) Boëthius lib. 2. Geometriæ p. 1537. & 1542.

19. *Vitalis auctor* p. 260.

20 *Faustus & Valerius* p. 261.

21. *Ratio limitum regundorum.* Auctores *Theodosius & Neuterius* exposuerunt, p. 263.

22. *Expositio terminorum* sive lapidum finalium *per diversas provincias positorum* p. 276. cum figuris æri impressis.

23. *Varatio fluminis ex M. Junio Nysio.* Qvod fragmentum longe locupletius vulgavit Goesius p. 285. M. Junii Nypsii inter Agrimensores meminit Boëthius lib. 2. Geometriæ, p. 1540. Vitruvii Rufi ex Epaphrodito Architectonica & M. Junii Nypsi (male legitur Hypsi) de mensuris agrorum liber refertur in catalogo MStorum Scipionis Tettii. Vide Labbei Bibl. nov. MSS. p. 384.

24. *Ex Isidori Hisp. libro XV. cap.* 14. *Originum.* pag. 290.

Ex libris *Dolabellæ* pag. 293. cum figuris in æs incisis.

Ex libris *Latini de terminalibus* p. 302.

Cajus auctor V. P. pag. 304. Auctor *Vitalis*, pag. 305. *Faustus & Valerius*, *VV. PP.* auctores, ibidem.

Ex libro *Frontini* secundo p. 308.

Latinus V. P. togatus p. 310.

De jugeribus metandis, p. 311.

Ex *Euclidis* lib. 1. prolegomena, p. 316.

De mensuris secundum Geometricæ disciplinæ rationem ex voluminibus Virorum eruditorum *excerpta*, p. 320.

Fra-

Fragmentum *Legis Thuriæ* cum ſupplementis Sigonii, p. 329. Aliud fragmentum p. 335.

Legis Mamiliæ capita tria p. 339. Lex Roſcia, Peducia, Alliena, Fabia interciderunt. Ceterum tria illa capita è veteri Codice primus cum notis ſuis & caſtigationibus ediderat Lipſius lib. 1. elect. cap. 15.

Imp. Conſtantini Aug. reſcripta tria pag. 340. Adde Cujacii Obſervatt. lib. XIX. cap. 16.

Impp. Valentiniani, *Theodoſii & Arcadii* reſcriptum p. 342. Reſcriptum *Impp. Theodoſii*, *Arcadii & Honorii*, ibid. *Impp. Theodoſii & Valentiniani* reſcripta tria p. 343. Vide Codic. Theodoſian. T. 1. pag. 200. ſeq. edit. Jacobi Gothofredi.

Ex *Modeſtini libro X. Pandectarum*, *Ulpiani libro VI. Opinionum*, *Florentini ſexto Inſtitutionum*, *Calliſtrati tertio de cognitionibus*, pag. 345. *Ex Pauli libro qvinto ſententiar. & lib. 23. ad edictum* pag. 346.

Imp. Tiberii Cæſaris de ſepulcris, ibid.

Legis Liciniæ capita IX. p. 348. *Legis Semproniæ* capita XIII. p. 349.

Legis Juliæ de agrorum diviſione capita XVIII. p. 350. Agrariarum *Cæſaris Auguſti* capita XI.

Agrariarum, qvarum nomen ignoratur, capita VI. p. 353.

Legis Agrariæ qvam P. *Servilius Rullus* Tr. pleb. propoſuit M. Tullio Cicerone & C. Antonio COSS. capita XXI. collectore Goeſio, pag. 354.

Ejus-

Ejusdem legis capita, qvalia à Rigaltio edita fuerant p. 358.

CAPUT XII.
DE MEDICIS ANTIQVIS.

Medici ab Aldo & H. Stephano junctim editi, 1. *Alii ab H. Stephano omissi.* 2.

I. MEDICÆ ARTIS PRINCIPES ab Henrico Stephano junctim vulgati duobus Voluminibus Parif. 1567. fol. præter Græcos Paulum Æginetam, Aetium, Actuarium, Oribasium, Aretæum, Rufum Ephesium, Alexandrum Trallianum, Theophilum & Nicolaum Myrepsum, de qvibus alibi dicam, sunt hi Latini, qvi ab Aldo (a) qvoqve inter Medicos antiqvos vulgati sunt Venetiis 1547. fol.

1. *Cornelius Celsus*, de qvo copiosius egi supra suo loco, lib. 2. cap. 4.

2. *Scribonius* (b) *Largus Designatianus*, cujus *liber*

(a) Scriptores ab Aldo junctim editi hi sunt: Celsus, Serenus Samnonicus, Trotula, Epistola Vindiciani, Marcellus Empiricus, Scribonius Largus, Sorani Isagoge, Plinii de re Medica libri V. Apulejus de herbis, Antonius Musa de Betonica. Æmilius Macer de herbis cum commentariis Jo. Atrotiani. Strabi Galli hortulus. Cœlii Aureliani de Morbis Chronicis libri V. & Theodori Prisciani libri qvatuor. Hanc collectionem cum MSS. Codd. collatam à Nicolao Nancelio evolvi in Bibl. Gudiana. Exstat hodie in Bibl. Serenissimi Ducis Saxonici Vinariensis.

(b) Alius Scribonius Aphrodisius Orbilii servus atqve discipulus, cujus meminit Svetonius de illustr. Grammaticis.

liber de compositione Medicamentorum ad Cajum Julium Calliſtum, Jo Ruellii opera qvem ſat audacem Scribonii reſtitutorem vocat Barthius 48.49. Adverſar. primum è tenebris erutus prodiit Baſil. 1529. 8. cum Antonii Benivenii recentioris Medici libro de abditis nonnullis ac mirandis morborum cauſis, & Polybi Medici vetuſtiſſimi Græci libello de victu ſalubri deſtitutis, latine per Gvintherium Andernacum reddito. Floruit Scribonius ſub Tiberio, (c) Claudioqve Impp. & a Galeno pluribus locis allegatur, unde Janus Cornarius (d) præfat. ad Marcellum Empiricum, in cujus librum integræ fere Scribonii compoſitiones ſunt inſertæ, ſuſpicatur Scribonium non Latine ſed Græce ſcripſiſſe, poſteaqve è Græco Latine redditum eſſe circa ætatem Valentiniani Imp. Sed Cornarium, etſi præterito ejus nomine, refellit Marſilius Cagnatus lib. 3. Var. Obſervatt. c. 14. Præſtantiſſimam deniqve Scribonii editionem cum notis uberrimis eruditiſſimisqve & Lexico, induſtriæ *Joannis Rhodii* debemus, qvi Octavii Fer-

(c) Cap. 120. ait Scribonius ſe à Caſſii Medici ſervo Atimeto Tiberii Imp. legato medicamentum qvoddam accepiſſe. Adde cap. 97. Non eſt itaqve Siburius neſcio qvis vel Deſignatianus qvi paulo ante Marcellum demum vixerit, ut viro cuidam docto in mentem veniſſe video. Præceptores laudat Chirurgum Tryphonem, Apulejum Celſum, Valentem &c.

(d) Cum Cornario facit Barthius p. 2357. Adverſar. Caſp. Hoffmannus ut ex G. Richteri Epiſtolis p. 571. conſtat, & Hermannus Conringius introductione in Medicinam p. 55.

Ferrarii consilio emendatum à se illustratumqve in lucem emisit Patavii 1655. 4.

3. *Marcellus* Burdegalensis, Medicus ut vulgo audit (e) *Empiricus*, Theodosii Magni Archiater, cujus *librum Medicamentorum* ad filios suos scriptum primus in lucem protraxit Janus Cornarius una cum Aetio latine a se translato Basil. 1536. fol. Inter (f) Epistolas Marcelli libro præmissas illa qvæ Hippocratis ad Mæcenatem absurde inscribitur, rectius edita est Norib. 1587. sub nomine *Antonii Musæ*. Quæ Celsi nomine ibidem occurrit ad Cajum Julium Callistum, non Celsi est sed Scribonii Largi. Carmen qvod ad calcem libri extat, dixi supra p. 542. videri clausulam poematis *Sereni Sammonici* de Medicina, qvod jam porro in Stephani collectione cum *Rhemnii Fannii Palæmonis* carmine de ponderibus ac mensuris seqvitur, & de qvorum utroqve jam supra p. 541. & 680. a me dictum fuit.

4. *De Sexto Placito* qvem Lipsiæ qvoqve Anno 1654. 8. cum aliis qvibusdam Medicis scriptis edidit Andreas Rivinus, supra p. 527. in Apulejo mentionem fecimus.

II. MEDICI VETERES LATINI ab Henrico Stephano præteriti hi porro sunt:

1. *Pli-*

(e) Ipse Marcellus in præfatione ait se remedia collegisse etiam per rusticos ac plebejos homines experimentis comprobata. Porro de triplici genere Medicorum apud veteres, Dogmaticis sive Rationalibus, Empiricis & Methodicis, vide Celsum in præfat.

(f) Confer Labbei Bibl. nov. MSS. p. 215.

1. *Plinius Valerianus*, de qvo, uti de Hiſtoriæ Naturalis qvoqve Auctore ejusdem nominis dixi ſupra lib. 2. cap. 13. ſuo loco. Exſtat & in Aldina collectione Venet. 1547. fol.

2. *Soranus*, ſub cujus nomine *Iſagoge in artem medendi* ad Mecænatem (qvem capite V. alloqvitur) cum Plinio Valeriano aliisqve vulgata eſt ab Albano Torino, Baſil. 1528. fol. & inter alios Medicos veteres ab Aldo, 1547. f. Venetiis. Qvamvis vero Torinus non dubitat de Græco converſam eſſe, & qvamvis in Bibliotheca Lindenii Medica, Clarisſimiqve Mercklini Lindenio renovata ad Soranum Epheſium (g) Græcum Medicum audacter & ſine tergiverſatione refertur, latini tamen ſcriptoris eſſe, pluribus oſtendit Marſilius Cagnatus lib. 4. cap. 2. Variarum Obſervationum, cui Vosſius libro de Philoſophia pag. 98. & in latinæ lingvæ ori-

(g) Fallitur ibidem Lindenius, qvod Soranum Epheſium qvi ſub Trajano vixit, confundit cum juniore Sorano Epheſio, cujus extat de natura muliebri fragmentum cum Rufo Epheſio editum, & Vita Hippocratis, quæ Coi illius ſenis operibus præmitti ſolet. Senioris Sorani libri IV. qvibus corporalem & mortalem ſubſtantiam animæ humanæ tribuerat, memorantur Tertulliano libro de anima, ubi Soranum illum Methodicæ Medicinæ inſtructisſimum vocat. Soranum inter interpretes aphoriſmorum Hippocratis laudat auctor commentarii in eoſdem aphoriſmos, qvi latine ab Andernaco editus ambulat ſub nomine Oribaſii Medici Græci, & in limine qvædam habet, iisdem verbis obvia in pſeudo Sorani Iſagoge. Fuit & alius Q. Valerius Soranus, cujus Cicero in Bruto aliiqve meminerunt. Soranus augur ap. Ciceron. 1. de divinat. &c.

originibus pag. 209. 233. suffragatur. Idem lib. 3. de Historicis Græcis p. 415. observat falli Lonæum Boscium qvi Sorano Cilici tribuere illam Isagogen non dubitavit. Fortasse Cœlii Aureliani est, à cujus dictione non valde abhorret, & qvi in aliis qvoqve scriptis expressit majorem Ephesium Soranum. Confer de hac Isagoge Dan. Clericum V. C. parte 2. Hist. Medicæ capite 4. & qvæ de illa dixi in Centuria plagiariorum num. LV.

3. *Cœlius Aurelianus* Siccensis, cujus *celerum sive acutarum passionum libri tres* à Jo. Gvinterio Andernaco emendati, atqve primum editi Paris. sunt apud Simonem Colinæum 1533. 8. (h) Qvinto anno ante Joannes Sichardus ejusdem Cœlii *libros qvinqve tardarum sive Chronicarum passionum* seu morborum, à Theobaldo Fettichio Wormatiensi, Ludovici principis Palatini Medico acceptos, vulgavit Basil. 1529. fol. In Græcis constituendis & exponendis, qvæ in hoc scriptore plurima occurrunt, Sichardus adjutũ se esse testatur à Jano Cornario, cui plurimum sane hæ literæ debent. Utrumq; Cœlii opus ad fidem MSti emendatum & notis illustratum nomine suppresso, Lugduni (non Londini ut legitur apud Merklinum p. 135. & in pandectis Brandenburgicis) edidit Jacobus Dalechampius A. 1579. 8. Novam editionem ante plures annos promisit Nic. Blancardus in præfat. ad Aria-

(h) Apud Lindenium male legas, A. 1259. f. ut notatum doctissimo Almeloveenio. Idem mendum & alia insuper reperies in pandectis Brandenburgicis Hendreichii T. 1. p. 356.

rianum de Expedit. Alexandri. Pridem etiam eſt qvod Virum Excellentiſſ. Georgium Francum de Frankenau Potentisſimi Regis Daniæ Archiatrum in Cœlio illuſtrando, luculentisſimaqve ejus ſcriptoris editione concinnanda occupare accepimus. Thomas vero Bartholinus inter deperdita ſua memorat notas & emendationes in Cœlium Aurelianum p. 88. de Bibliothecæ ſuæ incendio. In libris Chronicarum pasſionum plura emendaverat illuſtraveratqve Thomas Reineſius lib. III. Var. Lect. c. 17. & 18. *L. Cœlius Arrianus* dicitur Adriano Junio Tom. 4. Lamp. Gruteri p. 457. & Valerio Chimentello p. 130. de honore biſellii. At Cœlium Aurelianum vocandum eſſe non dubitant pleriqve alii viri doctisſimi Reineſio p. 656. ſeq. laudati. Qvia Galeni nusqvam meminit, illo ſuperiorem fuiſſe ætate putabat Voſſius p. 98. libri de Philoſophia. Sed aliud videtur eidem Reineſio, qvi ſæculo qvinto vixiſſe arbitratur, cum lingvæ latinæ puritas Europæarum gentium idiotismis & Hunnorum Gothorumqve barbarie plane decoxiſſet. Stilo itaqve, ut ſæculum ferebat, & genius patriæ, qvæ Sicca Veneria Numidiæ in Africa non ignobile oppidum fuit, uſus eſt grandi, implexo, difficili, ad tavtologias uſqve luxuriante, irregulari, ſemiſoloeco nonunqvam, modo archaiſmis, modo peregrinis & novis à vulgo acceptis, Græcorum ubiqve affectator & interpres interdum infelicitate etiam ſua feſtivus. Scriptor alioqvi non

ineruditus, qvi Græcorum vetuſtisſimorum ut in ſectas abierant, doctrinas diligentisſime conqviſivit, digesſit, recenſuit & libere excusſit. Etſi enim Methodicorum ſectæ fuerit addictus, qvod inde conjicitur, qvia Themiſonis, Theſſali & Sorani (i), qvem principem identidem appellat & ſemper ſeqvitur, dogmata freqventer repetit & illuſtrat, laudatis eorum à nemine præterea memoratis libris, ſubinde tamen qvod majores ſui peccanter definiverant non erubuit vellicare. In Græcorum litteris non nimis profunde doctus. Celſi Pliniiqve non meminit utpote Latinorum, neqve Galeni inſenſi Methodicorum hoſtis, qvos Cœlius inprimis admirabatur. Scripſit præterea Græcarum Epiſtolarum librum ad Prætextatum, Adjutoriorum, Medicaminum, Muliebrium Pasſionum & de febribus libros, Reſponſionum, de Chirurgia, Salutarium præceptorum, problemata, aliaq; qvæ temporum injuria amiſimus.

4. *Theodorus Priſcianus* Archiater, ſecta itidem Methodicus, qvi libro de Phyſica ſcientia præceptorem laudat (k) Vindicianum, unde ſu[...]

Gra

(i) Hinc G. Jo. Voſſius IV. 86. de Idololatria ait Cœlii libros rectius dici Soranum à Cœlio latinitate donatum. Add Mercurialem lib. 1. c. 10. & 2. c. 12. Var. Lect. Qvod vero idem Voſſius putat Cœlium noſtrum laudari à Caſſiodoro c. 31. divin. lect. in eo fallitur. Nam pro *Cœlii Aurelii* apud Caſſiodorum legendum *Celſi Aurelii*, ut notavi ſupra è Reineſi pag. 656. Var. Lection.

(k) Vindicianus Pro COS. Africæ & ſub Valentiniano ſeniore comes Archiatrorum, qvem magnum ſuorum tempo

rum

Gratiano & Valentiniano II. floruisse colligitur. Ad hunc fortasse Theodorum est Epistola Synesii 115. Certe ab Alex. Tralliano Græco Medico allegatur lib. 1. c. 15. p. 79. liber Theodori secundus. Sed alius est p. 81. laudatus *Theodorus Moschion* (l) vel *Muscienus*. Laudat etiam Gariopontus, Simon Januensis & Matthæus Silvaticus. Exstant ejus *Evporiston* sive medicinæ præsentaneæ facileqve parabilis liber ad Timotheum fratrem. *Liber secundus Logicus* ad eundem Timotheum. Hos Olympii collegæ hortatu græce primum à se scriptos in fratris gratiam suo, hoc est latino, sermone digessit Theodorus, & in epitomen contraxit, ut ipse auctor est. *Liber tertius Gynæcion* (*) de morbis mulierum & eorum

um Medicum vocat Augustinus Epist. 5. Vide & libri 4. c. 3. ib. 7, c. 6. Confess. & Cod. Theodos. lib. X. tit. 19. leg. 9. de metall. & lib. XIII. tit. 3. leg. 12. de Medicis & Prof. Lincolninsem de cessatione legalium p. 143. Nic. Myrepsum c. 711. Barthium lib. 50. c. 6. Adversar. Tillemontium in Vita Augustini &c. Ejus Epistola ad Valentinianum præfigitur Marcelli libro de Medicamentis. Hujus sunt etiam qvi esse putant carmen qvod in calce libri ejusd. Marcelli legitur, qvod rectius à Rob. Constantino habetur pro peroratione poëmatis Sereni Sammonici, ut semel iterumqve dixi. Vindiciani excerpta de Apicio laudat Vossius p. 16. de vitiis sermonis. Alia Vindiciani Epistola ad Pentadium de qvatuor humoribus corporisqve partibus memoratur apud Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 215. e catalogo Bibl. Renati Moreau.

(l) De Moschione Medico & Prisciano Lydo dixi in Bibl. Græca. De illo qvidem libro sexto, & de Prisciano libro 3. cap. 9. §. 15.

(*) Hunc librum aliorum scriptis ejusdem argumenti à se collectis inseruit Israel Spachius, Argentor. 1597 fol. & Basil. 1586.

rum curatione ad Sabinam. *Liber qvartus experimentorum de Physica scientia* ad Eusebium filium. Hos qvatuor libros sub falso & per errorem nato nomine *Q. Octavii Horatiani* vulgavit Hermannus Comes de Nevenare Argentor. 1532. f. Cujus editionem præterea audacissimis depravationibus scatere notat Reinesius p. 643. Var. Lect. Emendatius eodem tempore & sub vero Theodori Prisciani nomine Basil. 1532. 4. edidit Sigismundus Gelenius, sed is librum qvartum prætermisit, qvem tamen ejusdem auctoris esse certo constat. In Medicis antiqvis ab Aldo A. 1547. fol. excusis non minus qvatuor Theodori libri, qvam Cœlii Aureliani de Chronicis passionibus occurrunt. Dictio paulo horridior est, modo archaismis, modo nove usurpatis contra latine scribentium usum, & non nihil fæcum atqve barbariei trahit vitio suæ ætatis, ut eidem Reinesio observatum est, qvi plura hujus Prisciani illustrat lib. III. c. XI. Var. Lect. Nusquam meminit Galeni, qvamvis eo longe junior, Hippocratem vero plus vice simplici laudavit.

5. Editus etiam est *Theodori* antiqvi Medici *Diæta* sive *de rebus salubribus liber*, Argent. 1544. fol. cum Trotula, Physica Hildegardis aliisqve scriptis ejus argumenti. Seorsim qvoqve cum notis Georgii Eberhardi Schreineri, Halis Sax. 1638.

1586. 4. De Sabina illa (pro qva editio Geleni Salvinam, Basileensis Salvianam, Nevenarii & Aldina Victoriam exhibent) vide Reinesium p. 509. seq. Var. Lect.

1638. 8. & ab Andrea Rivino cum aliis brevibus de re Medica ſcriptis, *Sereni Sammonici* de morborum curatione, *Marcelli Empirici* ſive *Vindiciani* de Medicina, & Epiſtola ad Valentinianum Imp. *Priſciani* ſive *Rhemnii Fannii* de ponderibus & menſuris, *Sexti Placiti* Philoſophi Platonici de Medicina ex animalibus, & *Conſtantini Africani* Medici & Monachi Casſinenſis de animalium virtutibus naturalibus Lipſ. 1654. 8. Et hanc qvoqve diætam cum Reineſio p. 510. Var. Lect. non dubitamus ad eundem Theodorum Priſcianum referre, qvia mirifica eſt cum reliqvis ejus monumentis affinitas verborum, locutionum & doctrinarum. Alius antiqvior Medicus ſed Græcus Theodori nomine Laërtio memoratur, idem fortaſſe, cujus meminit Aetius, libri 13. capite 46.

De Oribaſio hic non eſt dicendi locus, qvia Græce ſcripſit, etſi latinis ſcriptoribus perperam annumeratur à Symphoriano Campegio.

6. Sub *Trotulæ* nomine alii fœminam eruditam, alii complures Erotem (m) *Juliæ* libertum & Medicum latere putant, uti Adrianus Junius lib. VI. Animadverſ. cap. 1. Sed Doctorem Salernitanum fuiſſe notat Tho. Bartholinus diſſ. VI. de legendis libris p. 167. Exſtat ſub illo no-

 mine

(m) *Protem* perperam excuſum eſt in Mercklini Lindenio renovato p. 716. Erotis Medici mentio in veteri inſcriptione apud Gruterum p. ccc. 7. Illud nomen ſervile apud Romanos, ut docet Menagius in amænitatibus juris pag. 193. ſeq.

mine *liber de remediis muliebribus*, Argent. 1544. fol. & inter Medicos antiqvos ab Aldo editos, & inter Gynæciorum scriptores collectos ab Israele Spachio.

7. *Poema Hexametrum de virtutibus herbarum* qvod sub *Æmilii Macri* nomine ambulat, prodiitqve Venet. 1506. & Basil. 1530. per Jo. Atrocianum, tum 1540. ex Jo. Cornarii recensione, & 1559. per G. Pictorium Villinganum, 8. non est antiqvi illius Ovidio (n) & Isidoro laudati, sed longe junioris: cum non Plinii modo Valeriani, sed Galeni, & Oribasii, & II. 16. (c. 44.) Strabi Galli, qvi post Caroli M. tempora vixit, faciat mentionem. Si Gaudentio Merulæ credimus lib. 1. c. ult. antiqvitatum Galliæ cisalpinæ, lib. IV. memorabil. cap. 27. verum auctoris nomen est *Odobonus* sive *Odo* qvidam (o) Medicus. Qvæ præter illud carmen illustris Henricus Ranzovius, Hamburgi 1596. 8. sub Macri nomine edidit hoc titulo: *H. Ranzovii editio librorum Macri de virtutibus herbarum, de qvibusdam animalium partibus ac terræ speciebus, itemqve medicamentis totius corporis humani ex Bibliotheca sua Bredensi*

(n) Vide Tiraqvellum de nobilitate p. 293. Cornarium præf. ad Pseudo Macrum, Colomes. c. 6. κειμελίων litterariorum: Jac. Thomasium ad Plinii Epist. III. 5. & Tho. Crenium VII. animadvers. p. 112.

(o) Alius est Odo sive Otho Cremonensis, qvi versus centum qvindecim de electione meliorum simplicium ac specierum medicinalium scripsit rhythmo leonino. Liber Francofurti excusus est A. 1533. Colomes. notis ad Gyraldum de poetis p. 218.

densi (Bredenburg) *depromtorum*: partim *Sereni Sammonici* carmen *de medicamentis totius corporis humani*, (confer Schreinerum ad Theodori diætam pag. 74.) partim *Strabi Galli Hortulum* referunt. Videnda de hoc Pseudo-Macro Thomæ Bartholini dissertatio de Medicis Poëtis.

8. *Ejusd. farinæ* est qvod sub *Evacis* Arabum Regis nomine fertur *carmen de gemmis*, Lub. 1575. 8. edente eodem Henrico Ranzovio cum præf. Henrici Molleri Hamburgensis & Lips. 1585. 4. cum Epigrammatibus ejusdem Ranzovii aliorumqve de aula. Neqve enim illud auctorem habet *Evacem*, qvem Græce ad Neronem de effectibus simplicium scripsisse refert Plinius lib. 25. cap. 2. Sed *Marbodeum* (p) qvendam, qvi forsan aliqvid ejus argumenti ab Evace (q) græce scriptum habuit & latinis versibus expresſit. Sane Pictorius Villingensis, à qvo uti ab Alardo Amstelodamo qvoqve notis illustrati sunt, non dubitavit eos sub *Marbodei, Galli Cenomanensis* nomine edere, Friburgi 1531. Colon. 1539. 8. In aliis codicibus *Marbodeus* qvidem sed *Cambro Britannus* dicitur teste Reinesio p. 76. defensio-

 nis

(p) In glossis Isidoro tributis vocabulo *vascillum*, pro *Macrobis* nomine reponendum *Marbodei*.

(q) Sic enim liber incipit:

Evax Rex Arabum legitur scripsisse Neroni
Qvi post Augustum regnavit in urbe secundus,
Qvod species lapidum, qvæ nomina, qvive colores,
Qvæ sit iis regio, vel qvanta potentia cuiqve,
Hoc opus excipiens dignum componere duxi.

nis Variarum lectionum. Idem ait ejus cognomen fuisse *Evanx*, unde factum, ut Evacis se finxerit interpretem. Janus Cornarius auctor est, in qvibusdam exemplaribus dici *Merboldum Episcopum.* Si idem itaqve est cum Marbodeo Gallo præsule Rhedonensi, de qvo Vossius pag. 72. de Poëtis latinis, vixit temporibus Henrici III. Imp. medio sæculo post CHristum natum undecimo. Vide etiam If. Pontani notas ad Macrobium, editionis secundæ, pag. 746. & Barthium ad Claudianum pag. 704. 1035.

9. De Apulejo, & Antonio Musa supra dixi lib. 2.

10. *Gariopontus* scriptor Christianus sæculo XII. post natum CHristum, ex Galeno, Theodoro Prisciano aliisqve utcunqve constipavit *passionarium* sive remediorum ad totius corporis morbos *libros V. libros II. de febribus, & de earum symptomatis unum,* Lugd. 1526. 4. Basil. 1531. 4. 1536. 8. Vide Reinesium lib. 3. c. 12. Var. Lect. ubi etiam *duos libros Dynamidiarum* sive experimentorum sub Galeni nomine vulgatos Garioponti esse ostendit.

11. *Matthæus Sylvaticus* Mantuanus, sæculo post CHristum natum XIV. ingens opus *pandectarum Medicinæ* lexici instar Latinis, Græcis, Arabicis verbis explanandis ex variis auctoribus alphabetica serie digessit. Excusum Venet. 1498. fol. & deinde sæpius, sed verba pleraqve Arabica præsertim, ita depravata exhibens, ut vel peritissi-

ritisſimis ejus lingvæ raro liceat, qvid res ſit hariolari. Confer de hoc opere Cangium in Prolegomenis ad gloſſarium mediæ latinitatis.

12. Simile opus ante Silvaticum compoſuerat *Simon Januenſis*, qvod inſcribitur *Clavis ſanitatis*, Venet. 1510. fol. auctor vixit Romæ in Nicolai IV. Pontificis aula circa A. 1273.

13. *Schola Salernitana*, ſive verſus leonini de conſervanda valetudine, circa annum CHriſti 1099: (r) auctore *Joanne de Mediolano* ſcripti & illius Scholæ nomine miſſi ad Robertum Gvilelmi Noti Normanniæ ducis filium, Regni Angliæ heredem, jam reducem è bello ſacro, cum is Salernitanam Academiam illo tempore celebratisſimam (Vide Conringium de Antiqvitatt. Academicis diſſ. 3. & Renati Morelli prolegomena ad hoc carmen c. 2.) de vulnere qvod inter obſidionem Hieroſolymitanam in brachio dextro acceptum in fiſtulam degeneraverat, conſuluiſſet. Jo. Georgius Schenkius in Bibliotheca Medica ait olim auctius hoc carmen exſtitiſſe verſuum nempe 1239. cum nunc tantum in editis plerumqve ſint verſus 373. etſi in qvibusdam Codicibus 664. in aliis 1096. reperiuntur. In Clarisſimi Wagenſeilii Exercitationibus Varii argumenti p. 77. mentio occurrit libri *Hebraici* ejusdem argumenti,

 &

(r) A. Pagi in Critica Baroniana ad A. C. 1087. n. 13. notat ſcriptum eſſe hoc carmen A. C. 1066. ad Eduardum Angliæ Regem.

& cujus auctor plurima præcepta ex Schola Salernitana est mutuatus. Scholam Medicinalem *Persicam* Salernitanæ conformen penes se exstare MStam testatus est vir Orientalium litterarum dum viveret callentissimus Andreas Acoluthus, Theologus Uratislaviensis in specimine Alcorani qvadrilingvis pag. 13. Etiam libri qvinqve carmine latino Hexametro de universa Medicina compositi ante annos 300. vel 400. nescio qvo auctore MSS. memorantur à Labbeo p. 66. Bibl. nov. MSS. incipit opus:

Principio rerum, cum conditor Orbis adiret
Humani generis primos plasmare parentes.

Desinit in hunc versum:

Omnibus ergo vale dicens in pace recede.

Editionem præstantissimam Scholæ Salernitanæ debemus Renato Morello, qvi cum Arnaldi Villanovani, Jàcobi Crellii, Jo. Curionis, Constansonii & sui ipsius insignibus commentariis illam edidit Paris. 1625. 8. Hic p. 379. observat nonnullos versus è Macro desumsisse Salernitanos, cujus exemplum & scribendi characterem imitatos fuisse in hoc opere elaborando suspicatur. Nominatenus in versibus illis allegari videas Asclepium, Hippocratem, Plinium & Galenum.

12. *Joannes Ægidius* Atheniensis ex Medico Monachus Corbejensis vel Corboliensis Ord. S. Benedicti, sæculo post natum CHristum duodeci-

decimo (s). Vide Barthium ad Britonem p. 755. Reinesium Var. Lect. p. 688. Daumium Epist. ad Reines. p. 267. Gyraldum dialogo V. de Poetis &c. Exstant ejus opuscula duo metrica versu hexametro, unum *de* (t) *urinis*, alterum *de pulsibus*, cum commentariis Gentilis de Fulgineo, Venet. 1494. Lugd. 1505. Basil. 1529. 8. In antiqvis membranis variæ aliorum glossæ in hos libellos reperiuntur, qvorum magna fuit superioribus sæculis auctoritas. Vide B. Joachimi Felleri Catalogum MStorum Bibl. Paulinæ Lipsiensis p. 255. 256. 261. 262. 263. 264. 270. 278. 280. 281. Scripsit etiam hic Ægidius *de Antidotis*, qvod in qvibusdam Bibliothecis MStum occurrit, aliaqve plura, qvæ perierunt. E prologo *poëmatis* ejus *de compositione Medicamentorum* qvatuor hexametros affert Gabriel Naudæus Quæstione Jatrophilosophica 3. p. 94.

13. *Valesci de Taranta* Monspeliensis, qvi Sæculo XIV. exeunte & sub initium proximi floruit (Archiater, ut ferunt, Regis Gallorum Caroli VI.) *Philonium Pharmaceuticum & Chirurgicum* de medendis omnibus internis & externis humani corporis affectibus, prodiit primum Venetiis Anno 1521. novissime recensente præstantissimo Jenensium Æsculapio Georgio Wolffgangio Wedelio Francof. 1680. 4.

(s) In pandectis Brandenburg. male traditur vixisse circa A. C. 700.

(t) In Hofmanni Lexico Universali T. 1. p. 41. perperam excusum est *de venenis*.

CA-

CAPUT XIII.

De Scriptis qvibusdam ſuppoſitis à Curtio Inghiramo, Alfonſo Cicarello, Hieron. Romano de la Higvera, Antonio Lupiano de Zapata, Chriſtophoro Butkenio &c.

I. Qvemadmodum inter numos, ſic inter ſcripta qvoqve, ſacra, profana, antiqva & recentia occurrunt ſubinde adulterina qvædam & commatis ſubdititii, qvæ à veris ac genuinis diſcerni operæ pretium eſt. Cum vero numos falſos producere ſola fere doceat avaritia, è contrario ut libri pſeudepigraphi magnis & venerandæ Antiqvitatis nominibus ſupponantur, alios eadem (*) habendi libido, alios ambitio, alios deniqve præpoſterum qvoddam genus voluptatis aut malitiæ ducit & ſollicitat. Nihil facilius fuerit qvam ſingula hæc non illuſtribus duntaxat ſed plurimis qvoqve omnis generis comprobare exemplis: At ſufficiet nobis hoc loco paucorum qvorundam latinorum monumentorum mentionem facere, qvæ ex falſariis nuperorum ſcriptorum manibus in lucem emiſſa vel ab iis jactata, ſummam antiqvitatem & antiqvisſimorum auctorum nomina præ ſe auctoritatemqve ferunt.

II. Va-

(*) Vide Rich. Bentleii V. C. diſſ. de Epiſtolis Phalaridis pag. 8.

II. Varias ejusmodi imposturas passim supra loco suo obiter perstrinximus, sed singillatim jam commemorandi quinqve vel sex insignes præ cæteris fraudum architecti, Curtius Inghiramus, Alfonsus Cicarellus, Joannes Annius Viterbiensis: Romanus de la Higvera, Antonius Lupianus de Zapata, Catalaunus & Christophorus Butkenius.

III. *CURTIUS INGHIRAMUS* editor & fortasse Auctor *Antiqvitatum Hetruscarum* sive fragmentorum, quæ Scornelli prope Vulterram sive Volaterram reperisse se affirmavit & luculentissimo habitu vulgavit Florentiæ 1636. fol. recusa Francof. 1637. fol. In his vetusti Historici laudantur Lidous Felsinius, Lampridius Senensis, Antius Gredonius, Ennius Dandolius, Elbius Vulterranus, Mutius Moriconius, Lucius Volumnius, Amuccius Volusius, Alcus Filaccus, Policrates, Licinius Arretinus, Aulus Qvintilius, Mæcenas Cæcina, Elbius Maccius, Aruntius Petronius, Cranius Maffus, Titus Aulicus, Allus Moriconius, Aulus Flaccus, Lucius Arcianius, Lucius Velius, Ancus Cæcina, Alcus Dorius, Inus Pavius, Herculanus Maurus, Prosper Archius & qvi auctor hujus operis & Syllanis ac Ciceronis temporibus (*) floruisse fingitur *Prosper Fesulanus* Augur. Sed mera hæc nominum commenta vel portenta sunt, nugæqve canoræ inservituræ ad majorem antiqvitatem

(*) Scripsisse pleraqve fingitur Prosper iste anno post Catilinam exstinctum, U. C. 692.

tem auctoritatemqve Volaterranæ genti apud credulum vulgus comparandam; neqve tamen ad occultandam fraudem suam satis ingeniosus fuit Inghiramus, cum ad illam deprehendendam nulla non pagina libri, ne dicam versus sufficiat, ut ex vero scripsit Mericus Casaubonus libro de usu ac consvetudine, & præfat. ad Græcolatinam suam Marci Antonini editionem. Vide etiam Joannis Oweni Theologumena p. 157. Facile profecto fuit viris doctissimis Leoni Allatio & Henrico Ernstio imposturam hanc manifestam facere. Et Allatius qvidem, cujus animadversiones eruditæ ad Antiqvitatum Hetruscarum fragmenta prodiere Parisiis 1640. 4 & Romæ 1648. 4. copiose insuper ostendit falli eos, qvi Gvilelmum Postellum vel Thomam Phædrum (**) pro auctore habuerunt, cum sit ipse qvi illa edidit & pro tam antiqvis venditavit Inghiramus. Vide p. 168. seqq. Henrici Ernstii observationes ad eadem fragmenta nomine ejus suppresso ptodierunt Amstelodami 1639. 12. Sane Ernstius (***) illas postea inter scripta sua recensere non dubitavit, & in libello ipso auctor plus simplici vice innuit se Danum, Ernstio etiam tribuit Labbeus in antiqvariæ supellectilis mantissa, ut falli

(**) De hoc Phædro consule Lexicon Historico Crit. clarissimi Bælii, edit. 2.

(***) Ridet etiam idem Ernstius Bernardini Baldi divinationem in tabulam æneam qvæ Eugubii in Umbria reperta ferebatur lingva veteri Hetrusca. Augustæ Vindel. 1613. 4.

falli videatur Joannes Rhodius, qvi in catalogo auctorum ſuppoſitorum p. 29. eundem adſcribit Paganino Gaudentio. Rhodium tamen ſeqvuntur viri clarisſimi Morhofius, p. 79. Polyhiſtoris, & Jo. Mollerus in Hypomnematis ad Albertum Bartholinum de Danorum ſcriptis p. 240.

IV. *ALFONSUS CICCARELLUS* celebris Sæculo XVI. falſarius, totus qvaſi ex fraude & mendacio factus, qvi per plures annos variis ementitis MStis, Antiqvitatibus, Actis, libris, iisqve ad omne argumentum confictis univerſæ propemodum Italiæ impoſuit, donec juſſu Gregorii XIII. deprehenſus, in carcerem conjectus, ſupplicioqve gravisſimo affectus pœnas fallacium ſuarum præſtigiarum dedit uberrimas & verisſimas. Prolixe de hoc Ciccarello idem Allatius libro laudato p. 74. ſeq cujus verba repetit B. Spizelius in infelice literato p. 426. ſeqq. ut Gvilelmum Saldenum de libris pag. 150. 169. ſeq. aliosqve omittam. De ſimili impoſtore *Ragvenello* vide ſi placet Lud. Morerii Lexicon in *Ragveneau*.

V. *JOHANNES ANNIUS* Viterbienſis medio Sæculo XV. clarus, Monachus Ordinis S. Dominici, plurimos fefellit fucatis qvæ edidit ſcriptis & monumentis ſub nominibus auctorum ſummæ antiqvitatis, qvalia ſunt ut Græcos jam mittam Beroſum, Manethonem, Xenophontem, Myrſilum Lesbium, Archilo-

hum

cham, Metafthenem (*) & Philonem, *M. Catonis duodevinti fragmenta ex libris Originum. C. Sempronius de divifione & Chorographia Italiæ. Grimoaldi Volturnæ five Hetruriæ præfecti, excerpta decreti, Rege Defiderio ad eum fcripti. Q. Fabius Pictor de aureo fæculo, de origine urbis Romæ, ejusqve defcriptione. Cl. Marii Aretii* Viri Patricii Syracufani de fitu Siciliæ, & Dialogus in qvo Hifpania defcribitur. Utor editione Lugdunenfi Anno 1555. 12. cum Annii commentariis, five libris XVII. Antiqvitatum, præterqvam aliæ plures extant. Prima eft Romana A. 1498. fol. apud Eucharium Silber, repetita eod. anno Venetiis apud Bernardinum Venetum fol. hinc Parif. 1512. 1515. fol. Antwerpiæ 1545. 1552. 8. & Witteb. 1612. 8. Sed in editione Veneta, Bafileenfi, Commeliniana, Onufriana & Dionyfii Godofredi, Anniani commentarii defiderantur.

Pro genuinis habuere præter eos qvorum Vosfius pag. 609. de hiftoricis latinis meminit, Bernardinus Baldus in divinatione ad tabulam Eugubinam, Gvilelmus Poftellus libro de Hetruriæ Origine, qvi ex Armenia allata & à Georgio qvodam vice muneris Annio oblata narrat, Albertus Cranzius, Carolus Sigonius, Didymus Ropaligerus Livianus in libro qvi infcribitur: Gothi illuftrati, o vero iftoria de i Go-

(*) Metafthenem vocat Annius, cujus verum nomen Megafthenes. De Annio ipfo qvi χρονοληρολόγων Apollo dicitur Scaligero libro VI. de emendat. temporum, adi eundem Bælium in Lexico, fub nomine *Nannii*.

Gothi antichi. Veronæ 1678. fol. & multi alii, in his Dionysius Godofredus, qvem eo nomine ἀκρισίας postnlat Christoh. Adam. Rupertus in Epistolis G. Richteri p. 795. seq.

Genuina quædam antiqvorum auctorum fragmenta habuisse Annium, sed iis varia addita esse vel ab Annio ipso vel ab alio ante eum, Reinesii opinio est Epistola ad Clauserum præmissa iis qvas ad Joh. Vorstium scripsit. Qvæ vero à viro illo doctissimo afferuntur, nihil impediunt qvo minus ex iisdem auctoribus ex quibus antiqua illa fragmenta esse Reinesius ostendere conatur, eadem Annius ingeniose confinxerit, & qvo minus fraus patesceret, nomina paulisper detorserit. Ante Reinesium idem propemodum de Annianis mercibus visum fuit Davidi Chytræo & aliis qvorum meminit B Morhofius p. 50. lib. 1. Polyhist. Adde Barthium ad Gallum Confessorem p. 62. seq & Andream Borrichium in appendice ad Christoph. Cellarii curas posteriores p. 106.

Alii Annium saltem à fraude immunem fuisse contendunt, etsi de monumentis ipsis qvæ publicavit an genuina sint valde dubitent, ut Tho. Mazza in Apologia pro Annio Italice edita Veronæ 1673. 4. & Franciscus Macedo aliiqve de qvibus Bælii Lexicon in *Nannius*, nota C. *Doli expertem malo existimare, cum religiosum institutum Prædicatorum sit professus*, inqvit Th. Raynaudus de bonis & malis libris p. 164. At idem

deinde Dominicanis infeſtior & ſub nomine Petri à Valle clauſa latens, in libro de immunitate Cyriacorum à cenſuris, non dubitat Annium impoſturæ manifeſtariæ arguere.

Receptior certe inter eruditos ſententia eſt, univerſa illa merum eſſe Annii ſive alterius ingenii commentum, de qva re viri clariſſimi Voſſius in Hiſtoricis, Martinus Hankius de Romanar. rerum ſcriptoribus, Conradus Sam. Schurtzfleiſchius Epiſtola DLXXVI. & Vincentius Placcius ad Jo. Rhodii catalogum videri poſſunt. Inprimis celebrata eſt Caſparis Varrerii de Beroſo Anniano cenſura, latine auctior edita Romæ, cum prius Luſitanice ab auctore ſcripta eſſet. Deinde è Luſitanico latine etiam vertit Andreas Schottus, qva accurate oſtenſum eſt ea qvæ pro Beroſianis ab Annio venditata ſunt, neqve Græce primitus ſed latine ſcripta eſſe, neqve ob nexum qvæ ſingula inter ſe habent, pro fragmentis haberi poſſe. Idem Varrerius ſimilem cenſuram in Catonis fragmenta pollicitus eſt, Viroſqve doctiſſimos ſecum facientes laudat M. Antonium Sabellicum, Raphaelem Volaterranum, Jacobum Fabrum Stapulenſem & Beatum Rhenanum, qvi de reliqvis à Monacho illo Viterbienſi ſub antiqviſſimorum auctorum nomine editis idem judicium tulerunt. Eorum numero facillimum eſſet Bilibaldum Pirkaimerum * Epiſtola ad Electorem Saxoniæ Fridericum Sapientem

datc

* Vide Tentzelii Bibliothec. Curioſ. T. 1. p. 499.

dato A. 1514. Melchiorem Canum lib. XI. locor. Theolog. c. 6. If. Casaubonum ad procemium Laërtii, aliosqve infinitos adjicere, nisi in hoc pæne consentire viderentur omnes. Quod vero Annius potius ipse qvam alius ante eum fraudis tantæ architectus à plerisqve habeatur, mirum non est, cum aliunde etiam constet de ingenio ejus composito ad literarias ejusmodi imposturas excogitandas, credulisqve obtrudendas. Decantatissimum sane est qvod ex Latini Latinii fide de Annio retulit Vir doctiss. Antonius Augustinus dialogo X. de numismatis, qvo plures ejusmodi fraudes in numis & inscriptionibus antiqvis per varios commissas detegit: *Mihi Latinus Latinius Viterbiensis vir doctus bonæqve fidei de Johanne Annio Viterbiense Monacho narrare jucunde solebat, lapidi insculpendas (**) curasse litteras, qvem vineæ infodi jusserat non procul a Viterbio. Cumq; fodienda esset vinea, ad lapidem usqve ut fodiendo pervenirent jussit, narrans in libris se reperisse, templum ibi orbis terrarum antiqvissimum latere. Terra jam effossa, primus qvi lapidem invenit vinitor accurrit, paulatim detegi sarcophagum imperat. Hic stupens lapidis antiqvitatem & literas à se confictas admiratus, ad Urbis senatores lætus confugit, & civitatis honori fore persuadet, in amplissimo publice spectari loco. Viterbii enim urbis originem contineri, qvæ bis mille annis Romana esset urbe à Romulo condita longe*

(**) Jac. Sponius lib. I. Itinerarii p. 13. edit. Germanicæ. Alii tamen universum hoc confictum esse arbitrantur, ut Bælio annotatum.

longe antiqvior, utpote ab Iside & Osiride conditæ. Fabulas hic suas, qvibus abundabat, venditavit, factumqve ut ille jusserat. Geminus fucus *Parisii de Grassis*, Epitaphium mulæ comminiscentis, de qvo meminit Jo. Mabillonius T. 1. Itineris Italici p. 176. Nec dissimile est qvod de *Henrico Cajado* narrat Varrerius atqve ex ejus censura de Beroso hoc loco non gravabor subjicere: *Florebat Ulyssipone, illa tempestate, qva inclytus Portugalliæ Rex Emanuel Indiam subegit, in poetica laude Henricus Cajadus, homo Lusitanus Angeli Politiani qvondam auditor & discipulus, cujus est Epigrammatum libellus. Is latinis carminibus commentus fuerat Sibyllinam vaticinationem in columnis marmoreis incisam, qvæ per ambages significabat, Indos sub imperium & ditionem Lusitanorum esse venturos, eoqve lapides data opera detruncatos, ut aliqva inessent antiqvitatis vestigia, obrui præcepit in extremitate promontorii Artabri prope Syntram opidum. Ubi vero defossa marmora aliqvod vitium fecisse ex humore terreno judicavit, ad certam diem simulata delectationis causa, invitat amicos in villam suam, qvæ proxima erat loco ubi obrutum latebat vaticinium. Cum igitur accubuissent omnes, ecce villicus nunciat Henrico, mercenarias ejus operas dum in fundo fossionibus incumberent, incidisse in lapides, in qvibus inscriptæ essent literæ indices magni cujusdam thesauri eodem loco defossi, sic enim rustici opinabantur. Nec mora, omnes simul, alacritate ingenti, relictis epulis accurrunt, defossas intuentur columnas confestimq; extrahi jubent. In qvibus incisa hujusmodi erant carmina* Sibyllina:* Si-

* Ejusdem fidei videtur Sibyllæ Tiburtinæ testimonium qvo-

Sibyllæ Vaticinium, occidiis decretum.
Volventur ſaxa literis & ordine rectis.
Cum videas Occidens Orientis opes.
Ganges Indus Tagus erit mirabile viſu,
Merces commutabit ſuas uterqve ſibi.

SOLI ÆTERNO AC LUNÆ
Decretum.

Tum vero omnes pro ſe qviſqve legere, admirari, verſus illos fatidicos venerari, manu tangere, exoſculari. Qvid multa? continuo Ulyſſiponem ad Regem jam antea Sibyllini commenti conſcium perferuntur, qui mirabundo ſimilis optimatibus oſtendere, illi deſcribendum curare, in ſcriniisqve veluti ſacrum qvoddam reponere. Cum vero res percrebuiſſet, atqve in ore & ſermone omnium eſſet, ad peregrinos mercatores qvi Ulyſſipone negotiabantur delata eſt. Ii continuo Vaticinium in Galliam & Germaniam ad viros principes mittunt. Illi vero ſtatim ac diligenter cum hac præfatione qvadam cujusdam Valentini Moravi typis excudendum tradunt:

Valentinus Moravus D. Hieronymo Monetario Nuribergenſi.

Anno â nativitate Domini M. D. V. nona "vero die Auguſti, regnante Emanuele Rege "excellentiſſimo Portugalliæ, regni autem "

qvod in Helvetia in Tauri montis viſceribus aqvarum & nimium rapida vi detectis, A. 1520. repertum eſſe dicitur, & profertur â Tychone Braheo in Judicio Aſtrologico de ſtella nova A. 1572. viſa, atqve inde à D. J. Wilhelmo Peterſenio in nube teſtium de regno Chriſti lib. 3. p. 50.

"ejus sui anno XIII. in ultimis suæ ulterioris Hi-
"spaniæ finibus, versus solis occasum, in calce
"Lunæ promontorii, qvod Rocham de Syntra
"vulgus appellat, secus maris Oceani littus tres
"sub terra ex insperato compertæ fuerunt ex
"saxo columnæ qvadrata forma, priscis tempo-
"ribus, characteribus Romanis una tantum
"qvadra incisis, qvarum basis recta, ordine im-
"mutato, paululum in caput erigebatur. Ca-
"put vero proprium ex industria (ut appare-
"bat) defixum suspeximus, evulsisqve ferro
"& arte defossis lapidibus, qvibus præfatæ
"mirandæ columnæ subtus alligabantur, tan-
"dem in earum una jam directe conversa, has
"figuras liqvido annotavimus. Nam aliarum
"literas in lucidum explicare, non satis nobis
"fuit integrum, qvia temporum vetustate ac
"maris imbribus & afflatu erant pæne con-
"sumtæ.

Hæc ille. Ita Sibyllina fabula vires acqvirit eundo, ac tandem per totum terrarum orbem divulgata fides ei ubiqve & auctoritas adjungitur, hodieqve typis excusa circumfertur in fronte Codicis, cui titulus est: Inscriptiones Antiqvæ.

VI. De *Hieronymo Romano de la Higuera*, qvi ad Hispanorum suorum antiqvitatem efferendam Chronica sub Dextri, Maximi, Luitprandi, Helenæ & Juliani Toletani nominibus confinxit, videndus Josephus Saënz de Agvirre Tom. 2. Concil. Hispan. p. 54. seq. & Nic. Antonius Biblioth. veteri Hispana. Iidem consulendi de simili

ſimilis architecto fraudis *Antonio Lupiano de Zapata* qvi Chronicon ſub nomine Hauberti Hiſpalenſis commentus eſt, perinde ut eodem Nic. Antonio notante *Jo. Tarnajus* carmen de adventu Jacobi Apoſtoli in Hiſpaniam ſub Auli Itali nomine, ſeculo duodecimo clari, effinxit, *Chriſtophorum* qvoqve *Butkenium* inſignem impoſtorem diplomata comminiſcentem notat Petrus Scriverius in Epiſtolis ab Antonio Matthæo T. 1. Analect. editis. Omitto alios de qvibus Clariſſ. Burchard Gothelf Struvius in diſſ. de doctis impoſtoribus.

CAPUT XIV.

Notitia celebrium ante noſtram ætatem typographorum, ex Cl. Almeloveenio de Stephanorum vitis, & Bailleti libro qvi inſcribitur: *Jugemens des principaux Imprimeurs*, A. Chevillierii libro de origine typographiæ Pariſienſis, & Burchardi Gothelf Struvii introductione ad Hiſt. litterar. capite XI. collecta, Alphabeticoqve ordine digeſta.

Jo. Amerbachius, Baſileæ circa A. 1500.
Thomas Anſelmus Badenſis. Hagenoæ.

Arnoldus Pannarz, Germanus, qvi cum Conrado Sweinsheim & Ulrico Han primus typographiam in urbem Romam attulit.

Jodocus Badius Ascensius, Parisiis, (obiit 1535.) Tres Badii filiæ nupserunt tribus typographis celebribus, Mich. Vascosano, Rob. Stephano & Johanni de Roigny.

Andreas Asulanus Aldi socer, Venetiis.

Conradus Badius, Genevæ.

* Libri impressi *Augustæ Vindel. ad insigne pinus.*

Dominus Basanus Venetus, Romæ sub Sixto V.

Joannes Bebelius, Basileæ.

Balthasar Bellerus, Antvverpiæ, (obiit 1595.)

Jo. Bemler Augustæ Vindel. circa A. 1466.

Lud. Billènius, Parisiis, (obiit 1681.)

* *Guilelmus Blaew*, Amstelodami, (obiit 1628.)

* *Daniel Bombergius* Antwerpiensis, Venetiis ab A. 1511. in excudendis libris Hebraicis singularem operam præstitit. De typographiis Judæorum consules Bartoloccium T. 1. Bibl. Hebraicæ p. 432. seq & A. Chevillerium de origine typographiæ Paris. p. 264. seq.

Nicolaus Brylingius, Basileæ.

Garwinus Calenus, Coloniæ.

Jo.

Jo. Camusatus, Parisʃ. typographus Academiæ Gall.

Wolphius Cephaleus, Argentorati.

Maternus Cholinus, Coloniæ.

Jac. Chouet, Genevæ.

* *Simon Colineus*, Rob. Stephani ʃenioris vitricus. Pariʃiis.

* *Hieronymus Commelinus* Gallus, Heidelbergæ, (obiit 1597.) Ejusdem ʃunt libri editi ex officina *San-Andreana.*

Christoph. Corvinus, Herbornæ.

Laurentius Joannes Costerus inter primos typographos, Harlemi. Vide de eo Bullartii Academiam ʃcientiar. T. 2. p. 252. ʃeq.

* *Sebastianus Cramoiʃy*, Pariʃiis, typographus Regius.

Gabriel Cramoiʃy, *Sebast. Mabre Cramoiʃy* &c. ibid.

Andreas Cratander, Baʃileæ.

Jo. Criʃpinus, Genevæ.

Conradus Denckmuth, Ulmæ circa A. 1475.

Stephanus Doletus, Lugduni, (combuʃtus Pariʃ. 1545.)

Bonaventura Elzevirius, } Amʃtelodami & Lugd. Bat.
Abraham Elzevirius. }
Lud. Elzevirius. }

* *Daniel Elzevirius*, obiit A. 1680.

Endteri, Noriberpæ.
Nicolaus Episcopius, Jo. Frobenii gener, Basileæ, (obiit 1564. filium cognominem morte in flore ætatis occupante.)
Conradus Finer, Eslingæ circa A. 1475.
Frelonius, Lugduni.
Andreas Frisius, Amstelodami, (obiit 1681.)
* *Jo. Frobenius*, Basileæ, (obiit 1527.)
Hieron. Frobenius, Joannis F. ibidem, (obiit Anno 1563.)
Ambrosius & *Aurelius Frobenius*, Joannis filii.
Christophorus Froschoverus, Tiguri.
Joannes Faust civis Moguntinus inter primos artis typographiæ inventores cum genero *Petro Scheffero* de Gerensheim & *Jo. Guttenbergero* Argentinensi, ministro suo, de qvibus Melchior Adamus in Fausti vita.
Hubertus Golzius, Brugis. (obiit 1583.)
Sebastianus Gryphius Germanus, Lugduni, (obiit 1556.) Catalogos librorum à Seb. Gryphio, Aldo Manutio, Christiano Wechelo, Joanne Hervagio & Joanne Gymnico excusorum Gesnerus Pandectis suis inseruit p. 107. b. 117. 165. 181. & 237.
Antonius Gryphius, ibid.
Joannes Gryphius, Venetiis circa A. 1557.
Bernardus Gvalterus, Coloniæ.
Jo. Guttenberg, primus vel inter primos typographiæ auctores Moguntiæ, de eo vide If. Bullartii Academiam scientiar. T. 2. p. 242. seq.

Jo.

Jo. Gymnicus, Coloniæ.

Daniel Hackius, Lugd. Bat.

Franciscus Hackius, Lugd. Bat.

Hamso Hamman cognomento *Herzog*, qvi cum *Octaviano Scoto* typographiam primus ad Venetos attulit.

Petrus Henningus, Coloniæ.

Jo. Hervagius, Basileæ.

Antonius Hierat. Coloniæ.

Gotfridus Hittorpius, Coloniæ.

Nic. Jenson sive *Jansonius* Gallus, Venetiis circa An. 1477.

Jo. Jansonius, Amstelodami.

Jodocus Jansonius, ibid.

Mich. Isingrinius, Basileæ obiit 1557.

* *Philippus Junta.* Florentiæ.

* *Bernardus Junta*, Venetiis.

Martinus Juvenis, Parisiis.

Nicolaus Kesler, Basil circa A. 1490.

Jo. Kinchius. Coloniæ.

Antonius Koburger, Norimbergæ circa A. 1490.

Joh. Maire. Lugduni Bat.

* *Aldus Pius Manutius* Romanus. Venetiis. (obiit A. 1516.) Ejus Symbolum Delphinus ancoram amplectens explicatur ab Erasmo in adagio *festina lente*.

PAU-

Paulus Manutius Aldi F. Venetiis. (obiit 1574.) Romam vocatus a Pio IV. De hoc Paulo confer Bullartii Academiam ſcientiar. T. 2. pag. 260. ſeq. & de Aldo Chevillierium pag. 234. ſeq. de origine typographiæ Pariſ.

Aldus Manutius Pauli F. Venetiis & deniqve Romæ. (obiit 1597.) Sub Sixto IV. Romam ſe contulit, typographiæ Vaticanæ ſub Clemente VIII. Rector.

Henricus Memmius, Pariſiis.

Simon de Milanges. Burdegalæ.

Gvil. Morellus. Pariſiis (obiit 1564.) typographus Regius & Gr. L. Profeſſor.

Joh. & Claudius Morellus, Gvilelmi fratres. ibidem.

* *Federicus Morellus* Vaſcoſani gener, pater Friderici Profeſſoris Regii, ibidem Typographus Regius.

Ægidius Morellus ibid.

* *Joh. Moretus*, Plantini gener. Antwerpiæ & Lugduni Bat. (obiit 1610.)

Balthaſar Moretus, *Joannis F.* ibidem.(obiit 1641.) De eo Bullartius T. 2. Academiæ ſcientiar. p. 263.

Arnoldus Mylius Luxenburgenſis, Antvverpiæ primum, poſt Coloniæ verſatus, obiit A. 1600. Vide Val. Andreæ Bibl. Belgicam p. 163.

Her-

Hermannus Mylius, Coloniæ.
Sebaſtianus Nivellus, Pariſiis.
Nutius. Antwerpiæ.
* *Joannes Oporinus*. Baſileæ. (obiit 1568.) Profeſſor Gr. L. De ejus vita extat oratio Jo. Henrici Heinzelii, Auguſtani, ſive potius Andreæ Jociſci, Sileſii, una cum Catalogo librorum ab Oporino excuſorum. Argentorat. ap. Theodoſium Richelium 1569. 8. Recuſa eſt in vitis ſelectis è Bibliotheca V. C. Chriſtiani Gryphii τȣ̃ μακαρίτȣ editis Uratislaviæ 1711. 8. pag. 601. ſeq.
Rich. Pafræd ſive Pafrœd, Colonienſis, Daventriæ circa A. C. 1477.
Zacharias Palthenius, Francofurti.
* *Mamertus Patiſſonius*, Rob. Stephani filii ſocius cujus poſtea typographiam accepit, Pariſiis, obiit 1601.
Philippus Patiſſonius, Mamerti filius.
Petrus Perna, Baſileæ.
Henricus Petri, Joannis A. 1511. denati filius, Baſileæ, obiit 1579. relicto filio Sebaſtiano.
Adamus Petri, ibid.
* *Chriſtophorus Plantinus*, Turonenſis. Antwerpiæ & Lugduni Batavorum. (obiit 1589.) De eo Bullartus T. 2. Academiæ ſcientiar. pag. 257. ſeq.
Tho. Platterus, Baſileæ.
Petrus Qventel. Coloniæ circa A. 1490.

* *Fran-*

**Franciscus Raphelengius*, Plantini gener, Lugduni Bat. (obiit 1597.)

Lud. Regius, Basileæ.

Rutgerus Rescius, Lovanii. (obiit 1545.)

Alexis Rodekius, Cracoviæ & Racoviæ.

Gvil. Rovillius. Lugduni.

Sixtus Rusiger Argentoratensis, qvi primus libros impressit Neapoli.

* Libri impressi in *Theatro Sheldoniano* Oxonii.

Jacobus Sanlucius, Parisiis. Vide Vignolii Marvillii miscell. Historico litterar. parte 1. pag. 81. seq.

Matthæus Schurerius. Argentorati.

Jo. Secerius Hagenoæ.

Lazarus de Soardis, Venetiis circa A. 1500.

Henricus Stephanus. Parisiis. (obiit 1519.)

* *Robertus Stephanus* Henrici F. Badii Ascensii gener. ibid. (obiit 1559. ætat. 56.) typographus Regius, correctore speciminum typographicorum usus Ranconneto viro doctissimo. ὁ Στέφανος πάντων χαλκογράφων στέφανος. Beza in Epitaph.

Carolus & Franciscus Stephani, Roberti fratres ex qvibus Carolus typographus Regius ibidem.

* *Henricus Stephanus* Roberti F. Parisiis & Genevæ. (obiit 1590.) Hic typographorum doctissimus, non æqve felicissimus, Wecheliis Francofurtum vendidit partem suorum characterum.

Robertus Stephanus Henrici frater à patre Rober-

to

to hereditate exclusus qvod Pontificiæ religioni nuncium mittere nollet. Parisiis. (obiit 1588) typographus Regius.

Paulus Stephanus Henrici F. Genevæ.

Franciscus Stephanus Roberti F. Parisiis. (ab A. 1589. ad 1628.)

Antonius Stephanus Pauli F. ibidem typographus Regius. De hisce Stephanis post clariss. Almeloveenii librum Amst. 1683. 8. editum diligentissime egit Michaël Mattaire in Stephanorum Historia, vitas ipsorum librosqve ab illis editos & excusos complectente. Lond. 1709. 4.

Sternii, Luneburgi.

Jacobus Stoer, Genevæ.

Gothofredus Thory. Parisiis sub Ludovico XII.

Jo. Ludovicus Tiletanus. ibidem.

Laur. Torrentinus, Florentiæ circa A. 1548.

Joh. Tornæsius. Lugduni.

Antonius & Samuel Tornæsii. ibid. & Genevæ.

* *Adrianus Turnebus*. Parisiis. (obiit 1565.) Typographus Regius & Græcæ L. Professor.

* *Michael Vascosanus*, Rob. Stephani socius. Parisiis.

Eustachius Vignon. Genevæ.

Antonius Vitreus. Parisiis, typographus Regius.

Adrian Vlacq. Hagæ Comitis.

* *Ernestus Vœgelinus*, Lipsiæ.

Christianus Wechelius. Parisiis adhuc A. 1548.

* *An-*

* *Andreas Wechelius.* Parisiis, & deniqve post A. 1573. Francofurti, qvo concesserat propter nuptias Parisinas.

Wecheliani hæredes, Jo. Wechelius Andreæ filius, generiqve *Claudius Marnius* & *Jo. Aubrius*, Francofurti & Hanoviæ.

Jo. de Westphalia Lovanii circa A. 1475.

Wiederhold, Genevæ.

Antonius Winter, Basileæ.

Jo. Zainer, Ulmæ circa A. 1475.

FINIS.



IN-

INDEX

Veterum Scriptorum, monumentorumqve Latinorum.

A.

Nun-

Aucto

 da-

Fa-

Ga-

H.

Hil-

L.

Ælius

Coi

Pa-

Tom-

Q.

R.

T.

Ta-

Tabula itineraria Consulatu XV. Theodosii junioris vel potius anno XV. Imperii Theodosii majoris primum concinnata (vide Velseri opera p. 831. & 791.) qvæ auspiciis Marci Velseri è Conradi *Peutingeri* patricii Augustini Bibliotheca, segmentis octonis in lucem edita est Venetiis A. 1599. 4. Novissime inter Velseri opera qvi ad segmenta duo priora commentarios addidit, iterum lucem adspexit Norimbergæ 1682. fol. Paulus Merula cujus verba etiam laudata Vossio pag. 250. de scientiis Mathematicis, de hac tabula ita scribit præfat. Cosmographiæ: *Plus habet illa in recessu qvam frons pollicetur. Licet infinita ibi sint depravata & turbatioris ordinis, tamen comparata cum Antonini Itinerario (cui & hinc medicina non semel per me petita) nullo negotio possunt corrigi, & ad sua revocari castra, qvod non infeliciter à me factum in Gallia Italiaqve res ipsa docebit. Procurrit hac tabula ab Occidentali Oceano per Continentis totius longitudinem ad Orientalem usqve, singula notans loca, nec non locorum, industria stupenda, distantias & intervalla. Totum complectitur qvantus est Antoninus, alterumqve tantum & amplius apponit, si civitates, urbes, opida, pagi, fluvii aliaqve talia diligenter examinantur, digna certe, qvæ sedulis doctorum, non magistellorum manibus teratur.* Novam præstantissimæ hujus tabulæ editionem cum Nicolai Berigerii libro de viis magnis Romanorum, sperare nos jussit Claudius Nicasius in diss. de numo Pantheo Hadriano Imp. Qvo qvidem defuncto Vir Amplissimus eruditissimusqve Menso Altingius novam illius molitur editionem, cujus conatu se deterritum testatur Clariss. Henninius T. 10. Antiqv. Romanar. thesauri Græviani p. 636. ne illam Bergierii libro adderet.

C. Cornel. Tacitus 466. 431. 740. 313.

Valescus de Taranta 873.

Tarrutenus *Paternus* v. *Paternus*.

Terentius Maurus 794. 695.

Te-

V.

Pol-

FINIS.



